illa rebus preferenda veniunt in omnibus, per que pauperum et infirmorum necessitati consulitur, et caritatis sperantur obsequia peramplius propagari. Sane pro parte dilectorum filiorum Castaldionum et administratorum hospitalis sancti Jeronimi nationis *sclauonorum*[1] de Urbe nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet natio predicta, sicut et quedam alie nationes in eadem Urbe, prefatum hospitale pro usu pauperum et miserabilium personarum de dicta natione titulo cardinalatus sancti Laurentij in Lucina subiectum habeat, tamen ipsius hospitalis fructus, redditus et prouentus adeo tenues et exiles sunt, ut ad perferenda onera huiusmodi hospitali imminere consueta, cum presertim plures de predicta, quam de alijs nationibus in eadem Urbe pauperes reperiantur, minime sufficere possint, et sicut eadem petitio subiungebat, si bona decedentium ab intestato de ipsa natione in Urbe et districtu predictis dumtaxat proximos heredes non habentium, eidem hospitali saltem pro medietate applicarentur et debita forent, ex hoc non mediocriter dicti Hospitalis facultas augeretur, eiusque redditus et prouentus ad huiusmodi perferenda onera longe copiosius sufficere possent. Quare pro parte castaldionum et administratorum predictorum asserentium, quod fel. recor. Calixtus papa III. predecessor noster eis super hijs prope similem gratiam concessit, licet super huiusmodi concessionis gratia apostolicae littere, eius superueniente obitu, confecte non fuerint, nobis fuit humiliter supplicatum ut hospitalis predicti, et pauperum atque infirmorum de ipsa natione in eo pro tempore degentium statui et commodo super his oportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui ad procurandam eorumdem[2] pauperum et infirmorum utilitatem manus operarias libenter apponimus, huiusmodi supplicationibus inclinati auctoritate apostolica tenore presentium statuimus et ordi amus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus omnium et singulorum de predicta natione *sclauonorum* in eadem Urbe vel eius districtu ab intestato decedentium, et patrem, vel matrem, aut uxorem, filios, fratres, sorores, nepotes, vel neptes ex filio, filia, fratre, sorore non habentium, bona mobilia et immobilia quecumque etiam in nominibus debitorum consistentia, ad ipsum hospitale pro medietate duntaxat deuolvantur, ipsumque hospitale dictis sic ab intestato decedentibus succedat eo ipso, ita quod liceat castaldionibus et administratoribus hospitalis huiusmodi pro tempore existentibus medietatis eorumdem bonorum taliter decedentium et proximos heredes, ut prefertur, non habentium, possessionem per se, vel per alium seu alios auctoritate propria libere et licite apprehendere, et pro dicto hospitali perpetuo retinere, ac illorum fructus, redditus, et proueñtus in usus pauperum et infirmorum conuertere, alicuius licentia desuper minime requisita. Volumus autem, quod alia medietas bo-

[1] Ovako još dva krat, a Vatikanski prepis svaki krat: Sclavonum; a tako i u X. izpravi.

[2] „eorumdem", ova u našem prepisu držim da je pridana.

Digitized by Google

norum predictorum Camere apostolice applicetur, ipsaque Camera in eadem medietate, sicut prefertur, decedentibus succedat eo ipso.[1] Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non priuilegijs, indultijs, et litteris apostolicis dilectis filijs Archipresbitero et Capitulo Basilice Principis Apostolorum de Urbe, et Abbati ac Conuentui monasterij sancti pauli extra muros eiusdem Urbis Ordinis sancti benedicti ab apostolica sede concessis, presertim quibus caueri dicitur, quod Archipresbiter et Capitulum ac Abbas et conuentus praefati in huiusmodi ab intestato decedentium bonis succedere debeant, quibus quoad sic decedentes de eadem *sclauonorum* natione dumtaxat, et illis alias in robore permansuris, derogamus expresse, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, voluntatis et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eum se nouerit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice M.CCCC.LXI, quarto Calendas Maij, pontificatus nostri anno tertio.

Ibidem. Po našem prepisu od 1543 god u knjizi „Catasto" na 6 listu, gdje ih je nekoliko drugačije nego u Vatikanskom, po kojem je Theiner dao na svjetlo: Monum. Slavor. merid. I, 458.

IX. 1461. 3 novem. In nomine . . . . . Anno domini millimo. IIIIc. LXI, pontificatu sanctissimi in Xpo. patris et domini nostri domini

[1] No ta papina državna blagajna prigovori ovoj povelji, kada je „Francisca *sclauona* q. Michaelis do Vicesorovich nella Bosna Argentina" na 31 oktobra 1670 godine bez oporuke umrla u Rimu u samostanu sv. Dinka i Sista, „in quo permanebat educanda, annorum 75 circiter", pak nasta pravda medju njom i ovim gostinjcem kako to pisma u našem arkivu kažu. Ter gostinjac ovako se je branio: „Bona q. Franciscae *Sclauonae* defunctae ab intestato sine consanguineis in gradu successibili, non possunt praetendi in totum a Reu. Camera, sed pro medietate spectant ad Hospitale S. Hieronymi *Sclauonum* seu Illiricorum, quia quod decedentibus in Urbe uel eius districtu *Sclauonibus* absque testamento et absque consanguineis, succedat pro medietate R. Camera, et pro alia d. Hospitale, expresse statuitur in Breue, seu Bulla sanct. mem. Pij secundi, in actis producta, cuius copia datur integra et de cuius auctoritate dubitari non potest" . . . „In eleganti scriptura pro R. Camera emanata merito fuit omissa impugnatio Breuis Sanct. mem. Pij secundi ex capite non usus per spatium 200 annorum, quia non constat in tanto tempore euenisse unquam casum, eo utendi, sine quo lapsus temporis nihil operatur", itd I sve do 1681 g. se je gostinjac za to pravdao, pak i dobio, a to polovicu ovoga: „et in eius hereditate adsunt loba octo cum dimidio montium . . . . . Insuper census scut. 50 in sorte". A ni ove nevalja zamučati: „Registro delle patenti de' Luochi de' Monti. Francesca Illirica filia qm. Michaelis Bosinae Argentinae in **Scithia!!**" A ovako je u dvih svjedočbah za te njezine novce.

Digitized by Google

pij diuina prov. pape secundi, indict. decima, mensis nouembris die tertio, in presentia mei notarij et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocator et rogator. Cum hoc fuerit et sit, quod dominus romanus scia . . a R(egio)nis pontis habuerit et habeat in locationem perpetuam a venerabili viro domino Antonio de baron. dioc(esis) dud., rectore venerabilis ecclesie sancti blaxij de fouea de . . . pareaitium (?) alias della fossa R(egio)nis pontis infrascriptam vineam duarum petiarum dictae ecclesie tria barilia musti tempore vindemiarum ad vascham, ut ipse partes dixerunt et asseruerunt, et cum juramento per ipsas partes et quamlibet ipsarum corporaliter prestito affirmarunt . . . . verum . . . . voluerunt, quod idem romanus alte (= ante?) dictam et infrascriptam vineam cum juribus et pertinentijs suis possit locare, cedere et concedere in et pro comodo et utilitate ipsius ecclesie. Protanto dictus romanus tanquam locatarius antedictus cum consensu, presentia, licentia et voluntate reuerendi patris et domini domini Georgij protonotarij apostolici, et nunc rectoris ipsius ecclesie, ac venerabilis viri dicti domini Antonij dud(um) rectoris ipsius ecclesie, et nunc canonici venerabilis basilice sanctorum laurentij et damaxi R(egio)nis p(ar)ionis, presentium, volentium, et consentientium eorum, et cuiuslibet ipsorum pro bono (?) dictae ecclesie sancti blaxij consensum et . . . . . prestantium omnibus melioribus modo, via, jure, et forma, quibus magis et melius fieri potest et debet, et non vero metu, dolo, nec aliqua . . . . sed certa scientia, et non per errorem locauit, et locationis titulo dedit, traddidit, cessit et concessit, transtulit et mandauit jure perpetuo in emphiteosim et in perpetuum discreto viro jacobo allegretti *schlauo*[1] habitatori Urbis R(egio)nis pontis in burgo sancti petri principis apostolorum de Urbe, presenti, recipienti, et legitime stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus, id est, quandam vineam ipsius romani et prefate ecclesie duarum petiarum plus vel minus quanta est cum canneto in ea existente, positam extra portam cast(elli) sancti angeli, in loco, qui dicitur marinecta, inter hos fines, cui ab uno latere tenet Nardus della corona R(egio)nis pontis, ab alio latere tenet martinus *sclauus*, ante est via publica, vel si qui alij sunt, vel esse possunt ad dictam vineam plures aut veriores confines antiqui vel moderni, vel vocabula veriora. Item simili modo et forma dictus romanus cum consentientibus prefatibus locauit, et titulo dicte locationis dedit et concessit eidem jacobo *sclauo*, et mi(hi) notario infrascripto, ut publice persone . . . . . *(I ostalo)*

---

[1] rodom iz Dalmacije, kako mu oporuka od 26 oktobra 1468 g. kaže; morda iz Dubrovnika, sudeć po ovom: Elias *Allegretti* de *ragusa*, 5. junii 1513", „m(esser) dun Marco *Alegreti* de *Ragusa*, agosto 1554", kako je to zapisano, prvo u Starinah XV. 175, a drugo u sv. Jeronima bratovskoj knjizi; ako nije bio iz Splita, kako je „m(esser) de Girolamo *Alegretti*", ter članom Svetojerolimske bratovšćine od 1588 do 1590.

Digitized by Google

Actum Rome in R(egio)ne pontis, v. in porticali ecclesie sancti blaxij de fouea, presentibus hijs testibus, v. domino Petro de vicentia auditore domini vicecam(erarij), et domino Francisco de capua, et domino jacobo archipresbitero Olibani,[1] existentibus omnibus in Regione p(ario)nis, ad hec vocatis, habitis, ed rogatis.

Et ego julianus jotij Nardi de listijs, ciuis romanus, dei gratia publicus imperiali auctoritate notarius. *(I ostalo.)* (L s.)

Ibidem. Autogr. membr.

X. **1462. 14 martii**. . . . . Anno domini millesimo cccc. lxii., pontificatu sanctissimi in Xpo. patris et domini nostri, domini Pij, diuina prov. pape secundi, die vero XIIII mensis martii, X indict., in presentia mei not. et septem testibus (sic) infrascriptis Georgius[2] Jo(hannis) de *singna*[3] de partibus *Sclauonie*, infirmus corpore, sanus tamen mente, et conscientia pura, timens, casus futur. mortis euentum, quio nil certius morte, et nil incertius hora et puncto mortis, nolens ab intestato discedere, ne post eius mortem de bonis suis aliqua possit questio exoriri, id circho hoc presens suum nuncupatiuum testamentum, quod de jure ciuili dicitur sine scriptis, facere curauit et fecit in hunc modum et formam, v(idelicet), et quia de anima, que dignior est corpore, prius est putandum, idcircho animam suam omnipotenti deo, eiusque gloriosissime matris *(sic)* virginis marie, et totius celestis curie humiliter et deuote recomendauit. In quo quidem suo testamento et ultima eius volunptate suam heredem uniuersalem instituit, v. dominam Stanam[4] eius testatoris uxorem, presenptem, abstantem, et acceptantem, cui reliquit omnia bona sua q(ue) nunc (?) habet, et post eius mortem et pererentum (= *parentum?)* preter legata et relicta infrascripta. Et primo voluit suppelliri *(sic)* in ecclesia sancti simeonis R(egio)nis pontis, et obsequium sibi fieri ad volunptatem dicte sue heredis et executorum infrascriptorum. Cui ecclesie reliquit ducat. duos pro anima sua, et socteratorio cadaueris sui. Item reliquit dicte sue heredi omnia et singula bona quacunque et qua-

[1] Sada: Olevano, na rimskom.

[2] Ako li ovo „Gog . . ius", kako je u matici, nije: Gregorius, kako su dva ina čitaoca odsudila, pak na drugu stranu zapisala. No što je drugo slovo *o* a ne *e*, i što je za drugim *g or* donekle *izbrisano*, i jošte, što mu je otcu bilo imę „Ivan", kako i onomu u II i V, i što je stavao (v. na kraju) „in regione Pontis", kako i onaj, po tom ja sudim, da je „Georgius" pravo, i da je to onaj isti. Na moju i pop Šimun Turrin ono 1586 g., rekši za ovu oporuku ovako: „Testamentum *Georgij* de Segnia".

[3] Ovo je: *Senia* = Senj, kako je evo Turin i još onaj jedan odsudio, a ne: de *suignio spalatensis* dio(cesis)", kako je drugi pomislio, valja da: Sinj. Da je i drugi mnogi Rimljanin pisao: *Signa*, namjesto: *Segna*, to eno Theinerova „Vetera monumenta Slavor. merid." kažu. Pak „Stephanus Johannis de Sengnia", ono u II, morda je ovomu bio brat.

[4] Slovjensko ime.

Digitized by Google

litercunque existentia tam in Urbem quam extra Urbem, v(idelicet) bubalos domitos cum argangeris currulis ad artem lingor. (= *ligonum?)* spectantibus et pertinentibus, et nonnulla linga (= *ligna?)* amputat . . . . . unam vineam ipsius testatoris positam extra portam castelli in loco, qui vlgaliter *(sic)* dicitur marinecta, quant(a) est suis finibus confinat(a), sub proprietate ecclesie sancti petri de Urbe ad respondendum singulis annis dicte ecclesie libr. denariorum quatuor, ut de ea faciat et disponat pro suo libito volunptatis. Item reliquit dicte sue heredi medietatem c ii(us)dam domus versum sanctum seruestrolum, in qua de presenti habitat ipse testator iuncta (?) pro indiuiso cum alia medietate versus prazitellam, quam medietatem vlt (= *vult)* ipse testator, ut sit et esse debeat post eius mortem Elene filie pupille dicte Stane, eiusque heredum et successorum pro anima sua cum hoc, si contingerit premori ante dicta Stana eius matre sine legitimis et naturalibus filijs, quod tunc et in eo casu mu . . . dicte Stane, et eo casu si dicta Stana contingerit premori ante dicta Elena sine filijs legitimis et naturalibus, dicta medietas domus dicte Stane ut supra relicta, sit et esse debeat dicte Elene, ita quod una ipsarum alteri mu . . . . . quoad domum prefatam tentum et ita dictus testator mandauit; de alijs vero bonis dicta Stana faciat et disponat pro suo libito volunptatis. Si vero contingerit ame (= *ambe)* ipsarum mori sine legitimis et naturalibus filijs, quod tunc et in eo casu vlt (= *vult)* et mandauit ipse testator, quod dicta medietas domus dicte Stane relicta versus sanctum sernestrolum remaneat et esse debeat hospitalis *(et?)* societatis *Sclauonum* Urbis Sancti Jeronimi de R(egio)ne campimartis, quod dicta sotietas teneatur facere unniuersarium *(sic)* prout moris est; alia vero medietas versus prazitellam vlt (= *vult)* et mandauit dictus testator, quod sit et esse debeat venerabilis hospitalis Inmaginis saluatoris ad sancta sanctorum de Urbe pro anima sua et suorum mortuorum cum hoc, quod teneatur dicta sotietas facere uniuersarium *(sic)* prout est de more in Urbe. Item reliquit dicto hospitali et societati jam dicte ducat. Auri XL, in quibus laurentyus crote eidem testatori obligatus extitit, ut ipse testator asseruit in constientia anime sue. Quas pecunias asseruit idem testator debere habere occasione unius piacte seu barche, q(ue) erat comunis inter eos, ut ipse testator asseruit. Quam barcham ipse testator assseruit actasseratari (?) fecisse suis sumptibus et expensis, et nunquam rehabuit. Quas pecunias reliquit dicto hospitali Saluatoris pro anima sua et suorum mortuorum Item dixit et asseruit pingorasse (= *pignorasse)* duas taxias aregenteri (= *argentario?)* andreotio seoli spitiarij pro quinque ducatis, de quibus dixit et asseruit rehabuisse duos ducatos ponderis . . . . . Ita dixit in constientia anime sue predicta vera esse. Et executores huius sui testamenti et ultime sue volunptatis fecit, constituit, creauit et ordinauit, v(idelicet) Colam cotianum (?) absentem tamquam presentem, et dictam dominam Stanam heredem . . . . . *(I ostalo.)*

Digitized by Google

Actum Rome in R(egio)ne pontis, in domo habitationis ipsius testatoris, presentibus videntibus, audientibus, et intelligentibus hijs testibus, vt. discretis viris Antonio condam matthei cangi (?) de R(egio)ne pontis, martino matthei de *singna,*[1] georgio clementis de *costangiza,*[2] mariano matthei de *singna,* mattheo de *sibenico* de R(egio)ne triuij prope sanctum marcellum,[3] Nicolaus (?) de *zocha* de R(egio)ne pontis (?) laurentio de pop . . . . . *tuschane* (?), et Stephano de *giara*[4] de partibus *sclauonie*[5] ad predicta vocatis, habitis et rogatis.

Et ego Angelus condam Cor . . . . spanga (?) ciuis romanus de R(egio)ne pontis, dei gratia publicus imperiali auctoritate not., quia predictis omnibus et singulis dum prout premittitur, agerentur et fierent, interfui et presens fui, ideo ea rogatus scribere sripsi. *(I ostalo.)* (L. s.)

Autograph. membr. Ibidem.

XI. 1463. 3 decem. . . . . Anno domini M.CCCC.L(X)III.,[6] pontificatu sanctissimi in christo patris et domini nostri domini pij div. prov. pape secundi, indict. XII. mensis decembris die III, in presentia mei notarij et testium infrascriptorum ad h(ec) specialiter vocatorum et rogatorum domina Caterina ux(or) Nicolao *(sic)* cole de marganis de R(egio)ne jurauit ad sancta dei euangelia, tactis per eam co·poraliter sacrosanctis scripturis, contra infrascripta omnia et singula et precipue ausilium (sic) velleani senat(us) consult(i) introduct. in fauorib. mulieribus (sic), et omni alio fauore perpetuo non facere, dicere vel venire aliqua ratione, jure, titulo, vel causa, cum consenxu (sic), presentia, voluntate et verbo dicto Nicolao (sic) suo viro presentis, consentientis, et eius consensum prestantis, ac similiter jurauit ad sancta dei euangelia tactis per eum corporaliter scripturis contra infrascripta omnia et singula non facere, dicere, vel venire aliqua ratione, jure, titulo, vel causa, ac renupt. (= *renuntiare?)* omnia suo juri (?) competent(ia), aut competituro (sic) in et super infrascriptas vineas reb(us), eius bona. propria, libera, et spontanea voluntate vendidit et titulo venditionis

[1] Senj, kakono sprieda.

[2] Pravo: Kostanjica, a to grad na Uni. Da je „Kostanjica", pravo, a ne „Kostajnica" kako sada pišu, to ja sudim po ovom: „gospodovaše (knez Martin Frankapan) . . . i inimi gradi: Komugojnû, i *Kostanicû"* = Kostanjicu (Kukuljević: Pov. Spom. 82. s.)

[3] Ova za stan, držim, da se obzira ne samo na ovoga Mata, nego i na trih sprieda.

[4] = Zara, po talijansku, namjesto: Jadera?

[5] Za ovu nije očito, obzira li se na sve ove svjedoke, ili samo na zadnjega.

[6] Da je ovako pravo, a ne „M.CCCC.LIII", kako je u matici, to je očito po papi i po indikciji. I toga lje nije spoznao onaj neki sudac, zapisav na hrbtu: „1453", i još dvie neistinite: „Venditio vineae extra portam *portuensem* in loco, qui dicitur *lo pozzo santi pantaleo",*

Digitized by Google

dedit, tradidit, cessit, concessit, transtulit et mandauit paulo[1] .... *schauo (sic)* de R(egio)ne Rip(e), presenti, recipienti, et legitime stipulanti pro sese suisque heredibus et successoribus in perpetuum, videlicet tres petiarum vinearum cum canneto, et mediet. part. vascha et tino esistent. in dicta vinea, plus vel minus, quanta est, posita est sub proprietate eccl(esie) vel sotietatis santi quaranta de R(egio)ne trst. (= *transtiberim*), ad respondendum singulis annis tempore vendebiarum (sic) dicte ecclesie vel societati p(ro) d(atione?) unam salomam musti, liberam et exemptam ab omni alio honere *(sic)* responsionis, solutionis, reditus, census, aut canonis solutionis, et etiam prestationis (?). Que vinea ut supra, poxita *(sic)* est extra portam portuensem[2] in loco, qui dicitur lo pozzo santi pantaleo,[3] quibus *(sic)* ab uno latere tenet marcho *schauo*,[4] ab alio latere tenet luca (?) lunardo de R(egio)ne trst. (= *transtiberim*), ante est via publica .... *(I ostalo)* ..... pro pretio et nomine pretij septuaginta nouem flor(enorum) ..... *(I ostalo)* ....

Actum Rome in R(egio)ne Rip(e), in portiale Ecclesie santi bartholomei, presentibus et intelligentibus hijs testibus, v. Ambrosio pauli, angeli de R(egio)ne Rip(e), et Ludouicho pasquarelli de R(egio)ne trst. (= *transtiberim*) ad predicta vocatis, habitis, et rogatis.

Et ego laurentius jacobi de Urilis *(Vercelis?)*, ciuis Romanus, dei gratia publicus imperiali auct. not. *(I ostalo.)* (L. s.)

Autograph. membr. Ibidem.

XII. 1466. 31 maji. ..... Anno domini millesimo quatringentesimo (sic) sexagesimo sexto, pontificatu ..... Pauli diuina prouidentia Pape secundi, indictione decima quarta mensis maij die XXXI, in presentia mei notarij et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocator. et rogator. Stephanus Galeotti de *sclauonia*,[5] habitator Urbis in burgo sancti Petri, infirmus corpore, sanus tamen mente, et conscientia pura, videns quod nihil certius morte, et incertius hora et puncto ipsius mortis, nolens decedere intestatus, volens facere testamentum et de bonis suis disponere, ne post eius mortem schandolum *(sic)* aliquod oriatur, coram me notario publico et septem testibus infrascriptis fecit hoc suum ultimum nuncupatiuum (testamentum), quod de jure ciuili dicitur sine scriptis, et ultimam suam voluntatem in hunc modum et formam fecit et procurauit. Primo et ante omnia recommendauit animam suam altissimo creatori et gloriosissime virgini marie genitrici domini nostri yhesu christi, et suis beatis apostolis Petro et Paulo, et omnibus sanctis curie celestialis. Voluit, jussit et mandauit corpus suum sepelliri in ecclesia sancte Marie in trespontina eius parochiae,

[1] pak je za jednu ili dvie rieči čista prostora.

[2] Na jugo, ter Tiberu na desnu; sada portese.

[3] I sada tako zovu.

[4] Na oporuci Andrije Grassa 1476 godine svjedokom je „Marcus sclauus", pak držim, da je ono ov isti.

[5] A „Slovjenin" u V. i u XIII.

Digitized by Google

dum eius anima a corpore separata fuerit, cui reliquit . . . . . Item reliquit dictus testator, ac fecit, instituit, et solleniter ordinauit et fecit suam heredem uniuersalem dominam Mariam eius uxorem presentem, cui reliquit omnia et singula eius bona mobilia et immobilia, presentia et futura. Item voluit, mandauit et reliquit dictus testator, quod post mortem dictae Mariae eius uxoris et heredis prefatae vineam et terras sodatas, quas dictus testator habet in valliferre[1] intra suos fines confinatas, cum juribus et pertinentijs suis reliquit pro eius anima et dictae Mariae eius uxoris et heredis prefatae, Venerabili *hospitali sancti Hieronimi de Urbe prope sanctam Mariam del Populo*,[2] recollectis tamen fructibus primi anni, in quo dicta heres decesserit, per illum, qui dictam vineam laborauerit, vel cui ipsa sua heres voluerit, et mandauerit, ac reliquerit . . . . . *(I ostalo)* . . .

Exequtores et fideicommissarios veros *(vero ?)* suos et huiusmodi sui ultimi testamenti suaeque ultimae voluntatis fecit, constituit, deputauit et ordinauit supradictum Clementem et Antonium *busignachu(m)*[3] et Gratiosum absentes tanquam presentes . . . *(I ostalo)*.

Actum Romae in burgo sancti Petri in domo dicti testatoris, presentibus, audientibus, et intelligentibus his testibus, v. d. Baptista rectore sanctae Mariae in transpontine *(sic)* de Urbe, d. Johanne de benardi de Borgognia, presbitero Grando de peupello de cremona, Stephano Pauli de buta, Clemente Michaelis de beletio[4] spetiario, Johanne magistri Jerni[5] de beninsz[6] et Nicolao Thomasij de sancta croce,[7] testibus ad predicta vocatis, habitis, et rogatis.

Et ego Jo(annes) Baptista de sanctis, ciuis Romanus, Dei gratia publicus imperiali auctoritate notarius *(I ostalo.)*

Apograph. membr. Ibidem. Po skraćenu prepisu od 1562 ili 1586 god.

XIII. 1466. 16 nov. . . . . Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, pontificatu . . . . domini Pauli, diuina prouidentia pape secundi, indictione decima quinta, mensis nouembris die decima sexta, in presentia mei notarii et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum Domina Maria uxor quondam Stephani galeocti *schlaui*,[8] habitat(rix) Urbis in Burgo sancti Petri, que domina primo et ante omnia cum juramento re-

[1] Krivo, namjesto: *Valle Inferni, Val d' Inferno*, dol Vatikanu na zapad.

[2] No do pol hilometra je ta crkva daleko od sv. Jeronima.

[3] V. u II.

Mjesto na Ugrih, po XIII.

[4] Belec, župa u zagreb. biskupiji, ili ono „Bilecia“ u Bosni. „1386. Adi 27 agosto furono rotti li Turchi in Bosna in *Bilecia*“ . . . (Monum. spect. hist. Slav. mer. V. XIV. 48.)

[5] Ovo i „Jornus“ u XIII. brže da je isto slovjensko ime = Bartul.

[6] Brže da je krivo prepisano.

[7] na talijansku; a ovo bi moglo biti ono isto mjesto (V.)

[8] V. V.

Digitized by Google

nuntiauit auxilio veleani senatus consulti, et autentice, si qua mulier, et omnibus auxilijs et juribus dotalibus in fauorem mulierum introductis, certiorata prius dicta Domina per me notarium infrascriptum de dictis auxilijs et juribus, quid sint, quid inportent, et quem effectum habe(a)nt, sponte et ex certa eius scientia, et non per errorem donauit causa mortis, et titulo donationis causa mortis, dedit, cessit, concessit, transtulit et mandauit jure proprio *(ir)*reuocabiliter omni meliori modo, via, jure et forma, quibus magis et melius potuit et debuit *venerabili Hospitali sancti Hieronimi supra fontem, qua itur ad Sanctam Mariam del Populo*[1] de Urbe, et *jorne*[2] *de monacho* et johanne *(johanni)* della stuffa[3] guardianis dicti Hospitalis, presentibus, recipientibus, et legitime stipulantibus vice et nomine dicti Hospitalis, (et) mihi notario infrascripto, (ut) publice persone, presenti, recipienti et legitime stipulanti pro dicto Hospitali et guardianis, qui nunc sunt et per tempora erunt, et omnium et singulorum, quorum nunc (inter)est, vel in futurum poterit quomodolibet interesse, id est, medietatem omnium et singulorum suorum bonorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum, quae reperirentur et inuenirentur post eius mortem. Item simili modo et forma prefata domina Maria donatrix donauit et titulo donationis causa mortis *(ir)*reuocabiliter dedit, cessit, concessit, transtulit, et mandauit dicto Hospitali sancti Hieronimi et Guardianis presentibus, recipientibus, et legitime stipulantibus vice et nomine dicti Hospitalis, ut supra, *(et)* mihi notario iufrascripto, ut publice persone, presenti, recipienti, et legitime stipulanti, ut supra, medietatem omnium et singulorum suorum bonorum, jurium, nominum, conditionum, exceptionum, defensionum utilium et direptarum *(directarum)*, tentarum *(tacitarum)* et expresse *(expressarum)*, ypotecharum *(hypothecariarum)*,[4] pignoratitiarum seu mistarum, et in rem scriptarum, ciuilium et pretoriarum, et officium judicis, quae, quas et quod dicta Maria donatrix habet, sibique competunt habere, et competere possunt nunc et in futurum super medietate dictorum suorum bonorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum supra per eam donatorum, nullo jure, nullaque actione eidem Domine Marie donatrici in supradictis medietatibus dictorum suorum bonorum supradonatorum reseruatis, dans et concedens dicta Domina Maria donatrix dictis Jorno et Johanni guardianis dicti Hospitalis vice et nomine dicti Hospitalis, ac omnibus aliis guardianis, qui per tempora in dicto Hospitali erunt vice et nomine dicti Hospitalis, *(et)* mihi notario infrascripto, ut publice persone, presenti,

[1] V. XII.

[2] Ovdje Jorna, a niže, ter dvakrat, Jornus. No tomu, držim, da je prepisač kriv. Vidj 6. prim. pod XII

[3] „de monacho" i „della stufa" držim da je prevedeno: „Koludar" i „Pećarić", kakova pridjevka jest u Pov. spom.

[4] Po ovih ovakovih pogrješkah možemo lako odsuditi prepisačevu razboru!

Digitized by Google

recipienti et legitime stipulanti ut supra, q(uod) post eius mortem plenam licentiam, liberam facultatem, ac omnimodam potestatem, dictam medietatem dictorum suorum bonorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum supradictorum, ubique reperirentur, propria auctoritate, absque aliqua juris sollemnitate cum omnibus dictae Marie competentibus et competituris, capiendi, possidendi, apreendendi, alienandi, cedendi, utendi, fruendi, fructificandi, et de eis faciendi et disponendi pro eorum libito et voluntate, prout veri domini et patroni faciunt de rebus et bonis eorum propriis, et quemadmodum dicta donatrix facere poterat ante presentem contractum donationis, nullo jure nullaque actione dicta donatrix *(dictae donatrici)* de cetero reseruatis, sed omnia jura et actiones sibi competentes in de et super dicta medietate omnium suorum bonorum ut supra donatorum transtulit et mandauit dicto Hospitali et guardianis, et volens prefata domina Maria donatrix, q(uod) presens donatio (ir)reuocabiliter causa mortis per eam, ut supra, facta post eius mortem habeat et habere debeat omnes et singulas suas vires, et actiones suas reales et personales, et in omnem euentum presens donatio sit ualida et firma et penitus *(ir)*reuocabilis, quia sic ipsa domina Maria donatrix prefata dicto Hospitali sancti Hieronimi et mihi notario infrascripto ut publice persone presenti, recipienti et legitime stipulanti ut supra, quia sic sibi bene placuit pro eius anima, et ut dicti guardiani, qui in dicto hospitali sunt, et qui per tempora erunt, eam defendant, et defendere debeant contra omnem personam eam molestantem, vel molestare facientem. Hanc autem donationem (ir)reuocabiliter causa mortis, cessionem, concessionem, et omnia supradicta et quae infra dicentur, fecit dicta d. Maria donatrix prefata dicto Hospitali sancti Hieronimi de Urbe, et Jorno de monacho et Johanni della stufa guardianis dicti Hospitalis presentibus, et legitime stipulantibus vice et nomine dicti Hospitalis, mihique notario infrascripto, ut publice persone, presenti, recipienti, et legitime stipulanti, ut supra, pro eius anima, et ut dicti guardiani dicti Hospitalis, qui nunc sunt et per tempora erunt, eam defendant, ut supra, et ob maximam deuotionem et reuerentiam, quam habet in dicto Hospitali, et quia habuit, et in futurum sperat habere multa grata seruitia a guardianis dicti Hospitalis ..... *(I ostalo)*

Actum Romae in Burgo sancti Petri, in via publica, presentibus, audientibus, et intelligentibus his testibus, v(idelicet), Andrea de Zagata,[1] Thomas de *sclauonia*, Stephano Pauli de buta de ongaria, Thomassio de *signia* de *sclauonia*, Clemente Michaelis de charpecote[2] *sclauone*, omnibus habitantibus in Burgo s. Petri, et Petro barberio de regione Campimartis, testibus ad predicta vocatis, habitis, et rogatis

[1] Bojim se da je krivo prepisano
[2] V. V. 3. prim.

Digitized by Google

Et ego Jo(annes) Baptista Jacobi de Sanctis, ciuis Romanus, Dei gratia publicus imperiali auctoritate notarius, quia predictis omnibus et singulis . . . *(I ostalo)*

Apograph. Ibidem. Po prepisu god. 1562 ili 1586.

XIV. 1468. 26. octobris. In nomine sanctissime et indiuidue trinitatis patris et filij et spiritus sancti . . . . indigentibus et anime suffragijs et temporalis cure pr . . . . vite presentis satis prouidetur etiam languen . . . . legittime disponuntur. Hinc est, quod anno a natiuitate domini nostri ihesu christi millesimo quadringentesimo sexagesimo octauo, indictione secunda,[1] die vigesima sexta mensis octobris, pontificatus sanctissimi in christo patris et domini nostri domini pauli diuina prouidentia pape secundi anno quinto, in mei notarij publici et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presentia personaliter . . . . . et constitutus honestus atque discretus vir Jacobus Allegretti de *Dalmacia,*[2] laicus, sanus et compos mente, ratione et intellectu, licet corpore languens . . . . . premeditato, ut asserit, ne intestatus a vita sua decedat, volens anime sue saluti prouidere, et de bonis suis . . . . . disponere, ne occasion . . . . . post eius mortem . . . . . materia questionis. Quare omnibus melioribus modo, via, jure et causa . . . . . fecit, condidit . . . . . suum testamentum siue ultimam eius voluntatem in hanc formam seu modum. Imprimis . . . . . prout quiuis tam eger quam etiam sanus . . . . . super omnia opera eius . . . . . animam suam . . . . . inexplicabili misericordie huiusmodi gloriose virginis marie, beato Iheronimo . . . . debeat corpus suum seu cadauer ecclesiastice tradi sepulture in *Sancti Iheronimi* in urbe romana[3] . . . . . aqua extinguet . . . . . elemosinis . . . . . dicte *ecclesie sancti Iheronimi eiusque societati seu fratribus* quandam suam vineam ut asseruit . . . . . continentem duas petias, sitam prope (?) Urbem extra portam Castelli in loco, qui dicitur Marinetta[4] cum omnibus melioribus modo. via, jure et causa et forma, quibus alias efficacius potuit et debuit, legauit, donauit et assigurauit perpetuis temporibus, nolens huiusmodi vineam indebite per quempiam absque dictorum fratrum sancti Iheronimi voluntate quomodolibet possideri, aut eos desuper molestari, sed voluit, quod antedicti de vinee commodis et de ipsa vinea gauderent potestate plenaria disponendi . . . . . prout eisdem fratribus seu societati dicte ecclesie videbitur expedire. Confessus est autem expresse antedictus Jacobus Allegretti testator, quod eadem vinea antedicta de jure et . . . . consuetudine teneatur quolibet anno respondere et annualiter persoluere tria barilia vini sancto blaxio de fouea in Regione pontis dicte Urbis romane. Optauitque propterea et rogauit quantum in eo fuerit (?) sue anime (?)

[1] Ovih zadnjih trih veće nije moći pročitati, no lako im je odsuditi, po papi, i po godinah njegova papovanja.

[2] V. IX. gdje ga „Slovjenom" zovu.

[3] Bilježnik tudjin nije hotio samo Rim zvati: Urbs.

[4] V. ondje.

Digitized by Google

salutis remedium meditando, ut premissa tria barilia vini juxta memoratam consuetudinem siue de jure quolibet anno persoluerentur et amplius pro remuneratione antedicti sui legati . . . . . et pro singulari consolatione anime sue atque ad Dei honorem, ad cuius similitudinem omnis humana anima creata existit. Voluit idem testator, ut singulis annis in sepememorata ecclesia sancti Iheronimi et in ipsa solemnitate siue in ipso festo et die sancti Iheronimi pro ipsius anima tres misse celebrentur et commemoratio sua obseruetur . . . . . tribus celebrantibus antedictas tres missas eodem die antedicto . . . . . Insuper antefatus Jacobus testator cuidam honesto viro Johanni de *dalmacia* laico jadrensis diocesis[1] suo hospiti, in cuius domo languens jacet (?), reliquit (?) duas vegetes[2] vini, quas eumdem Johannem in eiusdem presentia asseruit . . . . . tenere et habere. Quibus quidem dictis idem Johannes r spondendo confessus est et publice recognouit, se dictas duas vegetes vini tenere et habere a dicto testatore, in custodiam . . . . . cum hac conditione subsequenti et . . . . alias videlicet . . . . . debeat sepedictum testatorem in eius . . . . infirmitate prouidere et gubernare, et ut decet infirmum nutrire . . . . . diligenter in dicta sua infirmitate . . . . . si deo jubente debitum nature soluendo ab hac luce . . . . . debeat de sui corporis siue cadaueris . . . . . et sepultura, alijs quoque singulis circa huiusmodi fieri solit. et consuet . . . . . facere, et precipue singulariter atque diligenter in die sui obitus seu decessus facere celebrare decem missas; et item septimo die, a die eius obitus computando, alias decem missas similiter facere celebrare pro anima dicti testatoris, et de hijs viginti missis . . . persoluere, et eis post missarum celebrationem antedictarum prandium[3] largiri, aut saltem quod executor inferius nominandus predicto Johanni de suis laboribus et expensis prius (?) satisfaciat, et dictas duas vegetes vini in usum supradicte fraternitatis sancti Iheronimi det cum dictis oneribus supportandis secundum quod ipsi executori nominando expedire videbitur. Idem testator volens . . . . Et postquam memoratus Jacobus testator premissa omnia et singula sic ut premissum est, legauit . . . . . omnibus melioribus modo, via, jure, causa, et forma premissis elegit, nominauit, et deputauit suum huius testamenti siue voluntatis sue ultime executorem unicum solum et in solidum venerabilem honorabilemque virum domi num dominum Mathiam Baronellis[4] abbatem monasterij sancti Ge-

[1] Ovih trih nije veće poznati, nego samo „oç“ zadnjoj; no da je ovako bilo zapisano, kaže ona ovamo na kraju: . . . . „in domo habitationis *supradicti* Johannis de Dalmatia laici *dicte Jatren.* (a: Niemac) *dioc(esis)*“.

[2] Ni ove nije veće poznati ovdje, ni drugoč. no trećoč jest; a držim da je = talij. veggia = bačva.

[3] t. j. karmine V. III.

[4] Ova je jur izlizana; no *ll* je još poznati. a na kraju je očito: „presentibus ibidem venerabili et discreto viro domino *Mathia baronellis*

Digitized by Google

orgij de copriua[1] ordinis sancti benedicti Nonen(sis) dioc(esis) ad presens penitentiarium in ecclesia principis apostolorum de Urbe. suumque patrem spiritualem et confessarium presentem, et onus huiusmodi executionis assumentem ad perficiendum sepedicti testatoris in quantum eiusdem testatoris bona se ad hoc extendere valeant, et non alias, de quo protestabatur et protestatus est publice et expresse. Atque idem testator se commendans orationibus antedicti sui executoris, eidem executori legauit, donauit, et dimisit omnia et singula sua bona et credita, si que fuerint, quecunque et ubicunque fuerint superius non nominata aut legata. Voluit etiam idem testator et commisit antedicto domino executori in animam suam, ut si aliqua personarum, quibus supra de suis bonis legauit in aliquo . . . . . contrauenerit sue ultime voluntati huiusmodi, illam non adimplendo statutis temporibus et per omnia, ut supra dictum est, huiusmodi testamentum quoad infringentes voluntatem ultimam antedictam nullius sit roboris vel momenti, sed quod ipse ex nunc pro extunc illa legata in aliud bonum opus debeat conuertere, aliasque per omnia huiusmodi testamentum exequi plenarie secundum quod ipsi videbitur saluti animarum suarum hincinde expedire, dans et concedens eidem domino Mathie executori antedicto plenam liberam et . . . m potestatem et auctoritatem omnia et singula bona sua ubicunque existentis seu reperiri potuerint a quibuscunque personis (?) forsan habentibus et tenentibus petendi, exigendi, locandi, habendi, percipiendi, et de illis juxta sue ultime jam dicte voluntatis formam et tenorem pro anime sue salute dispondendi et ordinandi, et pro recuperatione illorum quorumcunque judicialiter . . . . conueniendi, et de recept(is) quitandi. Et huiusmodi suum testamentum seu ultimam voluntatem in omnibus et per omnia, ut premissum est, exequendi, perficiendi et adimplendi, ceteraque faciendi, que de jure, equitate, et consuetudine in similibus fieri consuetum est. Voluitque idem testator antedictus premissa omnia et singula valere jure testamenti, vel saltem jure codicillorum seu donationis inter vivos, aut alterius cuiuscunque ultime voluntatis, aut alias via, jure, causa et forma aut consuetudine, quibus melius, firmius, et validius subsistere potuerint, ac firmitatem quomodolibet obtinere; reseruans nihilominus idem testator premissus sibi plenariam potestatem reuocandi huiusmodi testamentum seu ultimam voluntatem, si Dei gratia ad corporis sanitatem peruenerit, et si reuocare uoluerit de quo expresse testatus est. De et super quibus om ibus et singulis idem testator premissus a me notario publico subscripto unum vel plura publicum seu

abbate, nec non Johanne de Dalmacia *antedictis*". A u onom Turrinovu kazalu ovo: „Venditio domus in burgo s. Petri emptae per Matthiam de Baronellis 1475", pak držim, da je ovo on isti. A te izprave nije veće.

[1] blizu Obrovca, zašto „Kopriva" = rieka Zrmanja, po dokazih u mojoj „Najstarijoj povjesti" od 17 do 49 s. Theiner ondje na 241 s. krivo: Coprina.

Digitized by Google

publica fieri petiit et confici instrumentum et instrumen'a, seu testamentum et testamenta.

Acta fuerunt hec Rome in burgo sancti Angeli in domo habitationis supradicti Johannis de *Dalmacia* laici dicte Jatren(sis) dioc(esis), hospitis memorati testatoris, presentibus ibidem venerabili et discreto viro domino Mathia baronellis abbate, nec non Johanne de *Dalmacia* antedictis, atque Johanne *slauo* de *slauonia*[1] et Jacobo de *Jadra* Jadren. dioc. laicis ad premissa vocatis specialiter et rogatis (L. s.)

Et ego Mathias Kalthoff, clericus colon(iensis), et canonicus collegiate ecclesie sancti Seruacii trajecten(sis) Leodien dioc(esis), quia supradicti testamenti factioni, executor(is) deputationi, protestationi, potestatis dationi, et potestatis ad reuocandum reseruationi, omnibusque aliis et singulis premissis dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur, una cum supra nominatis testibus personaliter presens interfui, ea quoque omnia et singula, sic ut premissum est et non alias, fieri vidi et audiui; ideo ego Mathias premissus publicus imperiali auctoritate et juratus notarius hoc presens publicum instrumentum seu testamentum manu mea propria scriptum et sub scriptum fideliter exinde confeci, et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine ac cognomine meo solit et consuetis subscripsi et signaui, in fidem, robur, et testimonium indubitat. omnium et singulorum premissorum

Ibidem. Autographum membr.

XV. 1474 (?). In nomine Domini Amen. Anno . . . . . millesimo quadringentesimo septuages mo[2] . . . . . mensis m . . . . . pontificatu sanctissimi in chrysto patris et domini nostri domini . . . . . diuina prouidentia pape . . . . . in presentia mei . . . . notarij publici et testium infrascriptorum[3] . . . . . omnipotenti deo . . . . jussit, voluit . . . (in ecclesia sancte marie) super minerba (sic) de Urbe (sepelirl?) . . . . . scuta (?) duo. Item jure legati reliquit venerabili societati sancte marie de consolatione . . . . . scutum (?) unum Item jure legati d. caterine (?) *sclauone* pro eius anima scuta tria reliquit. Item jure legati reliquit[4] . . . . . pro eius anima scuta decem. Item jure legati reliquit unam . . . . . pro eius anima . . . heredem suam in bonis, juribus, nominibus et actionibus ubicunque existentibus ipsi testatrici competentibus . . . . instituit suam sororem margaritam *sclauonam* eius sotiam, cui jure institutionis reli-

[1] bez *c!* zašto pisac ne bijaše talijanin.

[2] i još, po svoj prilici: *quarto;* a to bijaše sveta godina.

[3] Oporučiteljici imena nije veće poznati, a na drugoj strani nije nego: „Testamentum". A ni u Turrinovu kazalu nije ništa o toj oporuci; no totu jest ovo: „Testamentum Antonij de Spalato caducum illegibile"; a ove oporuke nije, pak to može biti, da je ovo ista da je on ili prije njega Rožanić pročitao: Antonius, namjesto: Antonia, a da nije one: „testatrix".

[4] morda slovjenskomu gostinjcu. Izlizane su tri ili četiri strane.

Digitized by Google

quit omnia et singula eius bona, jura, nomina et actiones .... exceptis legatis sapradictis. Executor(em) huius presentis testamenti dicta testatrix facit et reliquit supradictam margaritam heredem predictam, presentem. Cui dedit potestatem post eius mortem bona omnia ipsius testatricis capiendi, possidendi et alienandi pro executione presentis testamenti et contentorum in eo. Et hoc esse voluit ultimum testamentum *(I ostalo.)* ....

Actum Rome in R(egio)ne Columne in camera solite habitationis ipsius testatricis, presentibus, audientibus, et intelligentibus hijs testibus, v. marcho qd. jo(annis), baptista de raglis (?) de urbino .... in Columna, m(agistr)o baptista qd. bortolli de Ceris de C ..., baptista qd. boriani (?) de .... testore in R(egio)ne Columne, petro paulo quondam mattei miunelli (?) ro(mano) eodem (sic) regione, johanne qd. Coluza[1] de castello nouo et testore eodem regione, francisco q. antonii de caualieri de carpino fabrino (?) alla rotonda, et augustino de angelinis ro(mano) eodem regione Columne, testibus ad predicta vocatis, habitis et rogatis.

Et ego vincentius quondam Antonij de p ..... ro(manus) de R(egio)ne Columne publicus dei gratia imperiali auctoritate notarius *(I ostalo.)* (L. s.)

Ibidem. Autographum membr.

XVI. 1476.[2] In nomine etc. Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, pontificatu etc. Sixti diuina prouidentia pape quarti, indictione nona, mensis augusti die .... in presentia mei notarij publici et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum discretus vir Andreas grassus q(uondam) ..... habitator urbis in Regione campi martis, gratia omnipotentis dei sanus mente et conscientia pura, timens future mortis euentum, quia nil certius morte, et nil incertius hora ipsius mortis, nollens decedere intestatus, hoc suum ultimum testamentum et suam ultimam voluntatem .... in hunc modum fecit .... Imprimis animam .... et gloriose virgini marie .... beatis apostolis petro et paulo, ac toti curie celestiali, (corpus vero suum jussit) sepelliri in ecclesia sancti augustini[3] de urbe, cui reliquit pro anima sna ducatos quinque. Item reliquit ..... ducatos similiter quinque. In ceteris autem ..... suo ultimo testamento suaque ultima voluntate (heredem snum) .... ordinauit discretum virum Matheum julianum .....

---

[1] morda svoj onomu Jurju „Colutia“ u XVIII.

[2] U Turinovu popisu zabilježena je izprava, kako je 1475 god. kardinal Oliverij Caraffa, vršeć oporuku popa Fantina „de Valle“, Trogiranina, „Rotae Auditoris“, dao sazidati gostinjac (valja da veći); ali ta je izprava propala A spisao da ju je bilježnik Jakov „Picheuer“. Što Farlati u IV. na 305 s. piše za toga glasovitoga Trogiranina, da je zastavio ovdje „collegium“, ono nije istina

[3] Tako krivo Nibby piše za tu crkvu, da je 1484 god. sazidana. Njega je napis na pročelju prevario.

Digitized by Google

. . . . . p. prefatum eius heredem . . . . . legitim . . . . . pertineant hospitali predicto[1] . . . . . .

Executores huiusmodi sue ultime voluntatis . . . . . instituit spectabilem virum franciscum . . . . . .

Actum (Rome in regione Campi martis) in domo habitationis dicti testatoris, presentibus, videntibus, audientibus . . . . . Johannis pauli de pisis barbitonsore . . . . . in urbe . . . . . antonio blasij *sclauo* et marco joh(ann)is *sclauo* . . . . . (geor)gio benedicti (?) *sclauo*,[2] testibus ad premissa omnia et singula vocatis specialiter, habitis et rogatis.

Et ego Valerianus de lauro, ciuis romanus, publicus imperiali auctoritate notarius, premissis omnibus et singulis interfui. *(I ostalo.)* (L. S.)

Ibidem. Autographum membr.

XVII. 1478. 20 octobris. . . . . De anno Incarnationis dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, Indictione undecima, die vero vigesima mensis Octobris, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Sixti divinâ providentia pape IIII. anno octavo. In mei notarii et testium infrascriptorum et subscriptorum, ad omnia et singula infrascripta vocatorum specialiter et rogatorum, presentia Illustrissima domina Catherina quondam Ducis Stephani filia, Regina Bosne, nunc in alma Urbe in Regione Pinee, in domo sue solite habitationis prope ecclesiam sancti Marci de Urbe constituta, egra corpore, sana tamen et compos mente . . . . suum presens nuncupativum testamentum seu ultimam modo infrascripto condidit voluntatem. *(Preskočiv).* Insuper in reliquis bonis mobilibus et immobilibus, que sua hic in Urbe reperiuntur et extant, suos heredes et successores equis portionibus instituit similiter et esse voluit dominam Paulam Mirosani[3] Mirchovich; dominam Helenam Iohannis Sempchouich, et dominam Maram Georgii

[1] Ova kaže, da je sprieda, gdje nije moći čitati, imenovan nečiji „hospitale", a to ovaj slovjenski, po napisu od davna na drugoj strani: „Testamento d' Andrea Grasso, il quale doppo la morte di matheo juliano suo herede et di suoi figli lassa doi case alla compagnia et hospitale di santo Girolimo, fatto del M CCCC LXXVI. . . . . agosto" (na koliko. to se veće neda pročitati.)

[2] Po ovih držim, da je slobodno odsuditi, da je i taj Grassi (morda „Debelić" ?) bio Slovjenin. Nebi ne Talijanin dvie kuće zapisao slovjenskomu gostinjcu.

[3] po prepisačevu nerazumievanju i nerazabiranju, namjesto: Mirosaui, t. j. Mirosavi, kako i jest niže prvoč. a to namjesto: Miroslavi; no drugoč je: Mirosam!! A Theiner prvoč: Marosani, a drugoč i trećoč: Mirosani! No za ovu Pavlicu ovako nije očito, je li „Miroslavu Mirkoviću" bila kći ili žena A godinu dana zatim je umrla po ovom napisu: „Paulae Nobili Bosnensi Reginam usque ad mortem secutae, Helena constantiss fort. sotia mestiss. f. c. an. sal. MCCCCLXXIX. Id Octub. (sic), na kamenu u našoj staroj sakristiji.

Digitized by Google

Misglenouich[1] . . . . . Item legavit et legat Hospitali sancti Hieronimi de Lausto[2] pro natione *sclauonorum* capellam suam integram, hoc est Missale, calicem cum patena et corporale, planetam cum suis camisiis et aliis sacerdotalibus indumentis, et unum tusale sericeum, quo altare cohoperitur. Item prefata regina dixit et confessa est se habuisse ex causa mutui a prefata domina Paula ducatos viginti duos. Item dixit se habuisse a Radice[3] Johannis Clesich[4] sue domus Magistro ducatos triginta octo. Item dixit se esse debitricem certis honestis causis Luce Vucichovich[5] in ducatis decem et octo et carlenis octo. Quibus ante omnia et cuilibet eorum satisfieri voluit et mandavit. Ulterius prefata domina Regina dicte domine Paule Mirosaui Mirchouich prelegavit ducatos quinquaginta . . . . . Item prelegavit domine Helene, Iohannis Semphodiuich[6] prefate ducatos viginti quinque . . . . . Item prelegavit dicte domine Mare Georgii Misglenovich ducatos triginta . . . . . Item legavit Georgio Nicolai Zubranich suo familiari ducatos quinquaginta. Item legavit Habrahe Radici suo familiari ducatos triginta . . . . Executores autem suos instituit, ordinavit, et esse voluit, nobilem virum juris utriusque doctorem dominum Matheum de Raguis[7] de Ragusio Canonicum Ragusinum, Reverendi-simi domini Cardinalis sancti Petri ad Vincula Capellanum et dictam Paulam M rosam (sic!) Mirochovich (sic!) et Radicem Johannis Clesic supradict(um). *(Preskočiv).*

Acta fuerunt omnia suprascripta, que in hoc publico testamento continentur, presentibus, audientibus et intelligentibus venerabilibus et discretis ac religiosis viris, videlicet domino Georgio de Marinellis Archidiacono Arbensi et Capellano Reverendissimi patris domini Cardinalis s. Marci . . . . . .

Et ego Antonius Georgii[8] de *scla(v)onia,* presbyter *spalatensis*

---

rendissimi domini Cardinalis Parmen(sis) infra hos confines, videlicet, ab oriente via publica, a transmontana via publica, ab occidente bona domine Paule fornarie, ab meridie bona domine Catherine quondam magistri Nicolai alias Cypolete, saluis alijs suis verioribus confinibus, si qui sunt, ad habendum, tenendum, possidendum, construendum, et edificandum, in eoque fundo lapidibus vel alias murandum, prout dictis Ilario et Paulo fratribus et suis heredibus placuerit. Item similibus modo et forma prefati Stephanus *(et)* Paulus Aquarius Aquarius *(sic)* Guardiani, et Camerarius cesserunt, locauerunt, et concesserunt eisdem fratribus presentibus, stipulantibus *(sic = recipientibus)*, et stipulantibus pro se suisque heredibus et successoribus masculinis duntaxat omnia et singula jura, nomina, et actiones utiles et directas, taxitas *(tacitas)* et expressas, reales et personales, ypothecarias, pignoraticias seu mixtas, ciuiles et pretorias et . . . . . et officium judicis et beneficium juris, que, quas et quod dicti Stephanus Paulus Guardiani, Georgius Camerarius et alij de societate habent, eisque competunt, et competere possent quomodolibet in futurum, ac eosdem Ilarium et Paulum fratres presentes in locum, ius, et priuilegia eorum posuerunt ita quod de cetero in locum, ius, priuilegia eorundem omnino in totum succedant, nulloque iure nullaque actione in et super dicta domo et eius iuribus, ut supra, cessis, de cetero ipsis et dicto eorum hospitali quomodolibet reseruatis. Hanc autem dationem, cessionem et locationem et concessionem et emphiteusim fecerunt dicti Stephanus Paulus Guardiani, et Camerarius pro pretio et nomine pretij et annuo censu ducatorum auri in anno de Camera decem dicto Hospitali et societati prefate soluendorum de sex mensibus in sex menses, et incipiendo primo die mensis maij proxime futuri ea tamen lege et conditione, quod si prefati Ilarius et Paulus de Ugis decederent sine legitimis heredibus masculinis, tunc et eo casu prefata domus reuertatur ad manus domine Margarite uxoris dicti Ilarij, ita tamen, quod eadem domina Margarita de eadem domo juribusque et pertinentijs suis utatur et gaudeat eius vita tantum durante, nec non post mortem predictorum heredum dominorum Ilarij et Pauli, ac post mortem domine Margarite dicta domus perueniat pleno jure ad prefatum hospitale sancti Jeronimi *Illiricorum* cum omnibus juribus et pertinentijs ac melioramentis suis; ac etiam quod prefati Ilarius et Paulus fratres, eorundemque heredes masculini, ac domina Margarita teneantur et debeant in fabricam et reparationem dicte domus centum et quinquaginta ducatos auri de Camera exponere et expendere infra tres annos proxime futuros. Promitentes dicte partes omnia et singula supra et infra scripta solemni stipulatione interueniente conuenerunt, ac utraque pars per se conuenit dictis modis et nominibus quibus supra perpetua, firma, et rata habere, tenere, actendere, obseruare et adimplere, et contra predicta non facere, dicere, vel venire per se vel alium seu alios aliqua ratione, iure, vel causa in iudicio vel extra, iure vel de facto, sub pena predicta. Pro quibus omnibus et sin-

Digitized by Google

gulis obseruandis et adimplendis dicte partes et quelibet earum de *(sic)* per se dictis modis et nominibus solemni stipulatione hinc inde interueniente sibi inuicem et vicissim, videlicet dicti Guardiani et Camerarius nomine dicti Hospitalis dictam domum prefatis Hilario et Paulo et suis Heredibus et successoribus legitime descendentibus perpetuis quibuscunque manutenere contra et aduersus quoscunque defendere, tenere, custodire, et preseruare . . . . . *(I ostalo.)*

Acta fuerunt hec Rome in ecclesia sancti Jeronimi *Illiricorum* de Urbe, sub anno, indictione, die, mense, et pontificatu quibus supra, presentibus ibidem honorabilibus viris dominis Andrea Barba, Nicolao Cypriano Trigorien(si)[1], Petro Nauarino[2], Augustino de Sebenico[3], Paulo Beliza, et Georgio Getzani laicis et omnibus alijs de prefata societate sancti Jeronimi testibus. *(I ostalo.)*

Et ego Marcus de Vitis pr(esbyte)r Sibenicen(sis), archipbr. (= archipresbyter) de Luca Scradonen(sis) dioc(esis)[4] publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius, quia premissis omnibus et singulis, cum sic, ut premititur, fierent et agerentur, una cum prenominatis testibus presens fui, eaque sic fieri vidi et audiui, ac in notam sumsi, ex qua hoc presens publicum instrumentum manu aliena scriptum exinde (?) confeci, subscripsi et publicaui, ac in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis signaui in fidem et testimonium omnium premissorum rogatus et requisitus scripsi et co(rro)boraui (?). (L. s.)

Ibidem. Autographum membr.

XXX. 1498. 28 apr. . . . . Anno domini millesimo cccc. nonagesimo octauo, pontificat. sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini alexandri diuina prouidentia pape sexti, indictione prima, mensis aprilis die vigesima octaua, in presentia mei notarij et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocator. et rogator. domina Elena uxor quondam Johannis aliter dicti cardinale[5], *sclauona,* moram trahens rome et in R(egio)ne et in burgo sancti petri, infirma corpore, tamen dei gratia mente sana et conscientia pura, timens casum future mortis, cum nil certius morte, et nil incertius hora et puncto ipsius mortis, nolens intestata decedere, s(ed) potius cum testamento, ut post eius mortem inter remanentes nulla oriatur discordia, idcirco hoc suum ultimum testamentum nuncupatiuum, quod de iure ciuile dicitur sine scriptis, facere procurauit et fecit in hunc modum et formam, v(idelic)et: Et quia anima

[1] = Traguriensi, po XX.

[2] Još i u XXX—XXXV., i XXXVII—XXXIX., i u XLI.

[3] „Augustinus sclavonus" u XXX. držim da je isti.

[4] „Luka" pod Skradinsku biskupiju?

[5] Na drugoj strani i još u Turinovu kazalu: „Testamentum Helenae q. Joannis Semcouih" (po XVII. i po XX izpravi), no ovdje nije „semcovich", nego „cardinale", taj pridjevak, pak ja držim, da ovo nije isti Ivan.

Digitized by Google

dignior est corpore, idcirco eam, cum de suo fragili corpore se separauerit, altissimo deo omnipotenti comendauit, corpus suum siue cadauer sepelliri jubsit (sic) in ecclesia sancti Jeronimi de Austa. Et quia eiusque testatoris .... heredis institutio, idcirco dicta Elena suum uniuersalem heredem instituit et fecit Societatem hospitalis sancti Jeronimi de Austa prope supradictam ecclesiam[1]. Cui eius heredi dicta testatrix reliquit omnia sua bona mobilia et stabilia, et eorum iura, nomina, et actiones ubicunque[2] (existentia) preter legata infrascripta. Item dicta testatrix confessa fuit et in veritate recognouit se esse veram debitricem antonij de castrouiza[3] ... (in)ducatis quinque (?) ... in quibus eidem tenetur ex causa amicabilis mutui ab eo recepti, quos mandauit eidem restitui. Item reliquit Ca..... unam eius g..... lane ipsius testatricis pro eius anima. Item confessa fuit dicta testatrix se esse debitricem domine mariete de ge..... ducatis quatuor .... ex causa amicabilis mutui ab ea recepti, pro quibus quatuor ducatis dixit ipsa testatrix dedisse in pignus eidem u..... (a)uri et unum..... argenti cum lapide crigmole (?) in eo existente, et duas corigias argenti, et unum cuchiarellum argenti, quos quatuor (ducatos mandauit re)stitui. Item dicta testatrix confessa fuit se esse debitricem Johanete fornasarrij absentis incertam pecuniarum sumam pro pretio..... dixit se non recordari, tamen stari mandauit eius iuramento, et eo prestito, illas eidem solui mandauit. Item dicta testatrix (confessa fuit se) esse debitricem ursoline claude presentis et acceptantis in carlenis quadraginta quatuor ex causa amicabilis mutui ab ea recepti, quos mandauit dicta testatrix restitui. Item dicta testatrix confessa fuit et in veritate recognouit se esse veram debitricem domini marci de litis absentis .. in carlenis quatuor (ex causa amicabilis) mutui ab ea (sic) recepti, quos quatuor carlenos mandauit eidem restitui. Item dixit et asseruit dicta testatrix Gratiosam[4] de sibenico *sclauonam* (presentem et accep)tantem esse debitricem ipsius testatricis in carlenis quatraginta (sic), eidem gratiose mutuatis, pro quibus ipsa testatrix dixit habere in pignus ab ea ... linteamina stoppe usitata, et unum cuchiarellum argenti, que linteamina et cuchiarelum mandauit eidem gratiose presenti et acceptanti (restitui, pro dictis) quatraginta carlenis. Item reliquit dicta testatrix Augustino *sclauono*[5] unam bancham de suis meliorem quam habet pro..... (benefi)ciorum ab eo receptorum et habitorum. Item reliquit dicte ursoline claude pro eius anima

[1] No ove dvie zadnje nisu očite.

[2] Počimlje škulja.

[3] Talijanin naše *h* ili zanemari, ili izreče kako *k*, pak držim, da je ovo: Hrastovica, u Zagrebskoj biskupiji, ter župa od starine, po ovom zapisu: „Johannes plebanus ecclesie Sancti Spiritus in *krasthowca* zagrabien. dioec. 1493. 11 maij" u bratovskoj knjizi sv. Duha u Rimu.

[4] Valjada „Milica" prevedeno.

[5] Ovo i niže „Augustinus Johannis sclauonus" držim, da nije isti.

Digitized by Google

unum materatum et unum capitale, et unum par l . . . . . copertorio ipsius testatricis. Item reliquit ipsa testatrix marie uxori georgij de segni[1] *sclauone* unum materatum et unum copertorium cum capitali . . . . . Item reliquit marie filie suffie *sclauone* ipsa testatrix pro eius anima unam cassam, et unum oglierium (?), et unum rete sete (?), et unum linteamen . . . . . unum materatum. Item reliquit ipsa testatrix marte mathei *sclauone* unum gurenellum (?), et unam libram filati suctillis (sic) pro anima ipsius testatricis. Executores et fideicommissarios huius sui ultimi testamenti sueque ultime volunptatis prefata testatrix fecit et ordinauit paulum de bosina et Johannem (?) (m?)ahanza *sclauonos* absentes, ut presentes, pro executione huius sui ultimi testamenti ac sue ultime volunptatis, quibus suis executoribus dicta testatrix dedit vim et no(men) heredis. Et hoc esse voluit suum ultimum testamentum eiusque ultimam volunptatem. *(I ostalo)* Actum Rome in burgo sancti petri et in domo habitationis ipsius testatricis, presentibus, audientibus, et intelligentibus his testibus, videlicet: paulo symonis petri *sclauono* habitatore in portica (?) in austa, et reuerendo patre domino Valentino iohannis bonichi *sclauono* capellano[2] dicte ecclesie sancti Jeronimi de austa, bernardino petri de mediolano, antonio antonij veneto, tabernario in burgo, Ambrosio antonij de bergamo, et symone blaxij calafacti de zara (?) barberio (?), et francisco alberti macellario in burgo, et Augustino Johannis *sclauono* de sancto laurentio[3] tabernario in dicto burgo, testibus ad predicta vocatis, habitis, et ab ipsa testatrice specialiter rogatis. Et ego Agnielus luce de Janzys, ciuis Romanus, publicus dei gratia imperiali auctoritate notarius, quia predictis omnibus, dum, sicut premictitur, agerentur et fierent, una cum prenominatis testibus interfui et presens fui, ideo ea rogatus scribere, scribsi (sic), subscribsi, et in fidem omnium premissorum signum nomenque meum apposui consuetum. (L. s.)

Ibidem. Autogr. membr. Koža je škuljasta.

XXXI. 1514. 28 decem. . . . . Anno domini millesimo quingentesimo decimo quarto, pontificatus sanctissimi in cristo patris et domini nostri domini leonis diuina prouidentia pape decimi, indictione tertia, mensis decembris die vicesima octaua, in presentia mei notarij et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocator. et rogator. honesta domina domina elisabetta relicta quondam cole *sclauoni,* que domina primo et ante omnia in quantum ad infrascripta omnia et singula medio eius iuramento renunptiauit auxilio velleani senatus consultus, et autentice, si qua mulier, et legi julie de fondo (sic) dotali, ac omnibus iuris, dotis, donationis propter nuptias, parrafernorum, bonorum, alimentorum, et omnium aliorum

[1] V. XXII.

[2] V. XXVII. i XXXVIII.

[3] „Sv. Lovrenac", tako zovu dvie župe u Istri, pak ja tamo pomislih.

Digitized by Google

legum et juris auxilio in favorem mulierum introductis, certiorata prius per me notarium infrascriptum de dictis iuribus et fauoribus rebusque dotalibus supra renunptiatis, quid sint, quid dicant, quidue importent, et quem effectum habeant, sponte et ex certa eius scientia, et non per errorem, non vi, dolo, metu, fraude, nec alia aliqua sinistra machinatione circumuenta seu ducta, sed sua libera et spontanea voluntate et non per errorrem, cum consensu, presentia, verbo, voluntate et mandato Reuerendi patris domini vincentij episcopi octosien(sis)[1] tanquam presidentis infrascripti hospitalis, et cum consensu petri nauarini et andree sutoris guardianorum venerabilis hospitalis sancti Hieronymi de Austa (Augusta) presentium et consentientium, et quilibet ipsorum consentientes et eorum et cuiusque ipsorum consensum prestantis infrascripto instrumento (?) comunicationis et omnibus in eo contentis cum consensu predicto dicta domina elizabetta comunicauit et in comunionem posuit cum discreto viro bartolino quondam quilermi (sic) de centina de lauaglia episcopatus placentie presente et stipulante pro se suisque heredibus et successoribus, id est, quandam (sic) parietem muri existentem inter medium domus prefate domine elizabette et domus ipsius bartolini sitas in regione campi martis et in loco qui dicitur **scauonia**[2] retro sanctum rochum et positas sub proprietate sancti hieronymi predicti, et infra hos fines, videlicet cui ab uno latere est domus ipsius bortolini, ab alio est domus dicti hospitalis, retro est gripta seu mons austi (Augusti), vel si qui alij sunt plures aut veriores confines antiqui vel moderni, aut vocabula veriora ad dictam domum seu parietem quomodolibet spectantes et pertinentes, id est a fondamentis *(sic)* dicte (sic) parietis usque ad culmen tecti, quem parietem dicte partes asseruerunt ascendere ad cannas decem et . . . . . cum pactis et conuentionibus infrascriptis, quod liceat et licitum sit dicto bartolino in dicto muro coicato (= *communicato)* apodiare, trabes mittere, et super eo edificare, et omnia alia facere, que de iure in simili muro comunicato facere potest. Hanc autem comunicationem et omnia alia et singula, que superius dicta sunt, et infra dicentur, fecit dicta domina elizabetta cum consensu prestito (?) dicto bartolino presenti et stipulanti ut supra, pro pretio et nomine pretij nouem ducatorum auri ad rationem decem juliorum pro quolibet ducato, de quibus dicta domina elizabetta confessa fuit et in veritate recognouit habuisse et recepisse a dicto bartolino presente et stipulante. *(I ostalo.)* Actum Rome in dicta regione campi martis et in sala domus sit(e) in hospitali sancti hieronymi predicti, presentibus, audientibus et intelligentibus hijs v. prbri. (= presbyteri) mattie (sic) canonico de

[1] = Ottociensis = Otočki (Otočac), pridjevkom „de Andreis" (Andrijčić?) po XL, a rodom iz Trogira.

[2] Valja da je hoteo izreći = ščavonia, kako to i izriču nekoji Talijani; no za to bješe mu zapisati: *sciavonia,* kako je u XXXVII., a u XLV. pak *„sciauoni"*.

Digitized by Google

trau capellano dicti reuerendi patris domini episcopi, et presbyteri Jacobo canonico spalatensi cum eodem episcopo, testibus . . . . .

Et ego . . . . . ciuis romanus, publicus dei gratia imperiali auctoritate notarius, ac notarius perpetuus et actuarius Curie Capitolij . . . *(I ostalo)* (L. s)

Ibidem. Autogr. membr.

XXXII. 1515. 9 sept. . . . . Anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto, Indictione quarta, die vero nona septembris, pontificatus sanctissimi in Christo Patris et D. N. Domini Leonis diuina prouidentia Papae decimi anno tertio. In presentia mei notarij et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocator. et rogator., cum fuerit et sit, quod alias. prout infrascripte partes asseruerunt, Venerabilis Societas Sancti Hieronimi **Illiricorum** locauerit ad liuellum in perpetuum quondam Baptiste et Antonio germanis fratribus **sclauonis** quoddam petium soli seu terreni ipsius societatis triginta cannarum in totum cum certa domuncula parua, terrinea, et tectata, tantum ex creta confecta in eo existente, situm et sita in Regione Campi Martis in loco qui dicitur *Schiauonia,* cui ab uno latere sunt res proprietatis ipsius societatis, quas retinet ad similem locationem Fabianus de Chelichi[1], ab alio etiam res proprietatis societatis prefate, ante et retro sunt vie publice . . . . . ad respondendum singulis annis eidem societati ducatos duos de carlenis decem pro ducato ad computum monetae veteris, videlicet ad rationem unius grossi pro qualibet canna dicti soli seu terreni, computata dicta domuncula. Et cum dictus Baptista, predefuncto dicto Antonio eius fratre intestato sine filijs et alijs proximioribus, in suo ultimo testamento solum ipsum cum dicta domuncula reliquerit domine Ursoline[2] sue uxori, sub conditione, quod post ipsius Ursoline mortem remaneret prefate societati et Hospitali *Illiricorum;* dictaque domina Ursolina postmodum solum ipsum et domunculam cum juribus et pertinentijs suis donauit et titulo donationis ireuocabiliter et inter viuos dedit et concessit viro nobili Rufino Campi Martis, propterea quod orta fuit super dicto solo et domuncula controuersia inter dictam societatem ex una pretendentem solum ipsum cum domuncula ad se deuolutum et deuolutam, et prefatum Rufinum ex alia (parte); quapropter volentes partes ipse litis anfractus euitare, et sumptibus et expensis parcere; hinc est, quod personaliter congregati et cohadonati, ut moris est, in ecclesia Sancti Hieronimi *Illiricorum,* sita in Regione Campi Martis prope montem Augustalem, ubi tales congregationes et cohadunantie pro negotijs peragendis et expediendis fieri solent, venerabiles et discreti uiri Dominus Georgius de Ubertis[3], abbas Si-

[1] Bijaše članom toga družtva, kako je ovamo niže; no „Chelichi", ovo neznam, je li: Kelik, ili Helik, ili Čelić, ili Ćelić, ili Čelići, a brže da je mjesto.

[2] Morda ona ista u XXIX.?

[3] I još u XXXIII., i u XXXIV., i u XXXV.

Digitized by Google

billicensis[1], presidens, D. Johannes Pollacus[2] Penitentiarius sanctissimi Domini N. Papae, D. Marius Petri de Marmoreis[3], beneficiatus s. Petri de Urbe, D. Simon de Dominis, D. Johannes de Dominis[4], Mattheus Johannis[5], Paulus Marci[6], Dominicus de Parma[7] tabernarius et Petrus Nauarinus guardiani, magister Baptista de firmo[8] camerarius, Georgius quondam Pauli zagrabiensis, Bartholomeus de Cremona[9], magister Andreas sutor[10], magister Marcus quondam Gregorii spadarius[11], magister Gregorius Brigliarius[12], Fabianus de Chelichi, Marcus quondam Gregorij de Guba[13], Radichius stipendiarius sanctissimi Domini N. Papae, Johannes de Asti scoparolus, alias Roscio[14], omnes de dicta societate Sancti Hieronimi *illiricorum*, asserentes se esse ultra duas tertias partes de tribus integris tertijs partibus ipsius societatis. *(Preskočiv)*. Actum ut supra, presentibus prouidis viris magistro Stefano de Cugia Comen. dioc. muratore in Urbe et Regione Campi Martis commo-

---

[1] Bih rekao, da je ovo shabno, namjesto: Sibinicensis, no neznam za Šibensku opatiju.

[2] I u XXXIV.

[3] I u XXXV., i još u knjizi „Catastro" od 1543 g. na 87. l.

[4] Najbrže obadva iz Raba, pak Ivan Senjski biskup od 1537—1541.

[5] I u XXXIV. Je l' ovo on isti „Mathaeus Ivanich" u XXXIII., i u XXXIX.?

[6] I u XXXV., i još morda isti „Paulus Smougliar" u XXXIX.

[7] Ovako i u XXXIII., a u XXXIV. *Puema*, a XXXVIII *Palma*, u tih *prepisih;* no „Pernia" i „Perna" u XXXV. i u XXXVII. izpravi, u tih *maticah*, kako držim, da je pravo. A to daj vidj.

[8] Ovako i u XXXIII., a u XXXIV. „frimo". Što u ondašnjih pismih s priliči *f-u*, po tom sudim, da je u matici bilo: *srimo*, ili *sirmo* = *Sirmio* = *Sriem*, ako nije *Srima*, u Šibenskoj biskupiji župa od 1298 do 1570 g., kako te biskupije „Prospectus" kaže.

[9] Pravo?! Isti „Barth. Lombardus" u XXXIII., i u XLI.?

[10] I još u XXXIV., i u XXXIX.

[11] Sabljar. Isti još u XXXIV, i u XXXV. A i „Marcus de Nona" u XXXVIII. jest ov isti, kako to „Catasto" na 9. i na 55. l. kaže.

[12] Ovo i „Gregorius fornimentarius" u XXXIX., i u XLIII. držim da je isti. Jer „brigliarius" može biti = „fornimentarius" = uzdar. A brže da je i ono „Gregorius de Zagrabia" u XXXV., i „magister Gregorius" u XLI. ov isti.

[13] Ovo u prepisu, i ono „Marcus quondam Georgii de crupa" u XXXVII., ter u matici, držim, da je isti, pak da je prvo krivo a drugo pravo. A i „Marcus de Cimpe" u XXXVIII., držim, da je shabno prepisano, namjesto: Crupa, pak da je ono ov isti, kako možda i „Marcus Georgii, spedalerius", u XLI.

[14] „Asti" držim, da je krivo prepisano. „Roscio" je = Rosso, po talijansku, a po latin.: Rubeus, kako je u XXXIV., u XXXV., i u XXXVI.

Digitized by Google

rante, et magistro Antonio quondam Virgilij del Frate de Bononia carpentario in Urbe testibus ecc. Stefanus de Amannis notarius etc.
Ibid. Po prepisanu. Istromenti I, 56.

XXXIII. 1515. 7 octobris. Cum fuerit et sit, quod alias Dominus Ciprianus Juuenalis clericus Amerinus emerit a domina Flora uxore q. Georgij de Rena quandam domum proprietatis S. Hieronymi *Iliricorum* de Urbe, seu Hospitalis et societatis ipsius Ecclesiae s. Hieronymi, videlicet melioramenta et jura ipsius Florae, quae habet super solo et proprietatis (sic) prefatae societatis nouem cannarum cum dimidia mensurae senatus ad respondendum singulis annis eidem societati et Hospitali in perpetuum grossos nouem cum dimidio videlicet ad rationem unius grossi pro qualibet canna. Quae domus posita est in regione Campi Martis in loco qui dicitur *Schiauonia*, cui ab uno latere sunt res praefati domini Cipriani sitae sub eadem proprietate sancti Hieronymi, a duobus alijs lateribus sunt viae publicae, vel si qui alij sunt, aut esse possunt plures aut veriores confines . . . . . pro certo pretio inter eas conuento, prout in publico instrumento manu d. Johannis Cozardi publici notarij de eo rogato. Hinc est quod orta fuit controuersia inter praefatam societatem sancti Hieronymi ex una, et dictam d. Floram ex alia de et super deuolutione dictae domus rebusque alijs, et coram Reverendo Patre Domino Auditore Camerae Apostolicae. Et propterea personaliter constituti in praesentia mei notarij v. Reuerendus Pater Dominus Georgius de Ubertis Prothonotarius Apostolicus et Praesidens eiusdem societatis sancti Hieronymi, Petrus Nauarinus et Dominicus de Parma[1] tabernarius, Guardiani Societatis praedictae, ac Baptista de Firmo[2] Camerarius, dominus Matteus Florius[3], Capellanus Matteus Iuanichi[4], Fabianus Brigliarius[5], magister Andreas Bilensis sutor[6], magister Andreas de Subinico[7], Fabianus Piscator[8], Bartholomeus Lombardus, Fabianus Carozzarius[9], omnes de dicta Societate Sancti Hieronimi, pro se ipsis et alijs absentibus, pro quibus de rato, quatenus opus sit,

[1] *Perna*, po XXXV., i po XXXVII,
[2] Vidj XXXII.
[3] Morda „Cvetković" prevedeno? I u XXXV.
[4] U XXXIX.: Ivanich; a tako i u „Catastru" na 9. i na 35. l., ter ne „Matteo" (na talijan), nego „Matia".
[5] I ovo uzdar. Isti još u XXXIV., XXXV. i u XXXVII., gdje mu je i otčino ime (Šimun), i domovina (Zagreb).
[6] I „magister Andreas Ropis Belinzis" u XXXV. držim da je isti, a morda i „mr. Andreas q. Ropis de Zablak sudubalen". u XXXVIII.
[7] Još u XXXV. i u XXXVII., gdje mu je i otčino ime (Paval). Svagdje je „Subinico", pak se bojim reći, da je to pogrješka, namjesto: Sibenico, a za „Subinik", ili „Zubinik" neznam. Vidi još u XXXVI.
[8] *ribar*, ili *Ribarić?*
[9] *kolar.*, ili *Kolarić?*

Digitized by Google

promiserunt in forma etc., et vocatis alijs absentibus pro hac die et hora ad infrascripta facienda, asserentes tamen se esse ultra duas integras partes de tribus integris tertijs partibus eiusdem Societatis, totamque Societatem representantes sponte et ex certa eorum, et cuiusque ipsorum scientia etc. vice et nomine dictae Societatis et pro ea cesserunt primo et ante omnia liti et causae huiusmodi per dictam Societatem motae contra praefatam dominam Floram licet absentem, me notario praesenti etc. Et insuper consenserunt, et eorum et cuiusque ipsorum consensu et assensu vice et nomine Societatis praedictae dederunt et praestiterunt supradictae venditioni et jurium cessioni, ut praemititur, de supradicta domo et melioramentis factis eidem D. Cipriano praesenti etc., dictamque venditionem et jurium cessionem ratificauerunt, approbauerunt, et omologauerunt, ratamque, gratam et firmam haberi voluerunt semper et perpetuo, et in nullo contra facere etc. dictae Societatis nomine aliqua ratione, vel causa, omni meliori modo etc. et hoc praesertim intuitu et contemplatione Reuerendissimi D. Cardinalis de Grassis, a quo dicta Societas plura beneficia recepit, et in futurum Deo concedente recipere sperat . . . . . Hanc autem locationem nouam etc. fecerunt praenominati Confratres eidem Domino Cipriano praesenti etc. pro eo, quia praefatus d. Ciprianus promisit et conuenit annuatim soluere et pacare in perpetuum eidem Societati et Hospitali etc. dictam annuam responsionem nouem grossorum cum dimidio ad rationem quinque bolendorum pro quolibet grosso . . . . . *(Preskočiv).*

Actum Romae in Regione Campi Martis in ecclesia praefati S. Hieronimi praesente I. U. doctore Galeotto de Ferazzolis aduocato concistoriali *(sic)*, ac D. Joanne Benedicti de Bonsauenis Clerico Bononien., et Domino Rosato Speculino laico ortano testibus etc.

Stefanus de Amannis ciuis romanus not. publ.

Ibid. Istromento I, 104.

XXXIV. 1515, 21 octob. . . . . Anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto, indictione quarta, die vero vigesima prima mensis octobris, pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri d. Leonis diuina prouidencia Papae decimi, anno (tertio), in presentia mei notarij et testium infrascriptor. . . . . congregati et cohadunati, ut moris est, in ecclesia Sancti Hieronimi nationis *Illiricorum* venerabiles viri D. Georgius de Ubertis Presidens, D. Johannes Pollacus Penitentiarius sanctissimi D. N. Papae, Dominicus de Puema[1] guardianus, magister Baptista de frimo[2] camerarius, Andreas quondam Pauli de subinico, Marcus spadarius, Fabianus brigliarius, Rubeus scoparolus, magister Andreas sutor, Mattheus Johannis, omnes de societate S. Hieronimi *Illiricorum,* asserentes se esse maiorem partem dictae societatis, et habere potestatem infrascriptam locationem faciendi, sponte et ex eorum certa

[1] V. XXXII.

[2] Ondje, 9.

Digitized by Google

scientia et non per errorem unanimiter et concorditer, nemine ipsorum discrepante, locauerunt et titulo locationis in emphiteosim dederunt et concesserunt prouido viro Petro Nauarino eorum confratri presenti, recipienti et stipulanti pro se et eius futura uxore, licet absente, videlicet quandam ipsius societatis domunculam, sitam in Regione Campi Martis in loco qui *vulgariter* dicitur *schiauonia,* cui ab uno latere est ecclesia sancti Rochi, a duobus alijs lateribus res proprietatis hospitalis et societatis prefate, ante est via publica, vel si qui alij etc., id est ad vitam et durante vita prefati Petri Nauarini et eius future uxoris, si uxorem ducere contingerit . . . . . *(I ostalo).*

Actum Romae in Regione Campimartis, videlicet in dicta ecclesia Sancti Hieronimi *Illiricorum,* presentibus prouidis viris D. Francisco Serena clerico Lucen., et Johanne Moneto clerico Urionen. (Visonen?) diocesis testibus . . . . .

Ibidem. Istromenti I, 57.

XXXV. 1516, 20 jan. . . . . Anno domini millesimo quingentesimo decimo sexto, indictione 4. die vero vicesima mensis januarii, pont. sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Leonis div. pror. pape X., anno eius tertio, in presentia mei notarij et test. infrascriptor. . . . . congregati et cohadunati, ut moris est, in ecclesia sancti hieronimi *illiricorum,* loco congregationis solito venerabilis societatis et hospitalis dicte ecclesie sancti hieronimi *illiricorum* de urbe, Reverendissimus pater dominus georgius de ubertis presidens, petrus uauarinus et Dominicus de perma[1] guardiani eiusdem societatis et hospitalis, et magister andreas ropis belinzis camerarius, domini Jacobus beuilaqua[2] mazerius sanctissimi domini pape, fabrianus *(sic)* brigliarius, marcus posidua[3], Rubeus scoparolus, marcus spadarius, andreas de subinico, et gregorius de zagabria *(sic)*[4], paulus marci, dominus matteus florius cappellanus eiusdem societatis, tomas de zarra *(sic)*[5], omnes de dicta societate sancti hieronimi *illiricorum,* asserentes et affirmantes se esse ultra duas tertias partes de tribus integris partibus societatis prefate, ac

[1] U matici je: **p̄ma** *(p* je zdola prekriženo), kako držim, da je bilo i u maticah XXXII., XXXIII. i XXXIV. izprave, jer tada su svi pisci skraćivali. A to držim da nije *Parma,* jer talijanin nemogaše biti medju ovimi Slovjeni; nego *Perma,* prama drugim ovakovim skraćenicama u ovoga istoga pisca: „facto sup (= *super)* his colloquio . . . . nemine repto (= *reperto)* . . . cum juribus et ptinentijs (= *pertinentiis)* suis . . . . . salua tamen in omnibus et p (= *per)* omnia . . . p (= *per)* dictam societatem" a to „Perma" namjesto *Perna,* kako u XXXVII. A to daj vidj.

[2] I u XLI., i još u „Catastu" na 9. i na 53. l. Morda „Vodopijić" prevedeno? A „mazerius" = štakonoša.

[3] I ono „Marcius Posilovich" u XLII. brže da je isti.

[4] I ono „Gregorius claudus Zagabria" držim da je isti.

[5] I u XXXVII., a brže da i ono u XXXIX.

Digitized by Google

affirmantes societatem et hospitale predictos fore grauatam et grauatum multis et diuersis litibus et debitis . . . . . societatis fuisse contra eandem societatem decretas et traditas literas executoriales, dictamque societatem et hospitale non habere in presentiarum manuales pecunias ad satisfacienda . . . . . alias diuersas lites prosequendas tam pro recuperatione bonorum occupatorum ad eandem societatem et hospitale spectantium, quam pro defensione et tuitione aliorum bonorum eiusdem societatis et hospitalis. Propterea facto super his pluries colloquio et parlamento inter omnes, et considerantes denique societatem et hospitale habere quandam domum sitam in dicta R(egio)ne campi martis in . . . . . ab uno latere est dictum hospitale sancti hieronimi, ab alio . . . . . eiusdem societatis et hospitalis, vel si qui alij sunt vel esse possunt ad dictam domum spectantes plures aut veriores confines . . . . . que indiget reparatione . . . . . damno societatis et hospitalis prefati. Ad euitandum igitur huiusmodi damnum ac venditionem et alienationem alicuius sui stabilis . . . . deliberatum fuit, matura deliberatione preambula, esse deueniendum ad infrascriptam locationem de dicta domo fiendam cum pactis et conditionibus infrascriptis, et nemine reperto qui meliorem aut talem conditionem obtulerit, quam infrascriptus dominus nicolaus delfi; idcirco prenominati guardiani et officiales et homines societatis predicte vice et nomine dicte societatis et hospitalis et pro eis, salua tamen in omnibus et per omnia si necesse fuerit, sauctissimi d. n. pape et sedis apostolice auctoritate et confirmatione, unanimiter et concorditer, nemine ipsorum discrepante pro se ipsis et alijs de dicta societate absentibus, pro quibus etiam, quantum opus sit, promiserunt de rato, in forma iuris . . . . . in euidentem utilitatem ipsius societatis et hospitalis locauerunt et titulo locationis in emphiteosim dederunt, cesserunt et concesserunt v. dicto domino Nicolao delfi mercatori . . . . . in ea, ut supra, preter quam dominum marium petri do marmoreis[1] beneficiatum principis apostolorum de urbe pretensum locatarium seu conductorem eiusdem domus . . dictus dominus nicolaus delfi promisit concordare, si quod ius dictum dominum marium legiptime habere constabit virtute alicuius locationis de dicta domo per dictam societatem ut dicitur, sibi facte, illud eidem domino nicolauo (sic) cedet ita et taliter, quod presens locatio modoet forma premissis firma remaneat, ac si nullam per dictam societatem eidem domino mario factam locationem appareret . . . . . .

Actum rome in R(egio)ne campi martis in dicta ecclesia sancti hieronimi *illiricorum,* presentibus prouidis viris v. dominico de vendictis not(ari)o, et francisco lisis clerico abbulen. (?) et domino . . . de mediolano, testibus . . . .

Et ego Stephanus de amannis, ciuis ro(manus), publicus dei gratia imperiali auctoritate notarius, quia predictis omnibus et singulis,

[1] V. XXXII.

Digitized by Google

dum sic ut premititur, agerentur et fierent, una cum prenominatis testibus interfui et presens fui, eaque rogatus scribere in notam sumpsi, ex qua hoc presens publicum instrumentum manu alterius fideliter scriptum sumi et scribi feci, ideo in testimonium . . (L. s)
Ibidem. Autograph. membr.

XXXVI, 1516, 5 mar. . . . . Anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto, indictione quarta, die vero quinta mensis martij, pontif. sanctissimi in Christo patris et domini nostri d. Leonis diu. prou. pape decimi, anno eius tertio, in presentia mei not. et testium infrascriptorum . . . . . Cum fuerit et sit, quod versa fuerit lis, que adhuc in prima instantia coram r. p. d. gulielmo Cassadoro uno ex sacri Palatij Apostolici auditore pendet indecisa, inter venerabile Capitulum et Canonicos sancti Laurentij in Lucina de Urbe actores ex una, et venerabile hospitale et societatem sancti Hieronimi *Illiricorum* etiam de Urbe conuentos ex alia, de et super certo annuo censu, ut dicebatur, per dictam societatem et hospitale debito eisdem Canonicis et Capitulo occasione et ex causa sancte Marinelle, que ecclesia sancte Marinellae erat unita ecclesiae et Capitulo sancti Laurentij in Lucina, pretendentes dicti Canonici et Capitulum, quod fundum hospitalis predicti et etiam circumcirca que de presenti possidet dictum hospitale, spectare et pertinere (sic) alias ad dictam sanctam Marinellam; nec non similis lis et differentia versa fuerit et sit inter dictas partes, videlicet Canonicos et Capitulum ex una, et dictum hospitale et illius societatem ex alia, de et super bonis et hereditate q(uondam) Georgij colluxe[1] ac Thomasij[2] *(et)* Paulize[3] de partibus *illiricis* de Urbe defunctorum, rebusque alijs in actis causae et causarum huiusmodi latius deductis, et illorum occasione in prima instantia coram r. p. d. Bartholomeo Petra sancta etiam uno ex dictis sacri palatij apostolici auditoribus, coram quo predictum hospitale et societas difinitiua sententia in eorum fauorem et contradictos possidentes ex una et cum fructibus et expensarum condemnatione facta, a qua pro parte dicti Capituli et Canonicorum appellatum, causa huiusmodi appellationis r. p. d. Jo(anni) Antonio triuusio comissa extitit, coram quo in secunda instantia pendet indecisa: inter partes sic penden. fuit per communes Amicos tractatum et conclusum de concordia et compositione infrascripta. Hinc est, quod personaliter constituti in presentia mei notarij et testium infrascriptorum . . . . r. p. d. Bernardus ruta sedis apostolicae prothonotarius, et r. d. Cardinalis mantuani secretarius nec non predicte ecclesiae sancti Laurentij in Lucina Vicarius ac eiusdem Capituli et Canonicorum procurator ac eorum vice et nomine ad infrascriptam concordiam et

[1] Niže: „Coluza"; a tako i u „Catastu" na 63. l., ter prama onomu u XVIII.

[2] Možda onaj iz Like u XIX

[3] Niže, ter trikrat: Pauluza, i još očito, da su to tri osobe. Zato sam pridao *et*.

Digitized by Google

cessionem cum capitulis infrascriptis faciendam specialiter deputatus, prout de dicto procurationis mandato manu eiusdem notarij infrascripti latius continetur ex una parte, et spectabiles viri domini Egidius gallus[1] humanarum literarum professor[2], Jacobus de subiaco[3] guardiani dicti hospitalis et societatis ac Andreas decano nichnes[4], Johannes alias Rubeus scoparolus, procuratores eiusdem societatis sancti Hieronimi *illiricorum,* ad infrascriptam concordiam faciendam et adimplendam cum pactis et conuentionibus infrascriptis similiter specialiter deputati, prout etiam de dicto mandato manu eiusdem notarij infrascripti latius apparet, volentes et cupientes, ut par est, litium anfractus euitare et expensas *(sic)* parcere ac mandata *(sic)* eorum resp(ectiu)e debite executioni, non ui, metu, dolo, fraude, aut aliqua alia sinistra machinatione seducti seu circumuenti, sed sponte et ex certa eorum et cuiuscunque ipsorum scientia, et non per errorem aliquem juris vel facti, ac omnibus melioribus modo, via, jure, causa et forma, quibus magis et melius de jure potuerunt et possunt ac debent, debuerunt et debent pro se ipsis ac vice et nomine quibus supra respectiue, saluis et reseruatis, si necesse fuerit S. D. N. pape et sedis apostolice auctoritate et confirmatione, deuenerunt ad infrascriptam concordiam, transactionem, conuentionem, compositionem et pactum solemni et legitima stipulatione inter eos interueniente; v. propter huiusmodi concordiam dicta societas et hospitale habeat *(et)* habere debeat de dicta hereditate q. Georgij coluze, Thomasij et Pauluze domum magnam angularem cum juribus, membris et pertinentijs suis, liberam et exemptam ab omni onere seruitutis, redditus, canonis siue census, in qua ipsi Georgius, Thomasius et Pauluza successiuis temporibus habitauerunt, que in presentiarum est diuisa in tribus habitationibus, positam in regione Campi martis in platea sancti Laurentij in Lucina; cui a duobus lateribus sunt vie publice, retro res proprietatis venerabilis Cappelle Sancti Johannis site in dicta ecclesia sancti Laurentij in Lucina; nec non quandam aliam domum ipsius hereditatis terrineam et tegulatam tantum, cum juribus, membris et pertinentijs suis, sitam in dicta regione Campi Martis et juxta dictam domum magnam viculo mediante, ut uiam publicam ante-

---

[1] I još u XXXVII. i u XXXVIII., ter totu on „Romanus"; pak, ako je to istina, ja neznam, kako li je mogao medju Slovjene.

[2] A u „Catastu" na 75. l.: „1523. Marco e fratelli heredi del condam Egidio Gallo *Poeta laureato* tengono et possedino canne trenta quatro mensurate". . . .

[3] Grad na rimšćini, pak držim, da je ovo krivo prepisano, morda namjesto: Sibenico; pak bi moglo biti, da je ovo, „Jacobus q. Joannis Jacobi canonicus Sibinicensis", u XL., ili: „Prete Jacomo de Sebenico", u „Catastu" na 87. l.

[4] A niže: „de Caramchnet". Pak ili ovdje, ili ondje je krivo prepisano; a morda i ovdje i ondje; no „de" to je svakako predlog.

Digitized by Google

riorem, in qua ad presens inhabitat quidem Andreas Jobunco[1] *Hiliricus (sic)* . . . . . *(Preskočiv.)* saluo et reseruato dictis Capitulo et Canonicis super dicta domo parua infrascriptis *(sic)* annuo censu seu canone trium ducatorum soluend. ut infra; et quod dicti Canonici et Capitulum ex dicta hereditate predicti *(sic)* q. Georgij, Thomasij et Pauluze habeant et habere debeant unam aliam domum cum horto retro eam et alijs juribus *(et)* membris suis, liberam ab omni onere seruitutis, redditus, canonis seu census, sitam in dicta regione Campi Martis, cui ab uno latere sunt res ecclesiae sancti Ludouici de Urbe nationis gallicane, ab alio res Johannis baptiste q. magistri Antonij de Mediolano muratoris, et res predicte societatis et hospitalis s. Hieronimi *Illiricorum,* retro res Johannis bonfortis de Casinatis, ante est via publica . . . . *(Preskočiv.)* nec non predicti domini Canonici et Capitulum habeant et habere debeant omnia et singula melioramenta, vites, superficies, aut jura et actiones, que, quas et quod dicti q. Georgius, Pauluza, et Thomasius successiue habuerunt et possiderunt, et dictum hospitale habet seu habere posset super quadam vinea, que de presenti occupatur per Moniales seu bizochas ordinis S. Augustini, comorantes iuxta dictam plateam sancti Laurentij in Lucina. Et similiter predicti Canonici et Capitulum habeant et habere debeant de dicta hereditate omnia bona mobilia descripta in quodam inuentario confectu manu domini Siluestri de Soletanis clerici romani, nec non omnes et singulos fructus, redditus et prouentus per dictos d. Canonicos et Capitulum ex dictis domibus et hereditate perceptos usque in presentem diem; et predicti Canonici et Capitulum, siue dictus d. Bernardus procurator pro eis, possint et valeant recuperare, exigere et leuare eadem bona mobilia *(et)* immobilia a quibuscumque personis illa occupantibus seu quomodolibet detinentibus, et arrestan(tibus) sua super eiusdem bonis facta et apposita siue relaxata (?) faciendum (?) Qui relaxationi ex nunc consenserunt predicti domini Egidius, Jacobus, Andreas, ac Johannes guardiani et procuratores respectiue dicte societatis sancti Hieronimi *hiliricorum (sic)* ad deseruiendum in diuinis eidem ecclesie . . . . . *(Preskočiv).* Et insuper prefati D. Egidius et Jacobus et Andreas de Caramchnet, et Johannes alias Rubeus procuratores prefate societatis et hospitalis *(I ostalo.)*

Actum Romae in regione Coll(umne), et in parocchia *(sic)* sancti Saluatoris de Cupellis, v. in reclaustro domus solite habitationis r. p. d. Johannis Staphilei episcopi sabucen[2], sacri palatij auditoris, presentibus spectabilibus viris d. Jacobo eue (?) clerico veneten.

---

[1] A niže (a to sam preskočio): „In qua (domo) de presenti inhabitat *dictus Andreas de suburro*“; no ni ovdje ni ondje, držim, da nije pravo prepisano. Morda je ovo „Andreas de Subinico“ u XXXIII., u XXXV., i u XXXVII.?

[2] Pravo: Sebenicensis, ili: Sibenicensis. A bio je taj Šibenskim biskupom od 1512 do 1528 g., a Trogiranin rodom.

Digitized by Google

dioc. et domino Nicolao de pileis canonico ciuitatis spoletane, et d. Johanne lutio c(anonic)o agonen.[1], nepote predicti r. p. d Johannis Staphilei testibus . . .

Stephanus de Amannis not. publ romanus . . . . .

Ibid. Istromenti I, 14.

XXXVII. 1516. 20 sept. . . . . Anno domini millesimo quingeutesimo decimo sexto, indictione quinta, die vero vigesima septembris, pontif. sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Leonis diuina prouidentia pape decimi, anno eius quarto. In presentia mei notarij et testium infrascriptorum . . . . . congregati et cohadunati, ut moris est, in ecclesia s. Hieronimi *Illiricorum* de urbe prouidi viri petrus nauarinus guardianus, Dominicus de perna[2] tabernarius, Franciscus Zanoby alias capo de cetta[3] Ro(manus)[4], Fabianus brigliarius q. Simonis de Zagabria, Mattias etiam de Zagabria, Mattias etiam de Zagabria[5], Gregorius claudus etiam de Zagabria, magr. antonius de penyytis[6] pifararius[7] de pisino, Tomasius quondam mattei de Zara, Nicolaus quondam gregorij de Castagna[8], magr. Andreas quondam ropis de Zablak[9] sudubalen., Marcus quondam georgij de crupa[10], et Andreas q. pauli de subinico, omnes de ven(erabi)li societate prefati hospitalis sancti hieronimi *Illiricorum* de urbe siti in R(egio)ne Campi martis, asserentes se esse maiorem partem eiusdem Societatis, ac affirmantes dictam

[1] shaba, namjesto: Traguriensi, sudeć po drugoj: „*nepote*“ . . . . i po onoj: „Joannes Lucius Staphileus Canonicus Tragonensis (Traguriensis)“ u XXXIX., jer držim da je ovo isti

[2] U matici je: *pna (p* je zdola prekriženo), a to je: *perna,* sudeć po ovih drugih ovakovih skraćenicah: „confines . . . ptinentes (= pertinentes), . . . vocabula . . . ptinentia“, „ex quo solo dicta societas . . . nichil pcipit (= percipit)“, „facto sup (= super) his colloquio, et nemine repto (= reperto), qui . . .“ „imppetuum (= imperpetuum)“, „psona (= persona)“, „semp (= semper)“, i sve ovako p za *per;* a „Perna“, to je bio grad u zagrebačkoj biskupiji“, kako Kukuljevićeva „Jura“ (I. 133, II. 20), „Acta Croatica“ (239, 253, 257, 259, 280, 299 s.) kažu; ter su ga i „Pernia“ pisali.

[3] I u XXXVIII., no nešto drugačije.

[4] Pak ovdje?

[5] I „Mattheus (?) de Zagabria“ u XXXVIII. držim, da je isti.

[6] ako nije: *penyycis.*

[7] = sopac.

[8] Valja da „Kostanje“ u Splitskoj biskupiji, ter župa. Isti brže da i u XXXIX. i u XLI.

[9] Ova je ponovljena, a prije sudim da je bilo: *sablaco;* prvo *s* još je zdola poznati, a i zadnje *o.* „Sabljak selo“ u Krbavskoj biskupiji držim da to nije; nego, ili „Zabljak“ župa u Bosnoj, ili „Žabljak“ grad u Crnoj gori. A tomu, držim, da pomaže ova druga: „sudubalen“-(si? — sis?); no ja je nemogu protumačiti.

[10] Grad na Uni.

Digitized by Google

societatem habere in dicta R(egio)ne Campi martis in locho qui dicitur *Sciauonia*[1] certum petium soli seu terreni alias ad similem locationem dari solitum, quod in totum est triginta quatuor cannarum, vel circa, ad mensuram senatus; cui ab uno latere sunt res rufini de Casalibus ro(mani) ci(vis) de dicta Re(gio)ne campi martis, site sub eadem proprietate hospitalis et societatis sancti hieronimi, ab alio res pauli scaucla eiusdem proprietatis, ante et retro sunt vie publice *(Preskočiv)*. Ex quo solo dicta societas in presentiarum nichil percipit. Et facto pluries et pluries, ut ipsi confratres asseruerunt, super his colloquio et parlamento, et nemine reperto, qui meliorem condictionem *(sic)* de eo optulit, quam infrascriptus d. Egidius gallus; idcirco prefati Confratres unanimiter et concorditer, nemine ipsorum discrepante, in euidentem utilitatem ipsius societatis et hospitalis et pro eis, salua tamen et reseruata, si necesse fuerit, sanctissimi d. n. pape et sedis apostolice auctoritate et confirmatione, locauerunt et titulo locationis in emfiteosim imperpetuum dederunt, cesserunt et concesserunt, trastulerunt, tradiderunt et mandauerunt prefato domino Egidio gallo, presenti, recipienti, conducenti et legitime stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus, id est supra dictum solum supra positum et confinatum cum juribus et pertinentijs suis . . . *(Preskočiv)* . . . . . Hanc autem locationem, dationem, et jurium cessionem, seu concessionem fecerunt dicti Confratres pro se vice et nomine, quibus supra, eidem domino Egidio presenti et stipulanti, ut supra pro annua responsione seu canone duorum ducatorum de carlenis decem pro ducato ad computum monete veteris, et bol. viginti, videlicet ad rationem quinque bol. pro qualibet canna dicti soli seu terreni soluendorum integraliter de anno in anno eidem societati in Kl. (= *Kalendis)* septembris cuiuslibet anni incipiendo in Kl. presentis mensis septembris; nec non pro eo quod prefatus d. Egidius promisit in dicto solo edificare, et in eo construere et facere unam domum habitabilem ad minus suis sumptibus et expensis, illamque manutenere etiam suis sumptibus. *(I ostalo.)*

Actum in dicta ecclesia sancti Hieronimi *Illiricorum*, presentibus prouidis *(viris)* Johanne quondam petri de criminale lauden. dioc(esis) librario in Campo Flore, et Johanne Filippo htruelis[2] de naña[3] stampatore librorum de bononia in Re(gio)ne arenule, et aug(usti)no quondam andree de ghosminiis[4] ro(mano) ci(ue) etiam stampatore testibus etc.

Et ego Stefanus de amannis ci(uis) ro(manus), publicus dei gratia imperiali auctoritate notarius. *(I ostalo.)* (L. s.)

Ibidem. Autographum membr.

---

[1] V. XXXI.

[2] Ako nije: heruelis, ili: htrudis, ili: henudis.

[3] = Nanna? ili: Nonna, kako u prepisu?

[4] Ako nije: ghosmirinj.

Digitized by Google

XXXVIII. 1517, 15 febr. . . . . Anno . . . . millesimo quingentesimo decimo septimo, indictione quinta, die uero decima quinta mensis februarij, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Leonis diuina prouidentia Papae decimi anno quinto, in presentia mei notarij publici *(Preskočiv)* . . . . personaliter constituti, congregati, et coadunati, ut moris est, in ecclesia sancti Hieronimi *Illiricorum* de Urbe sita in Regione Campi martis ad infrascriptum actum faciendum prouidi viri D. Egidius Gallus Romanus, Petrus Nauarinus guardiani societatis et nationis sancti Hieronimi *Illiricorum* una cum Dominico de Palma[1] Camerario dictae societatis, D. Franciscus de Zenobijs alias Caput accede, Mattheus de Zagabria, magister Andreas sartor, Bartholomeus Nicolai de baccais, Marcus de Cimpe[2], Giorgius *(sic)* de bosina[3], Fabianus de Zagabria, Mattheus de Chiecuta. Marcus de Nona, omnes Confratres predicte Societatis sancti Hieronimi *Illiricorum,* asserentes, et quilibet eorum asserens, se maiorem partem hominum dicte Societatis facere, pro quibus de rato et ratihabitione in forma juris valida, et in Urbe consueta, prout moris est, promiserunt, et quilibet eorum promisit, et contra infrascriptam locationem nullo umquam tempore nec aliquo quesito colore uenire, nec contra facere, sed illam ratam et gratam habere. Quibus praemissis, omnes concorditer, et nemine discrepante, non contradicente, sponte et ex eorum et cuiuslibet ipsorum certis scientijs ac spontaneis voluntalibus, non coacti, nec seducti, sed omnibus melioribus modo, uia, jure, causa et forma . . . . . confirmauerunt, et quilibet eorum confirmauit, et de nouo locauerunt . . . . . honorabili viro domino Ludouico de perris de Amelia presenti[4] hered(um) q(uondam) D. Presbiteri Valentini, dum in humanis ageret, Capellani dictae societatis, licet absenti, mihi tamen notario publico stipulan(ti) et recipien(ti), et etiam pro ipsis heredibus et successoribus dicti Valentini conducen(ti) et acceptan(ti), v(idelicet) pro Mariano et fratribus imperpetuum v(idelicet) omnes domus et cappannas, quas dictus q. D. Presbiter Valentinus retinebat, et heredes sui retinent, cum eisdem pactis et conditionibus qua *(sic)* prius habebat dictus Presbiter Valentinus et heredes, v. cum responsione quinque bolendinorum (sic) pro qualibet canna singulis annis, cum ista etiam noua conditione, v. quod prefati heredes et successores dicti presbiteri Valentini exponant et exponere habeant ducatos quinquaginta de carlenis monete veteris, et hoc in melioramentis et reparatione dictarum cappannarum, quia ad presens minantur ruinam. Et si dicti heredes et successores dicti Valentini non exposuerint dictos quinquaginta ducatos de carlenis infra terminum quinque annorum, quod dicte

[1] Nam.: Perna, ili Pernia!

[2] Nam.: Crupa!

[3] I u XLI.?

[4] Krivo, nam.: procuratori, sudeć po drugih riečih, a navlastito po protivnoj: „absenti".

Digitized by Google

cappane reuertantur ad dictam societatem eo ipso, prout plenius continetur in certo contracto (sic) locationis facto pro hac re inter Guardianos et Camerarium dictae societatis tunc existentes, et per dictum D. Ludouicum procuratorem predictorum heredum et successorum dicti domini Valentini *(Preskočiv)* . . . . . .

Acta fuerunt haec rome in regione campimartis in ecclesia Sancti Hieronimi societatis *Illiricorum* presentibus ibidem venerabilibus viris dominis magistro Bernardino Martini de Bussia, et D. Angelo Centolini de gallesio testibus . . .

Salustius de Soletanis notarius . . . . .

Ibidem. Po prepisu god. 1653. Istromenti I, 89.

XXXIX. 1519, 7 aug. Collegium Arch(iv)ij Romanae Curiae scriptorum. Uniuersis et singulis, ad quos praesentes nostrae, siue praesens instrumenti consensus sumptum peruenerint, salutem in Domino, et nostris huiusmodi fidem indubiam adhibere. Noueritis quod in notis instrumentorum rogatorum per q. dominum Joannem Lucium Staphileum[1] notarium publicum, quae conseruantur in archiuio generali Urbano, scilicet in Libro extensorum nuncupato numero 35., inter alia reperitur infrascriptum instrumentum tenoris sequentis, videlicet. Die Dominica, septima mensis Augusti 1519. Cum sit, *(quod)* alias Joannes Dominicus de Fidelibus de Ripatransonis laicus firmanus *(sic)* dioc(esis), scriptor Archiuij Rom. Curiae prin(cipa)lis emerit a domina Helena Chicha[2] *Illirica* relicta q. Antonij Ungari, et filia Catherinae *Illiricae* eius matris quaedam meliora menta sita in quodam fundo sito in Vico *Illirico*[3] sub proprietate Hospitalis S. Hieronimi *Illiricorum* regionis Campi martij, prout in instrumento rogato manu D. Joannis de Gais latius apparet. Hinc est, quod supradicta die venerabiles viri Gregorius fornimentarius, et magister Andreas sutor, Guardiani, nec non Nicolaus de Gregorio Camerarius, omnes officiales in praesentiarum dicti Hospitalis, ac d. Joannes Jacobus Canonicus Sibinicensis[4], Petrus Nauarinus, Georgius Zoppo[5], Mattheus Iuanich, Paulus Smuogliar[6], et magister Thomas pannorum tonsor, omnes *Illirici,* et Confratres dictae Societatis S. Hieronimi *Illiricorum,* et *Illirici (sic)* dederunt et prestarunt *(sic)* omnium (?) eorum consensum, ut officiales et Confratres dicti Hospitalis, et dicti Hospitalis nomine, ac totam Socie-

[1] I šibenski biskup od 1528 do 1557 g. ovako se pisao, pak je li ovo on isti?

[2] A u „Catastru" na 63. l: „1523. La casa quarta che fo de Zorzi colluza, la qual casa, e *(sic)* in eampo marzo appresso alla piaza di S. Lorenzo in lucina possiduta per margarita qual fo moglie del q. Andrea *chichia*" . . . .

[3] V. u XXVII.

[4] I u XL.

[5] Najbrže = „Gregorius Claudus" u XXXVII.

[6] *Smuglier* u XLI, u „Catastru" na 11. l. *Smuegliaro* a na 72. *Smucgliar.* A pravo?

Digitized by Google

tatem representantes, et dictae Societatis nomine consenserunt, et consensum prestarunt, ac uoluerunt dictum Joannem Dominicum, eiusque haeredes et successores in dicta melioramenta in perpetuum possidere etc. ad habendum etc., salua tamen solutione Census sex Carlenorum et bolendinorum duorum cum dimidio, soluendorum annuatim in duabus pagis[1] officialibus dicti Hospitalis . . . *(Preskočiv)*

Actum Romae in ecclesia praefata S. Hieronimi praesentibus ibidem venerabilibus uiris D. D. Jacobo Dominici de bona erba laico Vercellensi, et Venturino q. Stephani Caruiglia de bona *(sic)* monte laico yporigiensis diocesis testibus etc. — Joannes Lucius Staphileus Canonicus Tragonen(sis)[2], publicus apostolica auctoritate notarius, ac in Arch(ivi)o Romanae Curiae descriptus pro nota.

XL. 1520, 26 febr. Copia extracta ex libro extensorum num. 38 Instrumentorum existente in Archiuio Urbano, in quo libro folio 31 reperitur instrumentum infrascriptum rogatum per q. Franciscum Serrenam notarium.

. . . . . Anno Domini 1520, die 26 februarij etc. Constituti et congregati in ecclesia sancti Hieronymi de Urbe *Illyricorum,* videlicet Societas seu Confraternitas Hospitalis, videlicet R p. d. Vincentius de Andreis Episcopus Ottociensis[3], Presidens dicte Societatis, venerabilis presbyter Jacobus q. Joannis Jacobi canonicus Sibinicensis etc. sponte etc. reseruato tamen beneplacito Sedis Apostolice, locauerunt et locationis titulo uere proprio et in perpetuum dederunt etc. quodam casamentum, seu cappannam sitam in Regione Campi Martis, cui ab uno latere sunt heredes quondam presbyteri Valentini, via publica, et ab alio latere uia, quae ducit ab ipso Hospitale ad Sanctum Ambrosium, aut si qui etc. cum omnibus suis juribus etc. et exceptam ab omni onere praeter a responsione et pacto infrascripto, magistro Zannino muratori d(iocesis) Cremonensis, ita quod deinceps perpetuo praefatus conductor, et eius successores et haeredes possint de dicta cappanna seu casamento, et juribus disponere etc., hac tamen conditione, quod dictus magister Zanninus, et sui successores perpetuo teneantur et obligati sint etc. singulis annis pro annuo censu etc dicto Hospitali seu Societati *Illyricorum* uiginti septem Julios monetae currentis etc. uidelicet decem bajochos pro Julio etc. Actum Romae in dicta ecclesia etc. praesentibus etc. testibus etc.

Franciscus Serrena notarius rogatus.

Ibidem. Po skorijem prepisu.

XLI. 1522, 1. jun. Collegium Archiuij Romanae Curiae scriptorum Uniuersis et singulis, ad quos praesentes nostrae, siue praesens instrumenti sumptum peruenerint, salutem in Domino et nostris huiusmodi fidem indubiam adhibere. Noueritis, quod in notis instrumentorum rogatorum per q. Dominum Bernardinum Corradinum

[1] Valja da po talijansku: paga = plaća.

[2] Traguriensis.

[3] V. XXXI.

Digitized by Google

notarium pub., quae conseruantur in Archiuio generali Urbano, scilicet in libro Extensorum nuncupato n. 38 inter alia reperitur infrascriptum instrumentum, tenoris sequentis, uidelicet: Die prima Junij 1522, congregata uniuersa Societas (Hospitalis) S. Hieronimi in Lusta Almae Urbis *Illiricae* nationis in ecclesia S. Hieronimi dicti Hospitalis, videlicet dominus Gregorius Raretius[1] Ripae et Ripettae[2] almae Urbis Sensarius, et magister Thomas q. Petri Palatrij[3], Guardiani, d. Jacobus Beuilacqua Sindicus, magister Gregorius alter Sindicus, Marcus Georgij Spedalerius, Presbiter Simon auxerensis Capellanus dicti Hospitalis, Petrus Nauarinus[4], Paulus Smuglier, magister Simon Guadagnini[5] pellicciarius, mr. Paulus Ragusinus tessitor pannorum, Nicolaus Gregorij, mr. Georgius de Triesto, Michael Ambrosius spadarius q. Francisci Pastocchij[6], d. Georgius q. Martini de Bosna insoppo (?) pro infrascriptis negotijs peragendis, ut moris est, omnes concorditer et unanimiter et in mei notarij etc personaliter in dicta ecclesia congregati, coram quibus, et in mei notarij etc. praesentia personaliter constituta honesta mulier Pasquinia filia et haeres, ut asserit, q. magistri Marci pellicciarij[7], et ibidem exposuit, qualiter praefatus mr. Marcus suus pater habuerit et tenuerat certum terrenum uineatum dicti Hospitalis in locationem, et in emphiteusim perpetuam, videlicet cannas uiginti septem, et palmos tres terreni in Urbe positi, ubi dicitur *Schiauonia*, juxta suos confines, uidelicet: ab uno latere ecclesia S. Rocchi, ab alio bona cuiusdam Helenae relictae a quodam Joanne Factore, ante est uia publica, retro est mons Laustus uulgariter dictus, ad respondendum annuatim unum grossum pro qualibet canna dicti terreni . . . . . *(Preskočiv)* . . . . . .

Ideo praefatae dominae Pasquinae filiae et haeredi dicti magistri Marci, praesenti, petenti, et instanti pro se et suis heredibus et successoribus recipienti et stipulanti dictam locationem confirmauerunt et approbarunt *(I ostalo.)*

Actum Romae in dicta ecclesia S. Hieronimi dicti Hospitalis, praesentibus et audientibus discretis uiris d. Petro Francisci laico mediolanensis dioc., magistro Christophoro muratore de Finetis laico cremonen. dioc., Antonio filio Leonis de Gabianis de Carauaggio, Bartholomeo alias Chirugino buscaren. Cremonen dioc., et Baptista Giorgi laico cremonen. dioc. testibus . . . .

Presbiter Bernardinus Coradinus pro nota.

Ibidem. Po skorijem prepisu.

[1] A u „Catastu" na 74 l.: „Gregorio *rerecio* sensale di ripa *(pristanište na Tiberu)* tiene e possedi Canne sedici e meza" . . . Ja držim da je *Rerečić* pravo.

[2] Prvoč u naših pismih.

[3] Možda: „Petri Spalastri" = Spalatensis u III.?

[4] Navarinus, po sprednjih izpravah.

[5] I još u XLIII., i u XLIV.

[6] Pravo?

[7] I u „Catastu" na 90. l.

Digitized by Google

XLII. **1522.** 1. jun. Collegium Archiuij . . . *(kako u XLI.)* Eadem die prima Junij 1522, quibus supra, guardiani et officiales et alij confratres hospitalis S. Hieronimi similiter congregati etc. in praesentia mei notarij etc. personaliter etc. honesta mulier d. Margherita uxor q. Lucae di *(sic)* Luca[1] di *(sic)* Segna, nomine Catherine et Petronillae eorum filiarum, et heredum dicti d. Lucae, et ibidem exposuit qualiter praefatus Lucas olim maritus suus, dum uixit, et pater dictarum Catherinae et Petronillae, habuerat et tenuerat certum terrenum uineatum, uidelicet cannas uiginti quatuor sitas in Urbe, ubi dicitur *Schiauonia,* cui ab uno latere sunt res Marci possilouich, ab alio res Bartholomei Lombardi, retro est mons Laustus, ab alio res d. Cipriani de Amelio, uel si qui sunt etc. dicti Hospitalis S. Hieronimi in locationem et in emphiteusim perpetuam ad respondendum unum grossum pro qualibet canna dicti terreni . . . . . *(Preskočiv).* Ideo praefatae Margheritae nomine, quo supra, instanti et petenti et pro praefatis heredibus et successoribus praefati Lucae praesenti et recipienti et stipulanti ipsi guardiani, officiales, et confratres dicti hospitalis Sancti Hieronimi sic congregati unanimiter, nulloque discrepante confirmauerunt dictam locationem . . . *(I ostalo.)*

Actum Romae . . . . *(Sve kako u XLI.)*

Ibidem. Po skorijem prepisu.

XLIII. **1532,** 5. maii. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat euidenter et sit notum, quod anno . . . millesimo quingentesimo trigesimo secundo, indictione quinta, die uero quinta Maij, sedente Clemente diuina prouidentia papa septimo, anno pontificatus sui . . In quondam d. Thome Seueri, dum uixit, notarij publici etc presentia personaliter cohadunati et congregati in discoperto s. Hieronimi Regionis Campimartij nationis *sclauonorum,* videlicet magister Gregorius fornimentarius, magister Johannes Babici[2] guardiani eiusdem societatis *sclauonorum,* et d. Gaspar beuelaqua[3] camerarius eiusdem societatis, magister Simon guadagninus, magister Mattheus barbitonsor[4], presbiter Alexander Sagotta[5], magister Joannes calzolarius, Antonius pisanus, Gregorius cornetta, Johannes spadarius, omnes de dicta societate et natione, confratres dictae societatis, prehabito consilio inter eos, sponte et ex eorum

[1] Morda: Lika? No u „Catastu" na 101. l. ovako: „Margarita *Schiauona* in nome di Caterina sua fiolla et erede di condan luca de Segnia" . . .

[2] t. j. *Babić,* ter možda iz Trogira, kako i „Mate Babić" ovamo niže.

[3] Svoj onomu u XXXV., i u XLI.

[4] U knjizi „Decreti 1541—1550", na 10. l ovako: „Mattheus *babich* (i na 22) barbitonsor", a na 33.: „magr. Matheus barbitonsor *tragurien(sis)*", a to na 1. aprila 1543.

[5] Rabljanin, ter pravo: Segotta. Isto tote na 24. na 41., i na drugih stranah; i još u knjizi: Istromenti, I. na 2. l, a to 1546 god., kada tu bijaše kapelanom.

Digitized by Google

et cuiuslibet ipsorum certa scientia, et spontanea uoluntate, omnibus melioribus modo, uia, jure, causa et forma, quibus magis, melius, ualidius et efficatius debuerunt et potuerunt, reseruato beneplacito sanctissimi d. n. pp., quatenus opus sit, cesserunt, et quilibet eorum cessit, cessionisque titulo dedit magistro Thome quondam magistri Jacobi de Colla, sellario, presenti, recipienti et stipulanti pro se suisque heredibus, eodem de Thoma notario publico, ut publica et autentica persona, presente et legitime stipulante uice et nomine omnium quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, omnia et singula iura, nomina et actiones reales et personales, utiles et directas, tacitas et expressas, hypotecarias, pignoraticias et in rem scriptas, officium judicis, et beneficium juris que, quas et quod habent super quadam vinea trium petiarum plus uel minus sita in loco dicto prato .... *(Preskočiv)* quia predictus magister Thomas per se et suos heredes promisit et conuenit soluere et pagare eisdem guardianis et pro tempore existentibus ducatos quinque de carlenis ueteribus in perpetuum *(I ostalo)*

Ibidem Po prepisu. Istromenti I, 7.

XLIV. 1544, 25 avg. Congregati li infrascritti fratelli in loco solito alle cose necessarie per molti boni respeti hanno deliberato, e perche alli giorni passati furno fatti dui Capellani al seruitio della chiesia et compagnia di Santo Hieronimo di *schiauoni* di roma per piu augumento del culto diuino, et essendosi absentato m. (= messer) p. (= pre) Zorzi[1] per alquanti giorni con licentia della compagnia, fu per detta compagnia dato comm(issio)ne a p(re) Gio-(vanni) scarabelich[2], che sino alla venuta di detto p. Zorzi seruisse per lui con li medesimi patti et condition et salario promesso a detto p. Zorzi per la ratha parte delli giorni che seruira. Et essendo tornato detto la spesa di tre capellani, per tanto li infrascritti officiali et fratelli danno licentia a detto pre Giovanni scarabelich, ordenando li sia intimato a prouedersi, altrimente non si intenda a correre il salario suo da hoggi indrieto, cosi se li facia intender che dia la camera a pre Zorzi. E questa è la ferma deliberatione volunta et ordinatione di detti officiali et fratelli, c(i)oe de

m. (= messer) Aluise Bassano[3], } guardiani
m. Hieronimo mircouich[4], }
m. pasino de justis[5], } sindyci
m. Gio. pietro sfondrati[6], }

[1] Pridjevkom: *de Costantinis,* ter iz Zadra. „Decreti" l. 32, 33, 34, i dr.

[2] „Pre Giouani de nasis ditto Scarabelici" na 7. l., a na 44.: „M. Pre Gio. scarabella".

[3] Zadranin, na 39. l.

[4] Rabljanin, isto tu, i još na 8 l. ovako: „Hieronymus mircouich can(oni)cus Arben".

[5] Zadranin, na 39 l.

[6] Dubrovčanin, u knjizi „Piante delle Case", 7, 91.

Digitized by Google

m. nicolo de dominis[1] camerlengo,
mo. (= maestro) gregorio[2] fornimentario,
mo. baptista[3] sarto,
m. Gio. maria ferro[4],
mo Simon guadagnino.

Ibidem. Libro delli Decreti 1541—1550. p. 41.

XLV. 1544, 9 nov. Adi 9. di nouembre 1544, in Roma. Per la presente poliza si fa noto ad ogni persona che legerà questa scritta nostra qualmente hoggi la congregatione di Santo hieronimo di *sciauoni* di Roma, udita la petitione di Bernardina di castelnouo di pia *(sic)* monte, quale desiderando di stare in vita sua nela casa posta in Campo marzo d' in contro ale bizoche di Santo Augustino, pertinente a S. Hierolimo, si e offerta di megliorare ditta casa delle cose necessarie, et maximamente di farui un pozo, conzare il destro, et porte, et altro . . . (I ostalo. Pri tom je bilo pet onih istih, a to: Alojsij Bassano, Pasin Justić, Ivan Petar Sfondrati, Mikula Dminić, Ivan Krstitelj Marganić, i Ivan Ferro; i još: pop Anton Natali[5], pop Ivan Tavileo[6], i Juraj Goro, Zadranin).

Ibid. fol. 43.

XLVI. 1553. adi 22 Aprile. Andrea depitro *(sic)* de luca Drago euichi[7], catarino, camerlengo della venerabile compagnia de Santo Hieronimo deli *sclauoni* a ripetta in Roma

Ibid. Giornale de S. Hieronimo.

XLVII. 3. marzo 1555.

a) Comettemo a uoi m. Pietro Cacich[8] camerlengo della Compagnia di Santo Jeronimo di *Sclauoni* che douiate paggare al Notaro della causa contra le donne in Collona[9] scudi tre di moneta,

---

[1] Rabljanin, „Decreti", na 16. i na 39. l.

[2] Zagrebčanin, isto tu.

[3] Zadranin, na 33. l. Ovo i „magister Jo(annes) baptista *marganici*", — „magr. Baptista marganichi" (= Marganić, ili Mrganić?), na 31, na 32 i na 34. l., držim da je isti.

[4] Zadranin, na 8. l.

[5] Šibenčanin, po svoj prilici, sudeć po Ivanu „Natale iz Šibenika" 1581 g.

[6] brže da: Tavilić, i to šibenski kanonik, na 8. l.

[7] na mjesto: Dragoević

[8] ovo i „petro de macarscha" (Decreti, I. 14), držim, da je isti. Prvi put je u zapisniku na 29 avg. 1546.

[9] nam.: Colonna = Columna, a to je predjel u Rimu. Toj kući je više putî spomena u zapisnicih („Decreti") od 1547 do 1557; i još u „Catastu" na 263 s. ovako: „Questa casa fù già di alcune donne *scauone*, con le quali litigò molti mesi la nostra Congregatione, et finalmente ottenne la sentenza in fauore et entrò in possesso di detta casa".

Digitized by Google

quali sono per la nota della sentenza seconda Et in fede del uero gli habiamo fatto la presente, ut supra, in congregatione ordinaria.

Io Andrea Dragoeuichio[1], presidente.

Io Jacomo Zellio[2], guardiano.

Io Lorenzo Palcit[3], guardiano.

b) Comettemo a uoi m. Pietro Cacich camerlengo della Compagnia di Santo Jeronimo della natione *sclauona* .... (I još dva puta ovako, a jednoč: *di sclauoni.)*

21. aprile 1555.

Comettemo a uoi m. Pietro Cacich camerlengo della Compagnia di Santo Jeronimo della natione *sclauona* .... (I još četirikrat ovako.)

Ibidem. Mandati di pagamento.

XLVIII. 11 (?) Luglio 1557.

a) M. Jacomo Zellio nostro camerlengo della Compagnia di S. Jeronimo delli *Schiauoni* pagarete scudi dodici ... *(I ostalo.)*

Io Nicolo Raguseo, presidente,

Io Lorenzo Palcit, guardiano,

Io Pietro Cacichio *(sic),* guardiano.

b) 1. Agosto 1557. M. Jacomo Zellio nostro camerlengo della Compagnia di S. Jeronimo della natione *Schiauona* pagarete .... (I još jednoč: deli *Schiauoni;* a pak na 5 septembra, kada drugim čuvarom bijaše Mikula Adauto, Splićanin, četirikrat: S. Jeronimo della natione *Schiauona)*

XLIX. 10 agosto 1559. Fu posta parte che le case di già Io: Battista alias detto Frà Stupino, le quali teneua dalla Compagnia in loco detto *Schiauonia* sub proprietate sancti Hier(ony)mi *ylliricorum (sic)* et dicte societatis, per mortem di esso Frà Stupino siano deuolute alla detta Chiesa et Compagnia secondo la narratiua et tenor che seguita, et cosi fu ballotata, et nemine discrepante obtenuta per tutti uoti ch'è deuoluta, ut sequitur:

Frate Io: Battista de Chiauarinis genouese, altrimenti dicto Fra Stupino, mentre uisse, tenette et possedette dui case poste nel Rione de Campo Marzo in loco detto *Schiauonia,* confinante con li loro confini, quali qui se intendono espressamente specificati, et le dette case sempre furno, sicome sono al presente, sotto la proprietà dominio et iurisdictione dello hospitale, chiesa et confraternita de Santo Hieronimo delli *Schiauoni* ... (I još jednoč ovako tote.)

Ibidem. Decreti.

L. 1563. Le entrate deli censi deli beni di Santo hierolimo dela nacione *(sic) scauona (sic)* a ripetta riscosse per me nicolo ragugeo (= *dubrovčanin)* camerli(n)go nell' anno 1563.

Ibidem. Censi.

---

[1] Kotoranin, po XLVI.

[2] Trogiranin.

[3] Pažanin.

Digitized by Google

LI. 1566 alli 15 sett. In questa congregatione fu decretato di pigliar per procuratore delle *(sic)* tutte le cose et haueri mobili et stabili del loco nostro di Santo Hier(oni)mo di *Schiauoni* m. Pompeo belmiser da Poltremoli . . . ."

Ibidem. Decreti.

LII. Adi 6 di Marzo 1569. Si radunarono li infrascritti . . tutti compagni et Fratelli della Compagnia di S. Hieronimo delli *Schiauoni* . . . . .[1]

Ibidem.

LIII. A di 19 di Febraro 1570. In questa Congregatione fu decretato et ordenato, che si debbia procedere contro prete fabio de justis[2] per hauer rubatto paramenti et più cose della chiesa di Santo gieronimo de *Schiauoni.*

Item fu decretato che mastro Francesco de briansa muratore debbia godere la casa che luy ha restauratto della compagnia di santo gierolimo delli *Schiauoni* . . . . nella via della *Schiauonia.*

Ibidem.

LIV. A 17 Maggio 1570. Fu anche decretato che per esser la casa assignata a uso delle pouere donne della natione nostra, posta in via detta *Schiauonia,* doue al presente è deputato il serraglio per habitatione delle publice meretrici, che non essendo conueniente che le dette donne honeste *Schiauone* habitino in luocho dishonesto.

Ibidem.

LV. 24 di Luglio 1576. Essendo partito da Roma el mese passato il R. Hieronimo Abbate Bucchia Presidente[3] della Venerabile compagnia et Hospitale di S. Hieronimo de *Schiauoni,* con licentia dell' Illustrissimo Sig. Card. Farnese Protettore et delli fratelli di della Compagnia . . .

Ibidem.

LVI. Adi 23 d' Aprile 1577. Fu decretato in la presente congregacione extraordinaria particularmente congregata che si deputasse un procuratore per mandare a Magliano di Sabina et in compagnia sua uno dei nostri fratelli della compagnia . . . et questa deputatione et electione fu fatta per mandarli a Magliano di Sabina, et altroue doue bisognarà, per hauere piena et reale informatione

[1] To bijahu: Mikula, Dubrovčanin (on' isti); Petar Pančarić (pišu ga i: Opančarić, kako brže da je i pravo), Zadranin; Ivan Razolić, isto Zadranin; Andrija Dragoević (onaj isti); Petar Kačić (onaj isti); Fran „Britanico", Zadranin; Grgur Fianić iz Neretvice; Mikula Adauto (naj isti); Ivan iz Omiša; Luka Lucianović, Šibenčanin; Luka Stjepanov, dubrovčanin; Anton Ragusin; i Grgur, dubrovčanin.

[2] Zadranin, ter pobratim od 1559 g. Decreti, I. 6.

[3] na 5 aprila 1503 zapisan: „m heronimo buchia abbate di Sibenico"; a tako i zatim više puti. Presjednikom je bio od 10 aprila 1575.

Digitized by Google

d' un legato lassato alla nostra chiesa et hospitale, come si dice, la ualuta di mille scudi, che consistono in terreni et case, et per hauer il testamento di Pietro *schiauone*, et Agnile sua moglie, et pigliarne la possessione . . . . . (A na 4. avgusta iste godine:) „Fu anco decretato che si facesse il mandato di scudi 12: 65 che si sono spesi in mandar il procuratore con doi fratelli della Compagnia in più uolte a Magliano di Sabini per la *pretensa* eredità di Pietro *Schiauon*" . . . .

Ibidem.

LVII. Adi 5 d' Ottobre 1578. In nomine Domini, et della gloriosa uergine, et del beato santo Hieronimo aduocato di questo loco et Hospitale della natione *Schiauona* di Roma in piena congregatione congregata secondo il solito, presenti li infrascritti: il giudice deputato[1] dell Illustrissimo e Reuerendissimo cardinal Farnese nostro Protettore . . . . . .[2]

Ibidem.

LVIII. 1583. In nome della santissima et indiuidua Trinità Padre, Figliolo et Spirito Santo, amen. Per questo presente publico Instrumento a tutti sia noto et manifesto, come nel anno della Natiuità di N(ostro) Signore Giesu Christo 1583, adi 26 di febraro, nel pontificato della Santità di Papa Gregorio XIII, l' anno del suo pontificato XII, per me Don Giovanni Parentio da Nona, al presente Capellano et Confessore della Chiesa et venerabile Hospitale di S. Gierolimo in Ripetta della Natione *Schiauona,* et delli infrascritti testimonij a questo effetto specialmente chiamati et pregati, essendo presente et personalmente constituita m(adonn)a Margarita fiola del q. m. Martino Giurcouich da Sibenico città in Dalmatia, essendo amalata di corpo, et passata nel letto nel detto Hospitale . . . . . (Omissis.)

Et tutto il restante tanto di beni mobili et stabili, presenti et futuri, tanto in Roma, come in qualsiuoglia altro loco, uole et lassa per l' anima sua alla Chiesa et Hospitale di detto Santo Gierolimo, del quale disse hauer hauuto più uolte agiuto tanto in sanità, come nelle molte infermità, doue per li molti beneficij receuuti instituisce la detta Chiesa et Hospitale suo erede uniuersale[3].

Ibidem.

---

[1] To bijaše: „Aurelio Coperchio", Svetopetarski kanonik.

[2] i jos 13 pobratima: Mikula Dubrovčanin, Petar Opančarić, Ivan Rasolić, Andrija Dragoević i Luka Lucianović, oni isti od 1569 g. (LII); i još: pop Ivan Parenčić, Ninjanin, Mihovil Opančarić, Zadranin, Mikula Ricci (Ježić?), Rabljanin, Mate iz Zadra, Miho „Marchi", Splićanin, pop Ivan „d' Allegris", Rabljanin, Luka iz Šibenika, i Benko Gallo (i „Galleli"), Zadranin.

[3] I ovo je vriedno pokazati: „Fu fatta congregatione generale hordinaria nella solita sala di Santo Gerolimo di *Sclauoni* adi 3. di aprile 1588" („Decreti").

Digitized by Google

LIX. 1589. 1 augusti. Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei[1]. Ad perpetuam rei memoriam. Sapientiam Sanctorum narrant populi et laudes nunciat alma Mater Ecclesia piis eorum suffragiis et intercessionibus adiuta, praeclaris operibus et exemplis edocta doctrinis et miraculis illustrata, ipsorum in primis praestantium Doctorum, qui suis salutaribus documentis eamdem Ecclesiam decorarunt, virtutibus et sanctissimis moribus informarunt, inter quos maxime elucet inclytus Confessor et Doctor egregius S. Hieronymus Romani Sacerdotis praeditus titulo, cuius mira facundia, caelestis roris gratia influente, Scripturarum Sanctarum enigmata reserat, soluit nodos, obscura dilucidat, dubiaque declarat, adeo ut ipsius diuinis Scriptis sacrum Ecclesiae Aedificium, velut gemmis uernantibus, rutilet, ac verborum elegantia singulari eleuatum in sublime coruscet. Quare Nos iam inde ab ineunte aetate praecipuum gerentes erga hunc Sanctum Doctorem deuotionis affectum, eo etiam magis pro in eum studio accensi sumus, quod Nobis iam pridem in minoribus constitutis diuino contigit beneficio, ut cum in amplissimum S. R. E. Cardinalium Collegium ascripti fuimus[2], eius Ecclesia, quae *Illyricorum* dicitur, in Urbe ad Ripam Fluminis Tyberis sita, in Titulum[3] nostri Cardinalatus Nobis concessa de more, et assignata, hunc unicum[4] proprium et perpetuum Titulum nunquam dimissum tamdiu retinuerimus, donec diuina sic disponente Clementia nullis nostris meritis ad Sacrum Summi Apostolatus Apicem assumpti sumus: quo tempore aucta in dies magis erga eumdem gloriosum Doctorem veneratione; primum quidem in Sacrosancta Basilica B. Mariae Maioris, in qua eius sacrum Corpus religiose asseruatur, Altare ipsius Sancti, humili, nec satis decenti loco situm, in ampliorem et augustiorem Cappellam ad Sanctum Praesepe D N. Iesu Christi per Nos a fundamentis aedificatum, in qua etiam idem Praesepe reposuimus, eo quo par erat ornatu et decore transtulimus. Deinde vero ad praedictam Ecclesiam S. Hieronymi nostri olim tit. nos conuertimus, quam cum plane angustam, obscuram, vetustate paene collapsam, ac Sancti tam eximii dignitati minime respondentem videremus, ea solo aequata, in eodem loco, dilatato tamen undequaque aedificio[5], illustriorem Ecclesiam, et ut nostra in praecel-

[1] Nekoji naši lakovjerci svojataju ovoga papu; no prava je istina, da nije bio Slovjenin, a ni otac mu, ni djed, ni pradjed, ni šukundjed. A je li njegova šukundjeda otac bio Slovjenin, o tom držim da nije vriedno rieči trošiti. Tempesti: „Storia della vita e delle gesta di Sisto V."

[2] To je bilo na 17 maja 1570 godine. — Isto tote na 77 s.

[3] Kardinalkom ovu našu crkvu stvori papa sv. Pij V. mjeseca fe bruara 1566 g., dav ju kardinalu *Santa Croce,* Rimljaninu. Naši „Decreti".

[4] Ova neda, da mu je s početka bila dana crkva kardinalka sv. Šimuna, kako Tempesti za Ughellom piše.

[5] No kuće, koje za to poruši, pripadale su gostinjcu, i nosile mu tada 200 škudî na godinu Da je kanio navrieditì gostinjcu tu škodu,

Digitized by Google

lentem Doctorem deuotis postulat, ampliorem a fundamentis non mediocri impensa pie et liberaliter erogata ereximus, ornauimus, et Sacra supellectili abunde instruximus, ut praeclaro Confessori, si non pro ipsius meritis, at pro nostra tenuitate honor debitus tribuatur, et Christi fideles ad eius venerationem et imitationem maiori celebritate ac frequentia inflammentur, et nostrae erga eum summae deuotionis, hoc quasi perpetuum et insigne monumentum apud posteros extet. Cum itaque nuper Ecclesia, seu Cappella sine cura S. Mariae de Sora nuncupatae prope et extra muros Oppidi seu loci de Canta Mediolanensis Dioecesis, quam q. Joannes Angelus Creminati, ipsius Ecclesiae seu Cappellae Rector dum viueret, obtinebat, per obitum eiusdem Io. Angeli, qui, infrascripto beneplacito adhuc durante, extra Romanam Cur(i)am de mense Iulii proxime praeteriti diem clausit extremum, et Praeceptoria S Antonii eiusdem Oppidi seu loci Ordinis S. Augustini Commenda, in quam d. Io. Angelus illam ad eius vitam ex concessione Apost. etiam obtinebat[1], per obitum huiusmodi cessante, adhuc, eo quo ante Commendam ipsam vacabant modo, vacauerint et vacent ad praesens, nullusque pro eo quod Nos dudum omnia beneficia Ecclesiastica ex tunc usque ad voluntatis nostrae beneplacitum in Julii et certis aliis tunc expressis mensibus extra d. Cur(i)am aliis[2] quam per resignationem vacatura, collationi et dispositioni nostrae reseruauimus, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, de d. Ecclesia seu Cappella B. Mariae praeter Nos hac vice disponere potuerit, siue possit, reseruatione et decreto obsisten. supradictis: Nos, pro nostra singulari erga eumdem S. Confessorem et Clarissimum S. E. Doctorem deuotione et reuerentia, in eius Ecclesia predicta, iuxta quam est Hospitale Nationis *Illyricae* pro pauperibus Peregrinis et Infirmis ex ea prouincia ad Sedem Apostolicam et Sacra limina Apostolorum visitanda pro tempore confluentibus recipiendis, et cuius fabrica iam Deo annuente feliciter absoluta et ad tectum perducta existit, diuinum cultum, ac personarum Deo seruientium laudes eius nomini persoluentium numerum ad laudem et gloriam Dei Omnipotentis, et honorem eiusdem S. Hieronymi augeri cupientes, nec non uerum et ultimum Praeceptoriae et Ecclesiae seu Cappellae S Mariae huiusmodi vacationis modum, et si ex illo quaeuis generalis reseruatio in corpore Iuris clausa resultet, ac unionis, annexionis et incorporationis dudum per Nos de dicta Praeceptoria, cum primum dicto Ioanne Angelo cedente, vel decedente Commendam praedictam cessare, ipsamque Praeceptoriam ex eius persona, vel alias quouis modo vacare con-

piše za njega 1652 godine pop Jeronim Pastrić, ali da nije mogao, zašto da je toga istoga mjeseca umro; a to nije istina. Jer on je na 24 avgusta 1590 umro. Tako više godinu dana zatim.

[1] ili je „in .... illam“ previše, ili nekoje je nestalo.

[2] modis?

Digitized by Google

tingeret in fauorem Collegii Heluetiorum in Ciuitate Mediolanensi instituti etiam Motu proprio sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusuis clausulis et decretis quomodolibet forsan factarum, quae suum effectum sortitae nunquam fuerunt, e· seu earum Concessionibus tenores praesentibus pro expressis habentes, ipsasque unionem, annexionem et incorporationem, ac earum concessionem cum inde secutis quibuscumque ex certis causis animum nostrum mouentibus, et ex certa scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine dissoluentes, reuocantes, cassantes, irritantes, et annullantes, viribusque et effectu vacuis haberi et censeri volentes, et declarantes, Motu, scientia et potestatis plenitudine similibus Ecclesiam Sancti Hieronymi praedictam sic de nouo constructam, cui dilectus filius noster Petrus tituli eiusdem Sancti Hieronimi *Illiricorum* Presbyter Cardinalis de Dezza nuncupatus praeesse dignoscitur, in Collegiatam Ecclesiam sub invocatione Sancti Hieronymi huiusmodi cum mensa Capitulari, sigillo et arca communibus aliisque collegialibus insignibus, et in ea unum Archipresbyteratum pro uno Archipresbytero, qui post Presbyterum Card. Titularem pro tempore existentem aliorum Caput existat, ac sex Canon catus, et totidem praebendas pro sex Canonicis, qui omnes una cum praedicto Archipresbytero Capitulum dictae Ecclesiae S. Hieronymi faciant, ac Horis Canonicis interesse, ac in ea residere teneantur, nec non quatuor perpetua beneficia Ecclesiastica seruitoria Clericatus nuncupanda, pro quatuor Clericis in dicta Ecclesia S. Hieronymi perpetuis Beneficiatis, qui illi nec non Archipresbytero et Canonicis praedictis in his, quae ad ipsam Ecclesiam S. Hieronymi spectant, inseruiant, Apost. auctoritate tenore praesentium perpetuo, ac sine alicuius praeiudicio, ac statu et essentia eiusdem tituli, iureque tam praedicto, quam pro tempore existenti Presbytero Cardinali titulo Sancti Hieronymi huiusmodi in ea competenti, et etiam ipsius Hospitalis iuribus semper saluis, erigimus et instituimus, ac Praeceptoriam, quae nec Conuentualis, neque generalis existit, et a Monasterio eiusdem Sancti Antonii de Sancto Antonio dicti Ordinis Viennensis Dioecesis dependet, cuique Cura Parochianorum non imminet animarum, et Ecclesiam seu Capellam S. Mariae praedictas, quarum insimul, et illis forsan annexorum fructus, redditus, et prouentus trecentorum ducatorum auri de Camera secundum communem aestimationem valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt, et super quibus, videlicet ipsius Praeceptoriae pensio annua centum scut. seu ducatorum auri similium certae personae Ecclesiae illam annuatim percipienti dicta auctoritate reseruata praetenditur, siue Ecclesia vel Cappella S. Mariae praemisso siue alio, et tam illa quam Praeceptoria huiusmodi quouis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona, seu per liberam resignationem dicti Joannis Angeli, vel cuiusuis alterius de illis in dicta Curia, vel extra eam etiam coram Notario publico et testibus sponte factam, aut d. Praeceptoria per constitutionem fel. rec. Joannis Papae XXII. Praedecessoris nostri quae incipit „Exe-

Digitized by Google

crabilis", vel assecutionem alterius beneficii Ecclesiast. quauis auctoritate collati, seu dissolutionem unionis, annexionis et incorporationes huiusmodi vacent, etiam si tanto tempore vacauerint, quod earum collatio iuxta Lateranen. Statuta Concilii ad Sedem Apost. legitime deuoluta, ipsaque Praeceptoria et Ecclesia seu Cappella S. Mariae dispositioni Apostolicae specialiter vel generaliter reseruatae existant, et ad Praeceptoriam praedictam consueuerit quis per electionem assumi, eique Cura jurisdictionalis immineat, et super ea nec non d. Ecclesia seu Cappella S. Mariae inter aliquos lis, cuius statum praesentibus etiam haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo quoad dictam Ecclesiam seu Cappellam S. Mariae cuius collatio ad Nos hac vice pertineat, cum annexis huiusmodi, ac omnibus iuribus et pertinentiis suis praedictae mensae Capitulari pro illius ac Archipresbyteratus, Canonicatuum et praebendarum, beneficiorumque praedictorum dote, et onerum illa pro tempore obtinentibus incumbentium supportatione, auctoritate et tenore praedictis etiam perpetuo unimus, anneximus,[1] et incorporamus; Ita quod liceat Archipresb. et Capitulo praedictis per se, vel alium seu alios eorum et eiusdem mensae nominibus corporalem, realem, et actualem possessionem Praeceptoriae et Ecclesiae seu Cappellae S. Mariae, ac annexorum, iuriumque et pertinentiarum praedictorum propria auctoritate libere apprehendere, et perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, et emolumenta quaecumque percipere, exigere, et leuare, ac in distributionum quotidianarum[2] inter praesentes, et diuinis officiis interessentes dumtaxat, iuxta prouidam ordinationem desuper facienda(*m*) diuidendarum et repartiendarum, nec non Sacristiae ipsius Ecclesiae S. Hieronymi usus et onerum eis pro tempore incumben. supportationem conuertere, Diocesani *(sic)* loci, vel cuiusuis alterius licentia desuper minime requisita ex supradictis auctoritatem, et aliis per Nos eidem mensae in augmentum distributionum quotidianarum huiusmodi assignandis redditibus annuis, quae saltem ad summam et valorem annuum 640 scutorum auri similium insimul

[1] Annectimus?

[2] No ta mu se nije izpunila. Jer mi sada vršimo službu samo na nedjelju i na blagdan; a tako su ovdje i prije nas, sudeć po ovih riečih: „Ipso (t. j. Sisto V.) interea defuncto, cum redditus essent tenues, constans est opinio, Capitulum per organum Cardinalis Titularis supplices porrexisse preces Urbano VII. pro reductione, qui vivae vocis oraculo reduxit servitium faciendum tantum diebus Dominicis et festis de praecepto, nec non feria Quinta, Sexta, et Sabbato majoris Hebdomadae, quomodo nunc praticatur, eademque consuetudo observata dignoscitur ex Libris Capitularibus usque ab anno 1605", što je 1719 godine rekao kardinal Ivan Ptolomej, pokle je po zapoviedi pape Klementa XI razvidio što i kako je u Svetom Jerolimu, pak to popisao. („Iura diversa romana Hospitalis" . . .)

Digitized by Google

ascendent[1], Archipresbyter 120, et singuli Canonici 60, singuli vero beneficiati praedicti 40 scuta similia annuatim eidem Ecclesiae S. Hieronymi assidue inseruiendo, et diuinis officiis interessendo, nec alias percipere possint; quicquid autem supererit usque ad summam 20 scut. parium Sacristiae praedictae, ultra eam vero eisdem Archipresbytero et Canonicis ac Beneficiatis iuxta ratam praedictam itidem perpetuo applicamus. Praeterea pro tempore existentibus Archipresbytero et Canonicis praedictis, ut ornamentum et indumentum ad instar Canonicorum aliarum Collegiatarum d. Urbis deferre, ac omnibus et singulis priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, praerogatiuis, libertatibus, gratiis, fanoribus et indultis aliis Collegiatis Ecclesiis praedictis, illarumque Arch presb., Capitulis, Canonicis, et personis de iure, statuto, usu, et consuetudine, vel ex priuilegio, aut aliis quomodolibet concessis uti, potiri, et gaudere, ac in ipsa Eccl. S. Hieronymi ius sepulturae, omniaque Parochialia iura pro se ac omnibus illius presbyteris, Clericis, Ministris et personis, sine tamen praeiudicio Rectoris et Jurium Parochialium Parochialis Ecclesiae, infra cuius limites ipsa Ecclesia S. Hieronymi consistit, perpetuo habere ac consequi, nec non quaecumque statuta, ordinationes et decreta ad eiusdem Eccl. S. Hieronymi, illiusque personarum, rerum, et bonorum spiritualium et temporalium curam, regimen, gubernium, directionem et administrationem pertinentia, licita tamen et honesta, ac sacris Canonibus, et Concilii Tridentini decretis non contraria, a Vicario dictae Urbis examinanda et approbanda, facere et edere, ac illa, quoties pro rerum et temporum qualitate, seu alias expediens videbitur, de eiusdem Vicarii consilio immutare, corrigere, moderari, reformare, et etiam alia similiter examinanda et approbanda ex integro condere libere et licite valeant, eisdem auctoritate et tenore similiter perpetuo concedimus et indulgemus.

Insuper Jus patronatus et praesentandi personas idoneas dictae Nationis *Illiricae*, seu alias etiam origenas eiusdem tamen *Illiricae* linguae et idiomatis, ad Archipresbyteratum videlicet Card. Titulari, ad sex Canonicatus vero et praebendas, nec non quatuor beneficia huiusmodi Arhipresbytero pro tempore existen(tibus) praedictis tam hac prima vice ab eorum primaeua erectione et institutione huiusmodi apud Sedem praedictam vacantia[2], quam quoties

[1] No dao ih nije nego 350, kako isti kardinal Ptolomej svjedoči: .. „in quorum (640 aureorum) computu tradidit tot redditus ascendentes ad annua 350 aureorum". Pak je naš gostinjac jur trikrat morao pridati kapitulu dohodka: 1782 tristo i šesdeset i šest škudî, a 1827 četiri stotine i trideset i dva škuda, a 1880 godine 5280 franaka. I tako je dobio pravo imenovati osmericu za u kapitul.

[2] U Svetojerolimskom zapisniku („Decreti"), pisanu dva dana prije nego je ova izprava, čitam ovo: „Domenica di alli *(sic)* 30 di Luglio 1589. Fu fatta congregatione estraordinaria per trattare gli infrascritti negotij, nella quale interuenero gli infrascritti officiali et fratelli:

Digitized by Google

ex nunc de caetero illa quibusuis modis et ex quorumcumque personis etiam nostris aut Romani Pontificis pro tempore existen(tis), seu cuiusuis Card(inalis) etiam tunc viuentis familiaribus continuis commensalibus, seu Rom. Curiae officialibus, aut aliis quumodolibet reseruationem inducentibus, seu per liberas, etiam ex causa permutationis, resignationes de illis in dicta Curia, etiam in manibus nostris, vel Romani Pontificis pro tempore existentis, vel extra eam quomodolibet factas et admissas, aut assecutionem alterius beneficii Ecclesiastici quauis auctoritate collati, seu illa pro tempore obtinentium decessum, vel quamvis aliam dimissionem, admissionem, priuationem, religionis ingressum, matrimonii contractum, aut alias quomodocumque et qualitercumque, etiam apud Sedem praedictam simul vel sucessione vacare contigerit, per Cardinalem Titularem et Archipresbyterum praedictos, vel ipsis indebite recusantibus, per Protectorem dictae Cappellae nostrae ad Praesepe Domini ad praesentationem huiusmodi in forma solita instituendas dilecto filio nobili Adolescenti Michaeli Peretto Marchioni de Encisa Burgi S.

Il Reu. Padre Don Alessandro Abbate comuli Presidente *(Splićanin)*;
Il Reu. m. Don Domenico de Alegri *(Rabljanin ?)*;
M. Natale Bonifacio *(Šibenčanin)*; } guardiani
Il Reu. M. Don Nicolo Brauti *(Lopudjanin)* Sindico;
Il Reu m. . . Benedetto Gallo *(Zadranin)*;
M. Giouanni capiccio *(Cresanin)*;
M. Don Simon Georgieuichi *(Zadranin)*;
M. Pietro Milaneo *(Splićanin)*;
Il Capitano Pauli Lupo *(Zadranin)*;
M Ambrosio vetnich (za ovoga pišu samo: *Illirico)*;
M. Giorgio da Zara;
M. Simone da Fiume;
M. Stephano Falcone *(Sokolić?* A za domovinu mu pišu: „da nouegradi", da Castelnuouo;
M Nicolo Riccio *(Ježić? Rabljanin)*.

Fu proposto che hauendo data intentione Sua Santita al Illustrissimo Sig. Cardinale Santa Seuerina nostro protettore di fare un' Arciprete, sei canonici et quatro chierici nella chiesa noua fatta da Sua Santita, si douesse fare una nota e lista delli sacerdoti et altri habili a poter esser, quale fu fatta e sottoscritta dalli officiali, et sigillata con il sigillo di San Hirolamo per dar al Illustrissimo S. Cardinale Protettore, e li nominati forno per Arciprete et canonici: Il R Padre Don Alessandro comuli Presidente, il R. Don Domenico Alegri Guardiano, il R. Don Nicolo Brauti Sindico, il Reu. Don Benedetto Gallo, il R. Don Simon Georgi, il R. Don Giulio Grisogoni *(Zadranin)*, Don Nicolo Maruli *(brže da Splićanin)*. Per chierici furno Francesco Magnorichi *(Zadranin)*, Piefro Riccio *(Ježić? Rabljanin)*, Pietro Hieronimo Bonifacio *(Šibenčanin)*, et Nicolo Cuinichi (?), e cosi fini la congregatione". Tako ovi Dalmatini sami sebe preporučiše za mladi kapitul! Komulić na 13 maja 1590 godine jur bijaše nadpopom.

Digitized by Google

Petri et militum Custodiae nostrae Praefecto, nostro secundum carnem ex sorore germana pronepoti, eiusque filiis et descendentibus legitimis et naturalibus, ac ex legitimo matrimonio natis et procreatis, nec non in eorum defectum *(sic)* aliis in reseruationem similis Juris patronatus et praesentandi personas idoneas ad Praeposituram et Sacristiam ac Cappellanias et beneficia per Nos in dicta Cappella nostra erecta et instituta nominatis, et ibidem comprehensis, ac alias modo, forma, et ordine, ac in omnibus et per omnia iuxta litterarum nostrarum desuper confectarum tenorem, quem similiter haberi volumus pro expresso, auctoritate et tenore similibus itidem reseruatum concedimus et assignamus, decernentes Jus patronatus et praesentandi huiusmodi Michaeli et descendentibus ac aliis praedictis non ex priuilegio, sed ex vera, reali, et actuali, non autem ficta fundatione et dotatione competere, prout vere et non ficte competit, ipsumque sub derogatione Juris patronatus ex priuilegio Apostolico nullatenus comprehensum, sed tamquam eis ex fundatione competens, prout verum est, exceptum esse et censeri, ac illi ullo unquam tempore etiam per d. Sedis, aut legatorum eius quomodolibet, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus pro tempore concessas litteras quascumque, etiam derogatoriarum derogatorias, et alias efficaciores clausulas in se continentes nullatenus derogari, nec derogatum censeri posse, nisi de toto tenore, et specifica Dat(a) praesentium, nec non nominibus et cognominibus Patronorum, qui pro tempore fuerint, specialis, specifica, et expressa mentio facta fuerit, et ipsorum Patronorum expressus ad hoc accesserit assensus, et quascumque collationes, prouisiones, et alias dispositiones de Archipresbyteratu ac Canonicatibus et Praebendis, nec non per praesentes erectis beneficiis praedictis deinceps quomodolibet, etiam apud Sedem praedictam vacaturis alias quam praesentationem, seu de consensu dd. Patronorum etiam per Nos, aut Romanum Pontificem pro tempore existentem faciendas etiam eo praetextu, quod Archipresbyteratus ac Canonicatus et Praebendae, nec non per praesentes erecta beneficia huiusmodi inter aliquos litigosa, seu apud Sedem praedictam vel alias vacantia, et ex illa obtinentium personis ex quauis causa specialiter vel generaliter Nobis, vel Rom. Pont. pro tempore existenti reseruata tunc forent, seu in futurum esse contingat, nullius prorsus roboris vel momenti existere, ac penitus pro infectis haberi debere, nullique jus, seu coloratum titulum possidenti tribuere, ac praesentibus litteris in nulla sui parte per quascumque derogationes, clausulas, etiam derogatoriarum derogatorias fortiores, efficaciores, et insolitas, ac litteras, in quibus praesentes etiam de verbo ad verbum insererentur, nisi in eisdem cum conditione huiusmodi, videlicet si ad id Patronorum praedictorum expressus accedat assensus, et non alias, nec alio modo nunquam derogatum vel detractum ullo modo censeri, sicque nostrae et eiusdem Sedis incommutabilis intentionis fore, et si quae huiusmodi a Nobis et d. Sede ullo unquam tempore etiam motu, scientia et potestatis plenitudine



Digitized by Google

obtineantur, illas, praeter nostram et d. Sedis mentem emanatas ac praesentationem per ipsos Patronos ad Archipresbyteratum Canonicatusque et Praebendas, nec non per praesentes erecta beneficia huiusmodi, et institutiones ad eorum praesentationes huiusmodi alias rite pro tempore factas, validas et efficaces existere ac suos effectus sortiri, sicque per quoscumque Judices et Commissarios etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E Cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quauis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari et diffiniri *(sic)* debere, ac quoad d. Ecclesiam seu Cappellam S. Mariae, prout est si attentatum forsan est hactenus vel imposterum, quo vero ad omnia alia praemissa ex nunc irritum et inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Amerino et Marturanensi Episcopis, ac dilecto filio Curiae Causarum Cam. Apost. Auditori Motu simili per Apost. scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes litteras et in eis contenta quaecumque, ubi et quando opus fuerit, ac quoties pro parte pro tempore existen. Archipresbyteri, Capituli, Canonicorum, Beneficiatorum ac Patronorum praedictorum, seu alicuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant auctoritate nostra praesentes litteras et in eis contenta huiusmodi ab omnibus ad quos spectat et pro tempore spectabit, inuiolabiliter observari, nec non Archipresbyterum, Capitulum, Canonicos, Beneficiatos, et Patronos pro tempore existentes praedictos, eorumque singulos illis pacifice frui et gaudere, non permittentes ipsos vel quempiam ex eis per quoscumque desuper quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari, contradictores quoslibet et rebelles per sententias, censuras, et poenas ecclesiasticas aliaque opportuna iuris et facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimas super his habendis seruatis processibus, sententias, censuras, et poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus praemissis, ac piae memoriae Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri, etiam qua cauetur, ne quis extra suam ciuitatem vel dioecesim, nisi in certis expressis casibus, et in illis ultra unam dietam a fine suae dioecesis ad iudicium euocetur, seu ne Judices a Sede praedicta deputati extra ciuitatem uel dioecesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere audeant seu praesumant, et in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad Judicium non trahatur, ac nostris de unionibus committendis ad partes vocatis, quorum interest, et exprimendo vero annuo valore tam beneficii uniti, quam illius, cui fit unio, nec non quatenus opus sit de non tollendo iure quaesito, Lateranensisque nouissime celebrati, et quorumuis aliorum generalium Conciliorum uniones perpetuas, nisi in casibus a Jure permissis fieri, ac bene-

Digitized by Google

ficia unius dioecesis beneficiis alterius dioecesis uniri prohiben., aliisque Apostolicis ac in Prouincialibus et Synodalibus Conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus nec non Urbis ac monasterii et Ordinis praedictorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, priuilegiis quoque indultis et litteris Apostolicis illis ac dilectis filiis eorum Abbatibus, Superioribus, Conuentibus et personis, ac pro tempore existenti Cardinali Titulari d. Ecclesiae S. Hieronymi, nec non etiam et dilectis filiis Populo Romano sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, nec non irritantibus, et aliis decretis per quoscumque Rom. Pont. Praedecess. nostros, ac Nos et d. Sedem etiam Motu, scientia et potestatis plenitudine paribus etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, et innouatis, etiam si in eis caueatur expresse, quod dignitates, canonicatus, et praebendae, aliaque beneficia ecclesiastica d. Urbis nonnisi Ciuibus Romanis, ac Ciuium Romanorum filiis originariis, et alias certo tunc expresso modo qualificatis conferri possint, et alias de illis etiam per Sedem praedictam pro tempore factae collationes et prouisiones, ac quaeuis aliae dispositiones nullius sint roboris vel momenti, quodque eisdem statutis, priuilegiis, indultis ac litteris nullatenus, aut nonnisi sub certis modo, et forma in eis expressis derogari possit, etiam si illis aliter derogari contingat, derogationes huiusmodi nemini suffragentur, quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, alias de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importan. mentio seu quauis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus ommisso, et forma in illis tradita obseruata inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus, contrariis quibuscumque, aut si aliqui super prouisionibus sibi facien. de Praeceptoriis, aut huiusmodi speciales, vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales d. Sedis vel Legatorum eius litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reseruationem, et decretum, vel etiam quomodolibet sit processum. Quas quidem litteras, et processus habitos per easdem, ac inde secuta quaecumque ad Praeceptoriam et Ecclesiam seu Capellam S. Mariae huiusmodi volumus non extendi, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Praeceptoriarum, vel beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si alicui praedictorum, vel quibusuis aliis communiter aut diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et quibuslibet aliis priuilegiis, indulgentiis, litteris Apostolicis generalibus vel specialibus quorumcumque tenorum existant, per quae praesentibus

Digitized by Google

non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumcumque totis tenoribus haben. sit in nostris litteris mentio specialis. Volumus autem, quod propter posteriores, unionem, annexionem, incorporationem, praefatas, Praeceptoria et Ecclesia seu Cappella huiusmodi debitis non fraudentur obsequiis, sed eorum congrue supportentur onera consueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae erectionis, institutionis, unionis, annexionis, incorporationis, applicationis, reseruationis, concessionis, assignationis, decreti, derogationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum[1]. Datum Romae in Monte Quirinali Anno Incarnationis Dominice M.DLXXXIX Kal. Augusti, Pontificatus Nostri Anno Quinto. M. Vestrius Barbianus. Loco † plumbi. A. de Ponte.

Po primjerku tada tiskanu Romae ex typographiae (sic) reverendae camerae Apostolicae.

LX. 1590, 18 martii. Fu decretato si facci mandato a Thomaso *schiauone* da Zara di scudo uno per elemosina.

Ibid. Decreti.

LXI. 1590, 1 julii. Fu decretato si dassero a noue poueri schiaui che sono uenuti di *Schiauonia* giuli doi per uno alla partita loro di Roma.

Fu decretato si dasse per elemosina a Nicolo da Cherso *schiauone* scudi uno.

Ibidem.

LXII. 1597. 2 martii. . . . fu presentato un memoriale in congregatione per olimpia figliola del q. Gio. da Zara *schiauone* . . .

Ibidem.

LXIII. 1598. 23 jan. Il sopradetto giorno fu fatta congregatione straordinaria, nella quale interuennero li infrascritti fratelli: Monsignor Reuerendissimo Vescovo di Corzola, il Sig. Simone Urmaneo[2] Presidente, m. Michele Riccio[3], guardiano, m. Giouanne Salich[4],

---

[1] No toga se nije bojao „Duca Francesco Sforza Cesarini", komu je lako i tako pripadalo pravo imenovati dva kanonika i jednoga klerika za ovaj kapitul, pak nas je talijanskim nepravednim zakonom prisilio dati mu dvadeset tisuć franaka od onoga što je taj papa izručio kapitulu! I tako je on zatro to troje.

[2] Urmanić, ter Splićanin, po ovoj; „6 Nouembre 1583. Comparse m. Pre. Simone Urmaneo da *Spalato*" (i još dva puta ovako). I ja držim, da je ovo onaj isti, koga Ljubić u Pregledu Hrvatske Poviesti na 234 s. po pravu hvali. Pak ili ovdje je po krivu „Splićanin", ili ondje „Bračanin". A predsjednikom ovdje bijaše od 13. aprila 1597.

[3] Rabljanin, i to sin ovdje ovoga Mikule.

[4] Zadranin.

Digitized by Google

s. Nicolo Boliza[1], sindico, s. Girolamo Alegretti[2], s. Paulo Rafaelli[3], m. Nicolo Riccio[4], m. Pietro da Sibenico, Don Pietro Viteneo[5], Don Giorgio Liberale[6], m. Francesco Bonifatij[7], m. Pietro Bonifatij[8], s. Simone Georgio[9], m. Giouanne Pastrouich[10], m. Lorenzo Moscardin[11]. Hauendo riferito il R. Presidente, et congregata la congregatione straordinaria secondo che richiede l' offitio suo, et con grandissimo nostro dispiacere inteso, ch' el R. don Simone Georgio Canonico et Sindico della nostra Congregatione, zaratino, deputato da noi li mesi passati sopra la festa di S. Girolimo prossima passata, non solo non ha procurato, che l' arma della Serenissima Signoria e Republica Veneta fosse posta sopra la porta della nostra Chiesa, *secondo ch' è sempre stato consueto di farsi* in testimonio del honore et riuerenza che a quella Serenissima Republica portiamo, come boni et fideli suditi; ma essendo stata posta da persone che sopra ciò più matura consideratione hanno hauuto, egli di propria autorità l' ha leuata con publico scandalo et male esempio, come è publica uoce e fama, et riferiscono testimoni degni di fede et come egli stesso orgoliosamente ha confessato a quelli che di cosi fatto errore modestamente l' hanno auertito et amonito, con proposito di farlo per l' auenire ogni uolta che gliene uenisse occasione *(sic)* per li sinistri occorsi è stata interpretata per alienatione di fedeltà, et demostratione di ribelione di tutti noi che representiamo la Natione nostra in Roma uerso il nostro Principe, al quale siamo tanto obligati. Però ad espurgatione di noi tutti, ad esempio de' posteri, a terrore dell' inobedienti hauendo bisogno di nuouo rimedio quelle cose che di nouo succedono, et essendo grane l' errore, a grauare anco la prouisione per l' auenire, et

[1] Kotoranin, a svetojerolimski kanonik.
[2] Splićanin, isto kanonik.
[3] Korčulanin.
[4] Rabljanin.
[5] Šibenčanin (pišu ga i: Viteneo, i Vitelei, i Vitenich).
[6] pravo: Blašković, Jelšanin.
[7] Šibenčanin.
[8] Isto.
[9] Zadranin, a svetojer. kanonik.
[10] Na 1. jul. 1590: „Comparse in congregatione m. Gio. Pastrouichi da *Susaza*“ . . ., a gdje je to mjesto i kakovo, ja neznam.
[11] Cresanin: samo Dalmatini, ter svi osim Korčulanina, Benetčanom podloženi. Zato su im se i klanjali onako. No još bijaše u Rimu Svetojerolimaca: Martin „de Lauro *schiauone* del territorio di Zagabria“ (možda: iz Javora? od 3. julija 1594, ter od 21. aprila 1596 do 13 istoga mjeseca druge godine predsjednikom); Toma, Riečanin („da Fiume“), Ivan Divnić, Šibenčanin, Toma „di Fiore“ (Cvetković?), Dubrovčanin; Pavao Lupo Damianović (od 1582), i Petar, Zadranin; pak ti valja da se nisu hotjeli klanjati Mletčanom; a zašto bi se Zagrebčanin, Riečanin, i Dubrovčanin, njim nepodložni?

Digitized by Google

prouedere con conueniente castigo al passato, con uoti unanimi di tutti li fratelli congregati et conuocati a questo effetto priuiamo il suddetto Don Simone dell' offitio di Sindico, et lo cassiamo e rademo dalla nostra congregatione per sempre[1], non essendo degno d' esser conumerato tra li nostri fratelli per non mantener li ordini et lodeuole usanze nostre, per hauere anche particularmente con questa accione machiato l' honore di tutta la nostra natione uerso del nostro Principe.

Fu medesimamente ordinato che per qualsiuoglia rispetto non si resti mai più di metter l' arma della Serenissima Signoria Veneta *secondo che sempre*[2] *è stato solito di farsi* in segno della fedeltà che teniamo a quella Serenissima Republica, secondo che richiede il debito nostro.

Ibidem.

LXIV. 1601. 11 marzo. A di XI marzo in general congregatione il Reverendissimo Monsignor di Sidonia judice deputato presentò una terminatione dell' Illustrissimo et Reverendissimo Signor Cardinal S(anta) Seuerina Protettore della natione (sic) *Illiricha,* la qual letta ad intelligentia di tutti, il tenor di essa:

Hauendo l' Illustrissimo et Reverendissimo Signor Cardinal S(anta) Seuerina Protettore del Hospitale et natione *Slauona*[3], nostro patrone, domenica matina alli 18 di febraro 1601 in camera sua et in presentia nostra et di molti gentilomini seruitori di S. S. Illustrissima vive uocis oraculo ha *(sic)* rimesso, restituito, et reintegrato il Signor Caualier Marcho Samuel Colirani[4] di Antiuari[5] nel pristino stato che era per prima nella congregatione del sudetto Hospitale et natione come persona benemerita et della istessa natione *Slauona et Illiricha,* essendo Antiuarino, non ostante qualsiuoglia decreto particolare o generale che fosse fatto in contrario da qualunque persona in deta congregatione, quale ha comandato che sia casso, irrito, et nullo, et in fede di ciò habbiamo sotoscritto la presente di mano nostra, et sigilatolla con il nostro sigillo. Et

[1] Ali na 5 dec. 1599 god. opet ga uzeše medju se, očitovavši za njega, da je bio prav!

[2] Bojim se, sudeć po ovoj: „Adi 24 septembre 1586, per tanti contati al nostro mandatario per arme *3, cioè del papa, del Farnese* (kardinal štitnik), *et del Montalto* (kard. naslovni) per metter alla porta di fori per ordine delli guardiani bajocchi 33" (Pellegrini, 1578—1587.)

[3] Prvi put Talijanin piše samo: *el!* Možda je umio po slovjensku?

[4] a na 27 apr. iste godine: caloiani.

[5] Primili su ga bili u bratšćinu na 6 marča 1583, a na 7. sept. 1586 pišu za njega, da se je za nešto na njih razsrdio, pak da se sam odrekao („disse che dubitando egli se la patria sua sudetta („Antiuari") sia compresa nella prouincia di Dalmatia, et trouandosi hauer hauta mala sodisfattion in detta Compagnia"). Sva je prilika, da su mu Dalmatini, onako malo Slovjeni, poticali, da je Arbanas. To sudim po „Albanese", koja je njemu više puti pridana u zapisniku.

Digitized by Google

per comandamento di S. S. Illustrissima ordiniamo che sia eseguita et registrata nel libro delli decreti di essa congregatione ad futuram rei memoriam. Questo di undecimo, cioè XI di Marzo mille è *(sic)* seicento è uno, cioè del 1601.

Ibid. Decreti 1599—1610.

LXV. 1651. 30 decem. Illustrissimi DD. DD. Colendissimi! Congregatio Hospitalis Sancti Hieronymi Illiricorum, seu *Slauonorum* scripsit proximis diebus DD. VV. Illustrissimis[1], easque instanter supplicauit, quatenus dignarentur suam benignam mentem circa controuersiam ortam nobis declarare, Utrum ista Prouincia Carniolae sit Illyrica, seu *Slauonica*[2], an vero Germanica, et Theutonica, ad effectum, ut DD. VV. Illustrissimae declarantes, tam ipsam Prouinciam, quam Populos utriusque Ordinis Illyricos, et *Slauos* esse debeat ipsa Congregatio continuare in suscipiendis Peregrinis de praedicta Prouincia, et haec pro viribus suum auxilium paupertati dicti Hospitalis ad eius opera et onera pia sustentanda elargiri; Visum eidem est denuo DD. VV. Illustrissimas pro eodem effectu supplicare, ut secus declarantes, Hospitale possit consulere rebus suis, idque eueniet absque praeiudicio Peregrinorum dictae Prouinciae, quae si est Germanica, et gaudeat priuilegijs Germanorum, mittat suos non ad hoc Hospitale Illyricum, sed ad Hospitale Theutonicum, pro suscipiendis Germanis hic Romae erectum. Nos interim DD. VV. Illustrissimis obsequium nostrum exhibemus, et diuturnam felicitatem, et maiorem exaltationem omnium vestrum a Deo deprecamur. Romae die 30 decembris 1651. DD. VV. Illustrissimarum Additissimi *(sic)* obsequentissimi[3].

Ibidem. Prepis popa Jeronima Pastrića.

LXVI. 1652, 18 januarii. Reuerendissimi, Admodum Reuerendi, et Illustres Domini. Desiderio et petitioni D. D. V. V. satisfacere annuentes, propositae nobis quaestioni ad dirimendam inibi[4] ortam controuersiam, Utrum nostra Prouincia Carniolia, Illyrica seu *Sclauonica*, an uero Germanica et Theutonica sit, et hinc aduentantes Peregrini ad illud[5] Hospitale S. Hieronymi recipiendi sint, hisce respondere uoluimus: Esse nimirum hunc Inclitum Ducatum, et Prouinciam Carnioliam Sacrae Caes. Majestati ut Duci et Principi

[1] Mjeseca novembra, i to ne samo Kranjskim, nego i Koruškim zastupnikom. Registro delle spese.

[2] Da je ova i u matici bila, vidjeti je po odgovoru na ovaj list: . . . „Utrum nostra Prouincia Carniolia, Illyrica seu *Sclauonica* . . . sit“ . . . LXVI.

[3] Po odgovoru sudim, da su u matici bili podpisani: štitnik t. j. Kardinal Julij Sachetti, predsjednik, t. j. Juraj „Georgiceo“ (Juričić?) Splićanin, izabran biskup Ninski, i čuvar, a to: ili Ivan Steir, Kranjac, ili Ivan Anton Pellegrini, Tržašćanin.

[4] *istic*, pravo.

[5] *istud*.

Digitized by Google

terrae immediate subiectam, et Germaniae, sic etiam Imperio Romano non minus, quam Styria et Carynthia, etiamsi plebs de Illirica lingua participet, addictam. Eapropter hinc demeantibus peregrinis non illuc[1], sed ad Hospitale Germanorum confugiendum. Et, ut a nostris imposterum omnis in solito recursu infligenda molestia praepediri possit, singulares hac de causa per hunc Ducatum expediuimus patentes, ut hinc in futurum ad uisitanda Sacra limina procedentes non ad Illyricum amplius, sed ad Germanorum Hospitale, quos eatenus necessitas oppresserit, refugiant, quibus etiam simile Directorium et Testimonium a suis Parochis et Plebanis impertiri iussimus. Interea DD. VV., si quos ex priori errore illuc *(istuc)* deuenire contigerit, eos ad competentem locum benigne dirigere non dedignentur, quibus omnia fausta, ut percepimus, auspicamur. Dedimus Labaci in Metropoli Ducatus Carnioliae 15 Calend. Februarij 1652. DD. VV. addictissimi N. Praesidens et Deputati Ducatus Carnioliae.

(Nitko nije podpisan, no iz vana na tom listu po duljini redom jest pet različnih pečata a za nje na istom listu, kada je bio otvoren, pak na 17 februara iste godine predan sudu t. j. papina namjestnika zamjeniku[2], ovako posvjedočeno: „Jurati (?) Illustrissimus D. Joannes Erben (?) Cazianer Baro de Cazensteni de Carniola ducatus Prouinciae Germaniae superioris ..... recognouit et recognoscit omnes sigillos in presenti Epistola impressos, quorum primus *(sic)* d(ici)t esse Illustrissimi D. Vulffanghi Enghelbert Comitis Auspergh Presidentis sup(radic)ti ducatus Carniolae, 2. Illustrissimi et Reuerendissimi D. Fr(atr)is Joannis Abbatis Sitizensis, 3. Illustrissimi D. Ghirardi Visini Comitis Plaghi, 4. Illustrissimi D. Gottfridi Galler, 5. Illustrissimi Fra(ncis)ci Gasparis Pusner, omnes deputati dicti ducatus Carniole, in forma, et tacta cruce more s(olito) jurauit“ .... Ter jošte su cieli ti pečati, samo nije treći).

Reuerendissimis, Admodum Reuerendis, Illustribus, ac Nobilibus Dominis Venerabilis Congregationis Hospitalis S. Hieronymi, Protectori, Praesidi, et Custodi pp.[3] Romae.

Ibidem. Autographum.

XLVII. 1652 ante 18 februarii. De situ Lubianae metropoli *(sic)* Carnioliae. Lubianam, seu, ut Germani uocant, Laubacum, ueram et genuinam *Illyrij, siue Sclauoniae Urbem esse*, adeo certum est, ut siquis audacius contradicere nitatur, is omnibus non immerito Geographis bellum indixisse uideatur, *cum nullus* inter tot et tantos *Geographos tam ueteres, quam recentiores, ac pariter Historicos, qui id non asserat, inueniatur.* Quod ut euidenter constet,

[1] *istuc.*

[2] „R. V(ice) G(eren)te Pro Venerabili Hospitali S. Hieronymi Illiricorum de Urbe Contra D. Joannem Baptistam Jamsi. Die 17 feb. 1652. Desaria“ (?), isto totu ter na drugom kraju.

[3] = per postam?

Digitized by Google

testimonia singulorum hoc loco adducenda constitui. Claudius Ptolomaeus Lib. 2. cap. 17. Illyrij terminos, secundum longitudinem statuit utranque Pannoniam, et Istriam, cuius dictae longitudinis medium cum Lubiana seu, ut uocant, Nauportum praecise teneat, necessario tenendum est, Lubianam Illyrij ueram et proprie dictam urbem esse. *Quem sequuntur quotquot hodierna die terrarum descriptione famam sibi pepererunt Geographi.*

Munsterus in sua Cosmographia sic loquitur: Fuerunt olim inter mare Adriaticum et Regnum Hungariae duae insignes regiones, quae Illyricum et Dalmatia appellantur, inter quas nostro aeuo prior in multas scissa est partes, nempe Carinthiam, Croatiam, Carniam, cuius caput Laubacum est, et Marcam Sclauonicam, quam uulgo Windisch March dicunt. Huic adstipulatur Abraham Ortellius, qui in suo Theatro Orbis terrarum, eandem ijsdem plene *(plane?)* uerbis confirmat. Joannes Antonius Maginus in geographico suo opere fol. 83. in utri(u)sque sententiam ultro descendens, sequentibus uerbis suum interponit iudicium Carniolia Illyrij prouincia duplex, unam siccam, alteram irriguam uocant incolae, cuius (?) caput Goritia est, huius Lubiana, seu Laubacum. Quibus lib. 3 fol. 97 suae Introductionis subscribit Io. Philippus Cluuerius, luculenter demonstrans, quod, quidquid Sauum inter Drauumque terrarum interiacet, Sclauonicum sit, Carniolaeque Sauum inter Drauumque medium tenentis caput existat Lubiana, quae uulgo Laubach dicitur". Idem prorsus asserunt Rithamerus, Leuinus, Itulsius, Nauaton, Nouus Atlas, Vulphangus Lazius lib. 6 pag. 133 in fine, nec dissentiunt Vernefridus Diaconus, Laubardicarum (sic) rerum scriptor, et Laurentius de Anania in suo de fabrica mundi tractatu, et proinde superuacaneum esse ratus sim, eorum uerba ad longum hoc loco protexere.

Patet itaque unanimi Geographorum consensu, Lubianam urbem nec esse, nec dici posse *(Germaniae)*. Neque dictis officit *imperitia* (imperita?) nonnullorum argumentatio, dum, eo quod Lubiana Austriae Archiducibus subiaceat, eam inde Germaniae Urbem esse inferunt. Inualida ne dicam ridicula argumentandi methodus, cum pari pacto concludere liceret, Mediolanum, eo quod Hispaniae Regis Imperio subiaceat, non Italiae, sed Hispaniae urbem esse, quod quam absurdum sit, quis non uidet? Nationes itaque iuxta dominantium iurisdictionem nequaquam sumendae sunt, sed iuxta naturales situs et terminos, in quos singula ueterum Geographorum depescuit (?) auctoritas, ut docte putat Tolosan. lib. 1. Sintagm. de Jure gent.

Cum itaque Lubiana Carnioliae Metropolis sit, Carniola *(sic)* uero uera et genuina *unanimi* Geographorum consensu *Illyrij siue Sclauoniae prouincia sit,* in optima forma sequitur Lubianam ueram esse Illyrij seu Sclauoniae ciuitatem.

Quae cum ita *(sint)*, necessario sequitur, omnes inde oriundos communibus dictae Nationi priuilegijs concessis frui posse et debere, neque ulla ratione a Beneficijs huiusmodi Congregationis Illyricae

Digitized by Google

nationi in Urbe conceduntur *(concessis?)* excludi debere, ut supra citatus Gregorius Tolosanus in Sintagmate Juris fuse probat.

Concludo tandem id, cuius causa praesens discursus institutus fuit, Lucam Jampsech *(sic)*, filiumque eius Joannem Baptistam nequaquam a dicta Congregatione excludendos esse, sed tanquam ueros, et genuinos *sclauones* recipiendos esse, praesertim cum Lucas Jampsech iam fere 22 annorum in dicta Congregatione commoratione peracta[1], Jus sibi ad dictae Congregationis Priuilegia quasi praescripserit.

Ita sentio ego infrascriptus Athanasius Kyrcherus Soc(cietatis) Jes(u).

Huic sententiae, utpote ueritati per omnia consonae meum quoque calculum addo et subscribo: Lucas Holstenius, Vaticanae Basilicae Canonicus[2].

Po Pastrićevu ne točnu prepisu: Attestatio p. Kirkeri et D. Lucae Holsteini.

LXVIII. 18 febr. 1652. Responsio Hieronymi Pastritij[3], 18 februarij 1652. De situ Carnioliae, ac Lubianae eius Metropolis.

In Ecclesia Sancti Hieronymi Illyricorum de Urbe tria adesse uidentur. P(rimum) Hospitale eiusdem Nationis aedificatum uigore Apostolicae concessionis s. m. Nicolai V. sub dat. Kal. Maij 1453 ex legato (?) ad hunc effectum relicto per bo. me. Fantinum Valle de Tragurio ex Dalmatia S. Rotae Auditorem, pro suscipiendis in eo specialiter pauperrimis peregrinis Dalmatiae seu (?) Illyrice (?) Nationis. 2. Collegiata erecta de anno 1589 a s. m. Sixto V. cum Archipresbyteratu, sex Canonicatibus, et quatuor Beneficijs ecclesiasticis pro personis dictae Nationis Illyricae, et peritis Illyricae linguae et idiomatis. 3. Congregatio pro gubernio iusdem Hospitalis, in qua plures ex Italia (?) et Germania (?) fuerunt admissi una cum Illyricis, quia tunc nulla dispositio, seu constitutio aderat in contrarium, (??) donec per Decretum Emin. D. Julij Cardinalis Sacchetti moderni illius Protectoris emanatum die XI Maij 1651 cautum fuit, non posse de cetero in eam admitti nisi oriundos ex Prouincia Illyrica, a parentibus Illyricis, et peritos Illyrici idiomatis.

[1] No na 9 nov. 1631 bili su ga pobratili, pak još nebijaše 22 godine bratom.

[2] I jošte Siponatski nadbiskup i devetero vlastele iz Kranjske ili iz susjedstva posvjedočiše za Kranjce da su Ilirci, kako to pop Juraj Križanić, isto njihov, a to ćemo potla vidjeti, zagovornik, svjedoči u svojoj obrani predanoj sudcem na 10 decembra 1655: „Insuper quod Carniolia sit Illyrica, extat in actis attestatio Illustrissimorum DD. *(Archi) Episcopi Sipontini,* et Lucae Holstenij, et R. P. Atanasij Kirkerij, quantorum uirorum, et alia nouem nobilium“ .... (LXXV). A Siponatski nadbiskup, to držim, da je bio Ivan Puccinelli, koji to posta na 13 maja 1663, i da je on to posvjedočio prije toga, dokle još stanovaše u Rimu.

[3] A na svršetku je podpisan.

Digitized by Google

Unde ex receptionibus antea factis in dicta Congregatione non oritur obseruantia efficax pro admissione ad Canonicatus eiusdem Collegiatae iuxta cons. Oldrad. 337 no. 3 cum alijs relatis in S. Seuerini Fideicommissi 14 decembris 1646 coram R. P. D. Verospio.

Versamur itaque non ut ex aduerso supponitur, in questione: an a dicta Congregatione excludi debeant Lucas Jamsech, et Joannes Baptista eius filius ex Lubiana Metropoli Ducatus Carnioliae recepti ante praedicti Decreti emanationem, sed nostra principalis controuersia in hoc consistere uidetur: an dictus Carnioliae Ducatus comprachendatur *(sic)* in Prouincia Illyrica iuxta Bullam et mentem Sixti V fundatoris, seu potius in Germania recentiori, et an praedictus Joannes Baptista aspirans ad Canonicatum in dicta Ecclesia uacatum de mense octobris 1651 per mortem q. D. Vincentij Mazzolae Dalmatae sit ex natione et prouincia Illyrica, et habeat peritiam Illyrici idiomatis. Has enim duas qualitates necessario requirunt Bulla eiusdem Sixti V, et Decreta Sacrae Visitationis Apostolicae, confirmata anno 1630 ab Urbano s. m. Papa octauo quoad dictam Collegiatam.

Dato etiam et non concesso, quod dictus Joannes Baptista natus Romae a matre itala, esset origena Prouinciae Illiricae, tamen est incapax ad huiusmodi canonicatum, quia caret omnino Illyrica Lingua, nec eam intelligit. De iure indubitatum est, quod quando plures debent concurrere qualitates, ut in praesenti casu, unius probatio non sufficiat, sed omnes copulatiue probari debent per text. in L. si haeredi plures ff. de condit. instit. § penult. Paris cons. 48 no. 9, ac no. 19, et seqq., Gutieréz cons 2 no. 5, cons. 4 no. 1, Lother de re Beneficiaria lib. 2. 9. 11 n. 42, Gonzal. ad Regul. 8 gloss. 3 in principio n. 100. Rot. cor. Seraph. decis. 1270 n. 2. coram Mantie decis. 115 n. 5. In recent. decis. 15 n. 1 et 3. par. 2, et in Cracouien. Praepositurae Sancti Floriani 28 Aprilis 1650 coram R. P. D. Bichio § non obstat, et 28 Junij, et 24 Nouembris 1651 coram R. P. D. Verospio.

Quo autem ad Provintiam Illyricam animaduertendum est, quod duplex Illyricum apud Geographos et Historicos praesertim antiquos reperiatur. Alterum scilicet proprium, naturale, et stricte sumptum; alterum generale et commune latissime dictum.

Illyricum naturale[1], uerum, proprium, et particulare est illud, quod Claudius Ptolomeus ueterum Geographorum merito princeps descripsit in sua Geographia lib. 2. cap. 17 tabula 5 Europae iuxta celestes obseruationes, constituendo illi terminos ab ortu uidelicet Macedoniam iuxta Drilonem amnem, a septentrionali plaga utranque Pannoniam, Superiorem nempe et Inferiorem iuxta Bebios montes, ab occasu Istriam iuxta Arsiam fluuium, a meridie Adriaticum mare; quem sunt secuti celeberrimi recentiores Geographi eodem libro 2. cap. 17 tabula 5 Europae Pircheimerus, Syluanus, Berlin-

[1] Da bi to bila istina, nebi sada Austrija baš Kranjsku i Istru zvala Ilirijom.

Digitized by Google

gerus, Villanouanus, Maletius, Glareanus, Ortellius, Mercator, et in Ptolomaicarum tabularum annotationibus fol. 13 sub titulo Illyridis, Maginus, Ruscellus, Rosacius et alij. Vulphangus quoque Lazius Vienensis in suo opere de Migratione gentium lib. 5, fol. 140 exponens textum, et situationem Illyrici Ptolomaei declarat his uerbis: Illyricum mediterraneum secundum discriptionem Ptolomaei erat tractus ille a Sauo ad mare Jonium et Adriaticum exporrectus, tam late extentus, quantum hodie maritima pars Dalmatiae, Croatiae, et Bosna dilatantur Ad huiusmodi Illyrici descriptionem ea omnia pertinent, quae de Gentio Rege Illyricorum a Tito Liuio quatuor prioribus libris Decad. 5 sunt praescripta.

Huius proprij et ueri Illyrici recentiores classici Geographi particularem tabulam in eorum *(sic)* opere ediderunt cum titulo et nomine Sclauoniae, eiusque tractum in quatuor regiones distribuerunt, et descripserunt, scilicet in Sclauoniam, Croatiam, Bosnam, et Dalmatiam, praesertim Girardus Mercator Atlas maior, Judocus Hundius Atlas minor, Guglielmus Blaeu Atlas nouus tomo primo fol. 30, Petrus Bertius in tabulis Geographicis lib. 4, fol. 477, Ludouicus Tesseirac, Petrus Plancius, et Guglielmus Jansonius, omnes in magna tabula totius orbis sub titulo Illyrici, et nouissime Abraham Golintz in compendio Geographico lib. 2 cap. 6 fol. 177, ubi in haec uerba scribit: Illyricum sub se complectitur quatuor prouincias: I. Sclauoniam, quae inter Drauum et Sauum interiacet amnes, cuius oppida sunt: Posega, Gradisca ad Sauum flu., Zagabria, Kopranitz[1]. Huic adhaeret Rascia[2], cuius (?) oppida sunt Garra, Sirmium etc. II. Croatiam, ubi oppida Scisek *(sic)*, et Vihitich[3] etc. III. Bosnam in qua Jaytza, Warbosina[4], quae Regni est Metropolis. IV. Dalmatiam, in qua est Comitatus Jadera olim Liburnia, hodie Zara. Praeterea ibi Fianona, Tarsaz *(sic)*, Nona, Scardona, Sibenicum, Tragurium, Salona, Spalatum, Narenta *(?)*, Sabioncello, Ragusium, Cataro *(sic)*, Butua etc.

Nicolaus Istuanfi in Historia Hungarica lib. 2 fol. 17 inquit: „In ea quoque Illyrici parte, quam modo Sclauoniam uocant[5], Joannes Corbinus ea omnia *(complectitur?)*, quae a Drauo flumine usque ad fines Adriatici maris sita sunt". Ludouicus Tubero in suis Commentarijs temporum lib. primo fol. 10 ait: „A littore Dalmatiae quod mari Adriatico abluitur ad Drauum amnem gentes Illyricae sunt. Bonfinius de rebus Hungaricis lib. pr. decad. prima, Blondus Inclinationis Romani Imperij dec. 2 lib. 2, Joseph Lagius in elementale Geographicum cap. 37.

Huiusmodi proprij Illyrici spacium alij geographi strictius concludunt, in duas uidelicet partes: Croatiam olim Liburniam, et Dal-

[1] Koprivnica, pravo.
[2] Serbia.
[3] Bihač.
[4] Vrhbosna.
[5] Ne „vocant", nego: *est* Sclauonia.

Digitized by Google

matiam uulgo Sclauoniam nuncupatam, sumendo longitudinem eius ab Arsia occidentali limite usque ad Boianam siue Drinum amnem ad ortum expositum, latitudinem uero a mari Adriatico usque ad montes Croatiae protendunt, presertim Maginus in nouis tabulis Geographiae uniuersalis fol. 179, Cluuerius in sua Introductione lib. 4 cap. 4. de Illyrico, Joannes Boterus in suis relationibus lib. 1. par. Europae fol. mihi 97 sub titulo *Sclauoniae,* Ludouicus Vergerius Justinopolitanus in epistola sub dat. 15 decembris 1549 relata in Cosmographia uniuersali lib. 4. fol. mihi 987, Rosacius in sua Geographia uniuersali lib. pr fol. 57 et 58, Henricus Glareanus de Geographia cap. 27 n. 16 et 17, Dauit in descriptione statum *(sic)* Imperij, et Principum uniuersi Orbis, idiomate gallico, fol. 738 n. 20.

In tractu praedictarum quatuor Illyrici proprij regionum uetus olim Dalmatia continebatur, ut suadent uerba Constantini Porphirogenetae Graecorum Imperatoris circa annum 912, qui in opere de Administrando Imperio ad Romanum filium cap. 30 „De themate Dalmatiae" his uerbis loquitur: „Antiquitus igitur Dalmatia incipiebat a confinijs Dirrachij, siue ab Antiuari, et ad Istriae montes pertingebat; in latitudinem uero ad Danubium flumen se extendebat. A Zettina autem fluuio incipit regio Croatiae, et extenditur uersus oram maritimam usque ad confinia Istriae, siue ad castrum Albunum". Ludouicus Tubero in dd. Commentarijs lib. 3 fol. 62 ait: „Joannes natus in ea mediterraneae Dalmatiae regione, quae inter Sauum et Drauum amnes sita, a Pannonia dirimitur Drauo", lib. 4. fol. 118. — „Neque enim Dalmatae, quorum pars potior est Croatia, lib. XI. fol. 333, „Praemisso ultra Sauum Balide Jachiuo eius partis Dalmatiae, quam Bosnam uocant.

Sub uno quoque Dalmatiae et Croatiae Rege a Legatis Sanctae Sedis Apostolicae anno 1076 inuestito in urbe Salona metropoli Dalmatiae teste Baronio Annal. Eccles. tomo XI. praedictae quatuor regiones continebantur, et ad hanc quoque diem tum Archiepiscopus Spalatensis alias Salonitanus continuat suum antiquum titulum Primatis Dalmatiae totiusque Croatiae, habens sua jura in parte Bosnae et Croatiae, ut tradit Andreas Maurocenus Patritius Venetus in Historia Veneta lib. 15, tum Banus, id est, pro — Rex Dalmatiae, Croatiae, Sclauoniae, et Bosnae (??) eas regit, quem Leo s. m. Papa X. Praetorem Illyrici nominauit in litteris apostolicis ad eundem Banum datis anno 1515 relatis a Joanne Tomco Margnauich *(sic)* in uita Petri Berislaui Bani fol. 31. Nicolaus Istuanfi lib. 4., et Hungari maritimum Praefectum appellant, teste Bonfinio in sua Hungaria Dec. I. lib. 8. fol. 127.

Quibus geographis et historicis in hac materia plena fides (?) praestatur. Gloss. in cap. Inter dilectos de fide instrum., Menoch. cons. 2. sub n. 80, et cons. 378 n. 8, Mascard. de probat. conclusione 287 n. 1. et seq., Franciscus Antonius Costa cons. 23 n. 117, Gratian. discepta. 893. n. 7, et pluries Rota dixit in Florentina, seu Bononien. de Barbadoris 25 Junij 1640 coram 60. me Coccino



Digitized by Google

uers. quod attinet etc., et in Calaritana Primatis 25 Aprilis eiusdem anni coram Reuerendissimo Tarraconensi, et in Nazarena Juris deferendi crucem 28 Junij 1647 coram RPD Verospio, uers. haec autem obseruantia.

Illyricum uero uniuersale, commune, generale, et latissime sumptum incipit a Danubij et Rheni fontibus (??), et extenditur usque ad mare Euxinum (??), et urbem Constantinopolim (??). Continet decem et septem ac ultra prouincias, ut ex Appiano Alexandrino in suo libr. de Illyrico, ex Breuiario Sexti Ruffi, ex Strabone lib. 7..ex Jornande, ex Sacro Concilio Calcedonense act. 4. Diuisumque fuit a Romanis Principibus in Illyricum orientale, et in Illyricum occidentale, utrumque amplectens huiusmodi prouincias: Rhetiam (?) uidelicet, Vindelitiam (?), Noricum Ripense (?), Noricum mediterraneum (?), Pannoniam Superiorem (?), Pannoniam Inferiorem (?), Sauiam, Valeriam, Dalmatiam, Epirum vetus, Epirum noua *(sic)*, Macedoniam, Dardaniam, Preualim, Mysiam Superiorem, Mysiam Inferiorem, Traciam Tessaliam, Cretam (?) insulam, Acaiam (?), ut tradunt Pancirolus in Notitia utriusque Imperij, late Pater Philippus Brietius Soc. Jes. in sua Parallela ueteris et noue geographiae tomo 2. lib. 1. cap. 2. fol. 259, et cap. 4. fol. 277, et seqq., Lazius in Commentarijs Reipublicae Romanae lib. 1. fol. 3., Miraeus in Notitia Episcopatuum universi orbis lib. 1. fol. 6., Carolus a S. Paulo Abb. in sua Geographia Sacra lib. 3., et seqq.

Nostra (?) siquidem aetate prouinciae uniuersalis Illyrici nouam diuisionem et nuncupationem sortitae sunt, unde preter Sclauoniam, Bosnam, Croatiam, et Dalmatiam hodie censentur Ducatus Bauariae, pars Sueuiae, Archiducatus Austriae, Stiria, Carinthia, Carniolia, Comitatus Tiroli, Archiepiscopatus Salisburgensis, pars Hungariae, Transiluaniae, Valachiae, Seruia, Bulgaria, Romania, insula siue regnum Candiae, Morea siue Acaia, Macedonia, et Albania.

Quando itaque Sixtus V. erexit praedictam cum suis Canonicatibus, expresse in suis litteris apostolicis super eadem erectione dixit: „Juxta quam Ecclesiam est Hospitale Nationis Illyricae pro suscipiendis in eo specialiter pauperrimis peregrinis et infirmis ex ea Prouincia". Per uerbum igitur „Prouincia" singulari numero prolata non intellexit compraehendere *(sic)* generale Illyricum cum omnibus suis regionibus, sed uoluit se restringi ad Illyricum uerum, proprium, et particulare uigente *(sic)* tempore eiusdem Pontificis, sub quo continere uidentur quatuor tantum regiones: Slauouia, Bosna, Croatia, et Dalmatia. Ex dispositione Juris qualitas intelligitur de tempore uerbi, l. in dilectis § Si extraneus ff de Noxal., Surd. de aliment. tit. q. q. 13. n. 5., et iustificari debet de tempore Praesentationis ad Canonicatus controuersi cap. Dudum d. 2. elect. cap. Si eo tempore de Reseruat, adeo ut praeterita, uel superueniens non sufficiat, Mandel Alb. cons. 60 n 12, Surd. cons. 494 n. 2., Rota diuers. decis 100 n. 2. par. 2.

Idem comprobat inconcussa obseruantia spacio 150 annorum et ultra, cum a die fundationis praedicti Hospitalis in eo semper fue-

Digitized by Google

runt recepti peregrini et infirmi oriundi ex dictis quatuor proprij Illyrici regionibus, ita ut nullus ex Carinthia, Stiria seu Carniolia fuit *(sic)* ad huiusmodi hospitalitatem receptus[1], et minus admissus ad Canonicatus eiusdem Ecclesiae, qui semper collati fuerunt Dalmatis solummodo connationalibus eiusdem Diui Hieronymi Dalmatae. Ob eius *(sic)* specialem et antiquam deuotionem Sixtus V. huiusmodi erexit Collegiatam, in qua depingi in Choro et tribuna fecit idem Pontifex sua insignia ac prouinciae Dalmatiae tantum; haec continent tria capita leonum coronatorum, illa uero leonem erectum gerentem tria pyra *(sic)* in ungula con *(sic)* monte stellaque supra eum. Quae obseruantia remouet omne scrupulum, et litterae Sixti V debent intelligi eo modo et in eo sensu, quem firmiter et inconcusse declarauit obseruantia subsecuta, quae est optima interpres constitutionum apostolicarum. Gratian. discept. 181 n. 9., Rota diuers. decis. 503 n. 1. et 2. Grey. decis. 184 n. 8 uers Animaduertendum est et in recent. decis. 450 n. 3. par. 5, in Montisalti Primiceriatus 8 Juny 1643 coram RPD. Verospio, et in Barchionen. Canonicatus 4. Decembris 1644, 19 Junij 1645. coram eodem RPD. Verospio, et in eadem 15 xbris 1645, et 1646 coram Rmo Archiepiscopo Tarraconen., ubi dicitur, dictae obseruantiae standum esse etiam si contrarius intellectus de Jure esset uerior; et in Comnen. Collegij 17 Martii 1649 § quod clarius in fin.; et 5 Julij eiusdem anni § hanc etiam coram RPD. Peutingero.

Per appositionem uero insignium Dalmatiae euincitur clara uoluntas d. Pontificis donandi eandem Collegiatam Dalmatis (?), cuius *(sic)* insignia depingere fecit, ut optime probat Nicol. Euarad. Senior cons. 186 n. 4, et sequuntur Theod. Hoeping de Jure insignium et armorum cap. 13 n. 167, Roland. a Valle cons. 84 n. 23, et seqq. lib. 2., Peregr. cons. 75 n. 3. lib. 1., Surd. cons. 61. n. 29, et cons. 179 n 59, Enriquez cons. 70 n. 5, Mandel cons. 777 n. 3, Rauden. de Analog. cap. 23 n. 49, et tenuit Rota coram Coccino decis. 201 sub n. 2, et decis. 230 n. 1., et coram Seraph. decis. 141 n. 7, et inter diuer. decis. 527 sub n. 6, et in Mediolanen. Prioratus 14 Martij 1646 coram Emo. Card. Corrado § 6. Inquam.

Nec attendenda uidetur (?) quaedam asserta attestatio de situ Lubianae R. Patris Athanasij Kirkeri Soc. Jes. insignis Mathematum professoris, subscripta ab Illmo. D. meo Luca Holstenio Basilicae Vaticanae canonico, et rerum geographicarum diligentissimo scrutatore, ne dum quia aperte est nimis affectata (?) ad fauorem partis dd. Lucae et Ioannis Baptistae Jampsek super meritis causae, uerum etiam quia plures continet euidentes (!) errores, et presertim:

Primus error in eo consistit, ubi asserunt, quod Lubiana, seu ut Germani uocant, Laubach, sit uera et genuina Illyrici seu Sclauoniae urbs, et adeo certum, ut nullus inter tot et tantos geographos, qui id non asserat, reperiatur. Et nihilominus multi praestantissimi geographi supra relati § „Huius proprij" etc. particularem

[1] Da laže, kaže LXIX prilog.



Digitized by Google

Illyrij et Sclauoniae tabulam ediderunt, illiusque ciuitates et alia loca cum terminis suis descripserunt, et nullam de Lubiana seu Laubach mentionem fecerunt. Et ratione bene comprobari uidetur. Lubiana enim non potest constitui in Sclauonia inter Drauum et Sauum amnes, dum Sclauonia ab occasu in parte habet Stiriam et in parte Comitatum Ciliae; non in Croatia, quae separatur a Carniolia Kuppa fluuio, ut tenet Lazius migrationum lib. 5. fol. 143 n. 30. Ipsa etiam Laubach ciuitas tam a finibus Sclauoniae, quam Croatiae distat sexaginta quatuor milliaria, ut tabulae et mensurae geographorum patenter comprobant; neque in Bosna, uel Dalmatia, quae, ut refert Petrus Ranzanus in Epitomen rerum hungaricarum Ind. 1. fol. 5. cum Illyride et Liburnia Ptolomaei uno uocabulo ab omnibus fere orbis nationibus Sclauonia uocatur, et quidquid est trans Sauum agrorum per quos sit iter Italiam uersus, Croatia nominatur. Quarum regionum ciuitates et oppida Golintz suprarelatus in suo compendio numerat, et tamen nullibi Lubianam, seu Laubach reponit.

2. error ex eo patet, ubi adducunt testimonium Ptolomaei lib. 2. cap. 17. de situ Illyridis et Dalmatiae, asserendo, quod geographus iste statuerit Lubianam, seu, ut uocant, Nauportum in Illyrico suo, et propterea necessario tenendum, Lubianam Illyrij ueram et propriam urbem esse. Attamen omnino contrarium probatur tum ex descriptione Ptolomaei d. lib. 2. cap. 17, ubi nullum oppidum Nauportum, Nouiodunum seu Lubianam reposuit, et nemo alius ex tot Ptolomaei signatoribus et expositoribus superius adductis § „Illyricum naturale". Imo ipsi expositores in lib. 2. cap. 15. de situ Pannoniae superioris eiusdem Ptolomaei oppidum Naupontum, seu Nauportum uel Aemonam, quam hodie Lubianam, seu Laubach uocant, in ipsa Pannonia Superiori non minus quam Viennam collocant, Villanouanus, Maletius, Maginus, Roscellus Mercator, Pius 2., Rosacius, et nouissime Petrus Bertius in Theatro ueteris geographiae, Pr. Brietius in dicta Parallela tomo 2. lib. 1. cap. 2. fol. 272., Melchior Indofer Soc. Jes. in apparatu annal. Eccles. Hungariae pag. XV.

Et eo magis dum Carnioliae est portio eiusdem Pannoniae Superioris, ut firmiter tenent Petrus Bertius in Commentarijs rerum germanicarum lib. 2, fol. 157, Abraham Ortellius in Thesauro geographico uerbo Pannonia, Carolus Steffanus in Dictionario geographico uerb. Pannonia, Jacobus Cordonus in Cronologia circa finem de urbibus in ditione Germaniae, Blaeu Atlas nouus tomo 1. tabula ueteris Germaniae fol. 69, et Petrus Dauit in descriptione Statuum Imperij et Principum fol. 869. 890 etc.

Sed omnem difficultatem tollit (??) Philippus Cluuerius in 1. par. antiquae Italiae, in qua edidit tabulam Venetiae et Istriae agri, distinquendo punctis et lineis terminos harum regionum cum finitimis, adeo ut clare ponit *(sic)* Nauportum et paulo altius Aemonam oppidum in ipsa Pannonia, idque confirmat ead. par. lib. 1. cap. 2. his expressis uerbis: „Nauportus Pannoniae oppidum erat

Digitized by Google

apud amnem cognomine(m), qui uulgo nunc dicitur accolis Laubach, siue alia dialecta *(sic)* Laupach dictus, Italis Lubiana, ad hunc *(sic)* oppidum fuit eiusdem nominis Nauportum XI mill. pass. a Summo Julio traiectu, et XII ab eo millia in eadem planiciae *(sic)* colonia Aemona, a qua in praescripto itinere octo numerantur millia ad Sauum amnem Unde patet Aemonam esse urbem, quae in ripa dicti amnis uulgo nunc incolis communi amni(s) uocabulo Laupach, Italis Lubiana, Carnioliae caput. Cum igitur Aemona tam procul ultra Alpes Pannonicas posita Pannoniae (?) urbs habeatur Plinio atque Ptolomeo, in eadem prouincia censeatur". Haec ille, et id ipsum alibi tenet eodem lib. 1. cap. 20. fol. 198 n. 30., et fol. 206. n. 40.

3. error depraehenditur *(sic)* ex eo, ubi adducunt Philippi Cluerij lib 3. suae Introductionis de Sclauonia testimonium, putantque hunc auctorem intellexisse Sclauoniam quidquid longitudine et latitudine terrarum inter Drauum et Sauum fluuios interiacet, nec non Carnioliam Lubianamque eius metropolim inter eosdem amnes esse sitam, et consequenter ad Illyricum seu Sclauoniam uere pertinere. Hoc Cluerius non solum non dicit, sed contrarium omnino tenet. Primo, quia dictae Introductionis lib. 3. cap. 8. fol. mihi 182. Carnioliam una cum Stiria et Carinthia inter regiones Germaniae Superioris recenset; 2-do quia ibidem lib. 4. cap 3 fol. 302. memorat, nomine Sclauoniae uulgo accipi quidquid terrarum a Drauo amne ad Adriaticum mare protenditur, et clarius subiungit in haec uerba: „At proprie Sclauonia dicitur ea regio, quae Drauum Sauumque amnes interiacet, ab occasu Stiria, ab ortu Danubio clausa. Longitudo eius ab oppido Kopranitz ad Draui confluentem millium germanicarum L, latitudo a Drauo ad Sauum XII. Oppida notiora: Posega, Gradischa, Zagabria, et Kopranitz". — Patet igitur ex huiusmodi situatione et descriptione Cluuerij nec in Sclauonia esse Carnioliam, nec Lubianam eius urbem, nec posse inter dictos amnes constitui, tum quia Carniolia non clauditur ab ortu Danubio uel ab occasu Stiria, sed omnino diuersos fines habet. Ab occasu enim dirimitur Carinthia, ab ortu Kuppa Croatiae fluuio, tum quia Lubiana praedicta urbs constituta in medio fere Carnioliae, ultra Sauum amnem mare uersus distat ab eodem flumine octo millia pass., ut de facto tabulae geographorum luculenter perhibent; 3-o quia uulgo accipiendo Sclauoniam quantum a Drauo ad mare Adriaticum protenditur, initium seu longitudinem eius, quae excedit 200 milliaria, non debemus sumere a fontibus Draui e Norici *(sic)* orientis, quia compraehenderet totum Ducatum Carinthiae, et non mediocrem Styriae, et sic confunderentur huiusmodi fines, et noui constitui deberent ultra Carinthiam in finibus Archiepiscopatus Salisburgensis; neque ab ortu Saui amnis ex Alpibus Carnicis, qui 120 millium passuum interuallo in Danubium plane se differt, ut tradit Bonfinius in Historia Hungarica decad. 1. lib. 1. fol. 20 et 22.; sed ipsa longitudo incoari debet uel ab oppido Copranitz iuxta Cluuerium, uel ab oppido et arce Vinicensi iuxta descriptionem Georgij Ratkai canonici Zagabriensis lib. 1. memoriae Regum et Banorum Dalma-

Digitized by Google

tiae et Croatiae, qui latitudinem eiusdem Sclauoniae ab eodem Kopranitz oppido desumit. 4°. quia idem Cluuerius dictae Introductionis lib. 4. cap. 4. fol. 304., et cap. 5. fol. 306., describens Illyrici regiones, limites, latitudinem, longitudinemque ac ciuitates, oppida, et in *(sic)* incolas, nullibi Carnioliam, seu Laubachum uel Lubianam urbem aut Carniolenses populos compraehendit, uel reponit in tractu eiusdem Illyrici.

Demum ridiculum putant esse, tenere Carnioliam in Germania, et arguunt imperitiae illos, qui huiusmodi opinionem sequuntur Non attendimus dominia Principum, quae non confundunt jura naturalia prouinciarum, nam Dalmatiae subiacet potior pars Venetorum in Italia imperio, et tamen nemo somniauit, Dalmatiam compraehendi in Italia; sed obseruamus descriptionem et situationem regionum iuxta statuum diuisionem, et modernam orbis faciem, quae ab antiqua omnino est diuersa, ut facile prudens geographus et Historicus scrutari et cognoscere potest.

Germania etenim antiquitus non erat amplissima secundum hodiernum typum, nam extra Rhenum a parte Galliae, neque trans Danubium Italiam uersus non se extendebat. Sed postquam Carolus Magnus Romanum Imperium Germaniam transtulisset, eam in prouincias et ducatus diuisit, ut tradunt Andreas Knichen de Jure territ cap. 1. n. 6., Trettemius de origine Franc. fol 94., et Blaeu Atlas nouus tom. 2. tabula 1. Germaniae hodiernae. Hinc Germania fuit diuisa in Superiorem et Inferiorem. In superiori fuerunt inclusae etiam Bauaria, Austria, Stiria, Carinthia, et Carniolia, ut praecise tenent Cluuerius dicta Introductione lib. 3. cap. 8., Maginus in descriptione Magnae Germaniae fol. 78., Abraham Golintz in dicto Compendio lib. 2. cap. 4. fol. 134., Blaeu Atlas nouus dicto tomo 2. tabula 1. Germaniae, Pater Gabriel Bucelinus in sua Germania fol. 2. sub titulo Superioris Germaniae prouinciae n. 33, Bertius in septem libris tabul. geograph. fol. 386, Pr. Brietius dicta Parallela ueteris et nouae geograph. tom. 2. lib. 2. cap. 3. fol. 44., Joannes Natalius Metellus in Speculo Orbis ac descriptione Germaniae, Cornellius de Judeis in Speculo Orbis ac descriptione Germaniae fol. 3. tab. 1., Registrum mundi sub titulo septimae aetatis fol. 277., Hermanus Coringius de finibus Imperij Germanici lib 1. cap. 4. fol. 31., Abraham Ortellius in Theatro Orbis tabula 29. Germaniae, Elseuerius de Republ Imperij par. 1. fol. 13., Petrus Dauiti de statu Imperij et Principum fol. 916., Aubertus Miraeus in Notitia Episcopatuum lib. 4. cap. 17. fol. 203 et 207., Ziglerius Annal. de Boys lib. 4., Joannes Aubanus de moribus gentium lib. 3. cap. 12., Joseph Rosacius in descriptione uniuersali sub titulo Germaniae.

Prouinciae Germaniae illae censentur, quae referuntur ad decem illos Circulos, in quos Constitutiones Sacri Imperij recentiores Germaniam diuidunt, suntque hi, nempe: 1. Electorialis Rhenanus, 2. Austriacus, sub quo continetur Ducatus Carnioliae ac Episcopatus Labacensis metropolis illius, ut affirmant M. Sebastianus Schroterus

Digitized by Google

in descriptione historica totius orbis cap. 4. de Germania fol. 62, 77, et 80, Girardus Mercator Atlas maior tabula Austriae fol 259, Hundrius Atlas minor in dicta tabula fol. 536, Golintz in dicto Compendio lib. 2. cap. 4. fol. 136, Hieronymus Caninus in Hist. Summaria de electione Regis Romanorum, ac in Compendio Bullae Aureae Caroli 4. Imperatoris fol. 22 et 53, Elseuerius de Republ. Imperij 1. par. fol. 17., Petrus Dauit de Statu Imperij fol . . .

Hoc comprobare uidentur (?!) litterae Ferdinandi II. Imperatoris, qui Craniam, id est, Carnioliam una cum Stiria et Carinthia inter prouincias Interioris Austriae recenset[1], ut in eius epistolis ad dd. prouincias datis de anno 1627, relatisque per R. P. D. Carafam Episcopum Anuersanum in eius Historia intitulata Germania Sacra fol. 188 et 206. Huiusmodi Caesareae Maiestatis assertio plenissime (!) probat in hac materia diuisionis et constitutionis prouinciarum, Belluga in Specul. Principum Rubr. XI. § iam supra n. 2. folio mihi 43 a tergo, Theod. Rheingh de Regimine secul. et eccles. lib. 1. class. 5. cap. 2. n. 4., et in specie tradunt Alberic. in L ex quacunque n. 7 ff. Si quis in ius uocatus non ierit, Calcan. cons. 34. n. 16. uers. Et propterea, Brunc. cons. 34. n. 2., Menoch. cons. 147 sub n. 21 uers. septimo et seqq.

Cum his concordant (!) testes examinati occasione promottionis *(sic)* ad dictum Labacensem Episcopatum R P. D. Otthonis Friderici Comitis a Buchaim de anno 1642[2] . . . deponentes, Lubianam esse metropolim Carnioliae in Germania; fides quoque baptismatis Joannis Baptistae Jamp(s)ech supradicti de anno 1636, in qua declaratur esse filium Lucae Jampsech de Lubiana in Germania; litterae denique Illustrissimorum DD. Praesidis et Deputatorum Ducatus Carnioliae datae Labaci 17 Kal. Februarij 1652 cum quinque eorum sigillis ad Em. Protectorem et Officiales dictae Congregationis Sancti Hieronymi, fatendo in ipsis, Carnioliae Ducatum non minus quam Stiriam et Carinthiam ad Germaniam spectare; et demum attestatio R. Georgij Crisanij sacerdotis ex Croatia, affirmando Carnioliam esse prouinciam Germaniae[3]. Et propterea magis est differendum *(sic)* huiusmodi probationibus et confessionibus, quae cum geographis conueniunt, et eorum auctoritati standum esse uidetur ex adductis supra § Quibus etc., quam attestationi af-

[1] No i Dalmacija bijaše Mletačka. A ova još više vriedi: Prvi Ferdinando na 25 februara 1549 godine piše, i to papi, za Pićansku biskupiju u Istri, da je u *Iliriji*, ovako: „Quam tenuis quamque exiguus sit Episcopatus Petinensis in *Illirico* ditionis nostrae“ . . . Theiner: Mon. Slavor. merid. 662.

[2] 1641?

[3] To bijaše istina u državnom smislu, kako i za Dalmaciju da je Mletačka. Da je taj vele razumni Slovjenin samo to mislio, vidjeti je po tom, što je potle odvjetovao za Kranjce da su Slovjeni (LXXVI, i LXXVII).

Digitized by Google

fectatae, quae intelligi debet secundum antiquam et generalem diuisionem Illyrici.

prouisum est, ut omnis homo ante dispensare ac deliberare suas facultates debeat, prius quam, repentine calamitatis casu periculo ingruente, mortis metu argeat, de differente deliberatio aut articulum lingue loquendi careat, aut distributor in ultima corporis angustia positus sub celeri transitu optata sibimet testatione explicare nequeat. Idcirco ego tantillus peccator Andreas prior, diuino iuuamine fretus, positus in infirmitate ..... meum decumbens lectulo, licet corporis uiribus inualidus, tamen mente, deo auxiliante, tutus, uolo et iubeo, domino auctore et omnibus sanctis eius: in primum, ut domum, in quo iussus sum uiuere, cum introitu et exitu suo abeat filio meo Andrea; et domum, que fuit de Theodosio tribuno, sit Agapi filie mee et matre eorum cum ipsis. Domum nova et aliam domum iuxta sancto Laurentio cum eius horto ibidem, et alio horto que iuxta est, que emi de Joanne filio Teudere, uolo ut habeant filii mei Niciforus, Petrus et Dabrosia; et tamen ut insimul ambo fratres et Dabrosia edificent ipsa domo iuxta sancto Laurentio, et tunc accipiat eam Dabrosia filia mea. Ista domo noua cum introitu suo habeant ambo fratres, Niciforus et Petrus; et domum, que venit mihi de socero meo Niciforus tribunus cum introitu et exitu suo uolo ut habeat filia mea Anna; et pro eo, quod non est ipsa domo, sic hec alie, adiungo ei uinea, que emi de coniux Auluci. Vinea namque de Pultago et alia uinea de sancto Joanne uolo ut habeant filii mei et filie mee, que habeo de prima uxore. Et uinea de Vculo et alia vinea in Camareto uolo ut habeant filius meus Andreas et filia mea Agapi cum matre sua Maria. Et si custodierit lectum meum, sit particeps cum eis; et si non custodierit, cedente ea, quis de meis tunc prefuerit, priuet eam. Et subtracte uinee ac terre, que videntur fuisse de prima uxore mea Agapi, cetere uinee, que sunt, diuidant omnes filii mei et filie mee, et de prima uxore et de subsequens uxore, et coniux mea Maria dividant cum ipsis. Terre uero, que comparaui in Cabrona et ibidem alie terre, que mihi euenere de matre mea et in Abrauicio, que euenerunt mihi de matre mea, uolo ut habeant filii et filie mae, que sunt de prima uxore. Terre uero, que comparaui in Sicirani, et alie terre ibidem, que mihi euenere de matre mea, uolo ut abeant filius meus Andreas et filia mea Agapis cum matre sua Maria; de pastores quidem Petro et alio Petro et Desiderio habeant filius meus et filia mea cum matre sua Maria; Ominico cum filio et filia Desidana habeant alio filii et filie mee et uxor mea Maria cum ipsis. Et in sancto Chrisogono dimitto uinea, que emi de Mazulo, et terre ad Vuculo que comparaui, et seruum et ancillam, et centum capita de pecora, et uno panno de serico et uno savano; in sancta Maria uno panno de sirico; in sancto Petro uno panno de sirico; in sancto Thome uno sauano; in sancta Anastasia una coppa de argento et uno panno de sirico. Firmino episcopo dimitto cauallum meum; Petro Diacono, fratri meo, una coppa argentea et sella argentea; Odolberti abbatis uestimentum de dequirinzo inuestito cum panno uario et una lena caprina et una butte de uino et uno ca-

Digitized by Google

uallo; Joanni diacono coopertorio de lecto quirino, investito cum sirico, et uno feltro parato cum sirico. Ad sacerdotes detur pro anima mea centum capita de peculio et centum modia de grano et una butte de uino; et cetere oues atque capre, que remanserint, dentur pro anima mea. Et in captiuis dentur solidi centum. Et naue uenundetur, et detur pro anima mea. Et pro anima mea dimitto liberos in primis Maruno cum uxore et filia, et do ei uinea, que comparaui de Constantino magistro. Ominico Caltaroto cum uxore sint liberi; liberi Casano, filio Butirani Justo cum uxore sua et quatuor filii; filio Prisinacco, filio Bribina, Techamila, Milca de Sicirano cum duo filii, uxor Rasinaco cum filio Strietecho, Semissiarto, Zaemilo. Omnes isti sint liberi. Ad Zanello dimitto uinea, que comparaui de Maria uenetica, et alia fassa de uinea, que emi de Barbano de Cresconi. Et si uult uxor mea Maria portione suam possidere, obseruet lectum; et si duxerit uirum alium, omnia auferte ab ea. Et, quod absit, si unus de filiis meis aut filias obierint, omnes fratres eius et sorores partem defuncti diuidant. Hec quidem cuncta prelibata deo auctore uolo ut firma et stabilia permaneant, et nullus unquam audeat uiolare. Quod si quis proteruus, deum non metuens, nostre diffinitioni, parui pendens, contraire uoluerit, iram dei omnipotentis patris et filii et spiritus sancti incurrat, et maledictionem CCC et XVIII sanctorum patres, et lepra Naaman Siri plexus irremediabilis crucietur, et in nouissimo maledictionis cum diabolo et eius tetros ministros ac Judas Scariothes in gehene baratro muneretur. Actum hoc tempore, die, loco ac consule ut supra. Palam his testibus: sig. † ms Formini sanctissimi episcopi, Odolberti abbatis, Petri diaconi commissori fide huius descriptionis, sig. † ms Prestantii tribuni, Constantino trib., Vitalis trib., Georgius trib.. Dabro trib., Anastasius trib., Paulo trib. Et ego Johannes diaconus iussu a supramemorato Andrea priore manu propria scripsi atque feliciter post traditam compleui. — Pag. 41.

2. **969. 15. julii.** Imperantibus Constantino et Basilio Augustorum, Basilio episcopo, Maio priore. Testamentum . . . filie Dabro tribuni, in quo relinquit monasterio omnia sua bona etc. Pag. 37.

3. **1018.** In nomine domini nostri Jesu Christi. Ego S. banus fabricaui istam ecclesiam ad honorem sancti Nicolai confessoris Christi et sancti Petri apostoli et sancti Stephani pontificis et beati Dimitri martiris et magni Crisogoni martiris nec non et beate dei genitricis Marie adque omnium sanctorum Christi; cum coniuge mea Maria fabricaui eam sub temporibus domino Constantino monomaco. Ego denique S. B. et imperialis protospatario compleui hec omnia intrante anno domini millesimo octabo decimo, indictione XII incipiente anno XB^mo. De propria mea facultate laboraui eam, et dedi in eam quindecim panno de serico et una cortina de serico, V planetas de serico et IIII paria de bacile et IIII manipulos, III stolas, VI camiso, IIII amictos, IIII cingulos, unam cupam, unum cocleare, I fistula de argento, filacteria IIII de auro et II de ar-

Digitized by Google

gento, unam capsam et I turibulum, et duos calices de argento, III libros missales, 1 passionario, III omelie, smaragdum I, duo antiphonaria, II manicale, splalteria III, imnaria II, brebiarium I, duo cirostata, I sellam, I pario dè bacili, III facitergia. Dedi etiam unam curtem, que cognominatur insula, cum ecclesia S. P. et cum VI seruos et IIII ancillas, et alia curte, que uocatur noua sella cum duodecim familia, et tertia curte, que dicitur Butinaviso cum octo familias. Dedi XX iumentas cum II equos et XXX uaccas et CCCC pecora et XXXII porcos. Posui tres campanas, que sunt apreciate I libram de auro. Hec omnia, et cum ipsa ecclesia, trado in potestate domini mei patri spirituali Trasoni abbati, ut sit in perpetuum cellas sancti Chrisogoni, cuius sacratissima membra Jadere retinentur. Et si quis, quod obsit, ausus fuerit subtrahere, ex meis vel extraneis, moriat de Ramato, et habeat semen super terra. et persolvat auri libras XXX; insuper iratum habeat patrem et filium et spiritum sanctum et maledictionem CCCX et VIII patres et in nouissimo maranathe cum diabolo et eius tetro angelos ac Juda Scariothe in inferno maneretur. Et hec cartula, volumus, ut in sua maneat firmitate. Et ego Marco Judigo (Indigo?) episcopus croatensis collaudo, confirmo, corroboro atque concedo. — Pag. 37.

4. **Obrovizzo 36.** — **1029.** indictione XII, imperante domino Romano Augusto, Andrea venerabili episcopo Jadertine civitatis. Testamentum sive cartula donationis facte monasterio sancti Chrisogoni Jadrensis per Elenizam sororem Godemiri bani de territorio sibi a matre dimisso in luoco qui dicitur Obbrovizo, ubi construxerat ecclesiam in honorem beati Chrisogoni prope ecclesiam, que ibi fuerat divi Petri et cunctorumque in eo loco sua erant territoria, et gregem ovium cum pastore nomine Volcana. duo paria bouum cum duobus seruulis, qui ipsa colerent territoria facta in dicto loco Obbrovizzo pro parte Trasi abbatis dicti monasterii. Coram domino Andrea Jadrensi episcopo et aliis fratribus videlicet Traso abbate cum suis fratribus Bolemir jupano Nonensi, Radoniza, Ueljaco, Stephanizzo, Desina jupano, Zouina centurione et nonnullis testibus. — Pag. 1.

5. Domus apud monasterium. **171.** — **1033.** indictione IIII, die quinta julii, regnante Romano Augusto, regente cathedram pontificatus Andrea venerabili episcopo, priore urbis domino Gregorio proconsule. Permutatio facta a Traso abbate monasterii sancti Chrisogoni cum filiis Constantini, qui dederunt dicto abbati domum suam, que erat prope monasterium, et ipse abbas dedit illis aliam domum, que fuerat Saniueni cum pertinentia sua et quattuordecim solidos setiricos ex auro mundo per jussionem domini Gregorii prioris et proconsulis de ipsa civitate Jadere. Scripta manu Mai diaconi rogato a Martino de civitate Jadere filio Maurentii iudicatore coram testibus Andree filio tribuno Vitali tribuno Drago archidiacono Draze tribuno Drunuazano Paruaca filio. — Pag. 1.

Digitized by Google

6. **1034.** Regnante imperatore Romano, domino Andrea episcopo, priore Gregorio decentissimo viro. Donatio octave partis domus facta monasterio sancti Chrysogoni per Sauinam uxorem Gimmai. — Pag. 33.

7. **1036. 13. februarii.** In nomine sancte et unice trinitatis. Ab incarnatione filii, qui est coaequalis patri, anno millesimo xxxvi. indictione iiii. romani uero imperii dignitas gubernante sanctissimo Michaelo. Hec securitas iussus sum exarare a prudentissimo Gregorio protospatario et stratico uniuerse Dalmatie. Nunc itaque, qualiter Lampridius senior cum venerabili Andrea episcopo universisque magnatibus nec non et minimis eorum in episcopii domum sancte Anastasie conuennere, fari incipiam. Extitit enim conventus eorum huius rei. Quia aspirante summa diuinitas, ut famulatum dignum deo exhibeant, qui in sancti Chrysogoni cenobio militant, et mens eorum cum ad opus divinum conueniunt, solida firmaque persistat, quod dominus Transo abbas reuerentissimus petit, ei concedere magnificus Gregorius protospatarius et stratico, et ueneran-dus Andreas episcopus cum omnibus magnatibus studuerunt. Est namque ante ecclesiam sancti Thome apostoli hortus iuxta positus inchoatus, habens edificium; nosque cum consilio domini episcopi et uoluntate cunctorum ciuium nostrorum in monasterio sancti Chrysogoni, ut dominus petiit Transo, deuotissime concedimus, ut sit in eius, quiue post eum futuri, potestatem faciendi quicquid illi uoluntas ministrauerit sua, cum consilio fratrum ibi degentium ad utillimam rem monasterii. Si quis autem hec nostre securitatis ruptor presumptuosus, suggerrente iniquo, inuentus fuerit, persoluat iii auri libras ad predictum cenobium. Et hec securitas firma permaneat et incorrupta. Gregorius protospatarius stratico testis. Andreas episcopus testis. Prestantius tribunus testis. Dobro tribunus testis. Cerneca tribunus testis. Gregorius de episcopo testis. Petrus de Belata testis. Basilius de Pola testis. — Pag. 30.

8. **1036.** indictione 4. Michael gloriosissimo imperatore. In finibus Dalmatiarum honorabili prothospathario et stratico Gregorio viro illustrissimo procurante, in sancte Anastasię autem ecclesia episcopalem apicem Andreas venerandus gerebat. Permutatio domus facta per Traconem abbatem cum medietate domus cuiusdam Sergii. Antfredus notarius. — Pag. 29.

9. **1036.** In nomine summe et indiuidue trinitatis. Millessimo xxxvi anno a Christi incarnatione, indictione uero iiii. Michael gloriosissimo imperante, in finibus uero Dalmatiarum honor. protospatario et stratico Gregorio uiro illustrissimo procurante, in sancte Anastasie ecclesia episcopalem apicem Andreas venerandus gerebat. Sub istorum temporibus ego Sergius filius Petri hanc securitatem scribere feci de medietatę mee domus cum curte, pertinente per ad eam, ad monasterium sancti Chrysogoni. Pro qua medietate per in cambium dedit mihi et heredibus meis domnus Transo, uenerabilis abbas, domum de Malic, que est ad portum. Et ideo ego Sergius

Digitized by Google

cunctis scientibus hanc securitatem concedo et trado ipsi domino abbati de medietate mee domus cum curte pertinente ad eam, ut sit in monasterio sancti Chrysogoni per cuncta secula seculorum. Si autem ego aut ullus heredum meorum uel aliqua quelibet persona hanc securitatem corrumpere temptauerit, componat x libras auri. Et hec securitas firma permaneat. Gregorius prior et protospatarius testis. Andreas episcopus testis. Prestantius tribunus testis. Dobro tribunus testis. Cerneca tribunus testis. Petrus de Belata testis. Gregorius de Episcopo testis. Ego Ansfredus sacerdos et notarius scripsi et roboraui. — Pag. 30.

10. **Ortus prope monasterium 121. — 1044.** indictione 13. prima septembris. Imperantibus Constantino imperatore, Petro venerabili episcopo et domino Andrea priore. Testamentum Dausetę, in quo relinquit sancto Crisogono quoddam hortum, quod erat prope monasterium, scriptum manu Crisanę diaconi. — Pag. 1.

11. **Villa Dulo 62. — 1067** indictione 5. Regnante domino Constantino Duca magno imperatore, prioratui Jadere presidente domino Leone imperiali prothospatario et totius Dalmatię Catapano. Scriptura facta per Petrum abbatem sancti Chrisogoni, in qua describuntur confinia duarum possessionum monasterii, videlicet:

Triplex et cum regesto. Ville Dulo antiquitus vocate Yculo, quam monasterio donavit Cresimirus Croatorum rex, qui tales sunt: est in eodem loco uallis infra duos humiles sed petrosos colles porrecta in orientem, que rabiosa dicitur, et est primus terminus iam dicti territorii a capite ipsius uallis in oriente, ubi etiam pusillus ulmus stare cernitur usque ad limitem, qui ultra puteum eiusdem loci in occidentali parte habetur, et alius per transuersum a mare usque viam antiquam, que est contra Sablata, in qua hac de causa sita est antiquitus petrina paruula columella,

Neuiane. Neuiane in insula, quę antiquitus Flaueyco et Pistimana dicebatur, ubi est ecclesia sancti Michaellis, quam quidem ecclesiam possessionem donavit monasterio sancti Chrysogoni domnus Maius de Columato Jaderensis prior cum suis nobilibus, cuius hi sunt confines, videlicet: a mare usque ad montium summitates, et a capite vallis, que in oriente post ecclesiam cernitur esse, in quo et factum fossatum habetur, qui contra ipsos montes mitti videtur usque maceriam, que ultra desertum oppidum est in parte occidentale, quo etiam tunc ob sui facti memoriam pusillus accervus statuit lapidum. — Pag. 1.

12. **Suhovara 3. — 1070.** indictione nona. Regnante Romano tertio imperatore; tempore Cresimiri Croatorum regis. Donatio facta per Radovanum Lilici nepotem monasterio sancti Chrisogoni territorium qui dicitur Suhovara. Scripta manu Adam presbiteri monaci.

(Na istoj strani doli opetuje se obširnije:)

Suhovara 3. — 1070 indictione nona. Regnante Romano tertio Augusto, tempore Cresimiri regis Croatinorum et Dalmatinorum.

Digitized by Google

Donatio facta per Radovanum nepotem Lilici possessionem avi sui predicti in luoco qui dicitur Suhouaria monasterio sancti Chrisogoni, inter hos confines: a lacu ex septentrionali plaga protendendo in directum versus boream ad rivum, et ab isto loco eundo ad australem partem ad terminos predii de Dubio cum suis circum adiacentibus pascuis. Scripta manu Anastasii Croatensis episcopi et aule regie cancellarii Nonensi in civitate. — Pag. 2.

Aliud exemplum eiusdem donationis seu sententia domini Andree Belle II. filii regis Hungarie, tunc Slavonię ducis, per quod dictum predium Suhouare definitiue auditis partibus adiudicat monasterio sancti Chrisogoni anno 1198. die sexto martii et exemplo bullę Celestini pape tertii, qua confirmat omnia bona atque inter alia villam Suhuisare datam anno 1195 pontificatus eiusdem pape anno III. Item exemplum privilegii Belle III. regis Vngarie, per quod confirmat monasterio sancti Chrisogoni sua predia, quorum nonnulla nominantur, datum anno 1243 regni anno 7, nec non et exempla quarundam attestationum de predicta sententia data per dominum Andream regem tunc ducem Slavonię.

Item aliud exemplum continens omnia predicta et preterea portionem datam de dicto predio abbati Joanni sancti Chrisogoni et de domuncula quadam Barti Arareri de Crisogonis ex precepto baronum et viri regis Ungarię anno 1358 die 8 mensis septembris cum eius litteris testimonialibus capituli Jadrensis anni 1374 diei 4 augusti. Pag. 3.

13. **Valles. Possessio.** — **1070.** indictione nona. Regnante Romano tertio imperatore, rege Croatię Dalmatięque Petro, Siuinnimir bano. Donatio facta per Radovanum monasterio sancti Crisogoni de omni possessione sua, quę fuit avi sui Valeci. Scripta Nonę manu Adam presbiteri monaci. — Pag. 2.

14. **Sekerani 200.** — **1070.** indictione nona. Imperante Romano tertio, regnante Crobatię rege Cresimero, bano Suinnimir. Donatio facta monasterio sancti Chrisogoni per Croatinum et fratrem eius Lutostiah de territorio, quod habebat in Sekerani contiguum territorio eiusdem ecclesie; scripta manu Adam presbiteri et monachi. — Pag. 3.

15. **Obrovizzo 185.** — **1072.** indictione septima. Regnante Cresimiro Dalmatię Croatięque. Donatio facta per Zouinam, Desimirum, Petrum, Gromelam et Slauiz tum fratres monasterio sancti Chrysogoni de ovium possessione iuxta mare infra et supra cuius pertingit terminus a parte aquilonari usque ad aquam, que oritur in longo a Siluula que vocatur Lucus, et inde extenditur iuxta alte-am aquam, que subterraneo meatu videtur habere originem a fonte, qui vocatur Selcunich, qui fons in eadem possessione est; indeque ducitur funiculus non longe a sepulcris ipsaque sepulcra eodem habentur territorio, et inde porrigitur usque ad ecclesiam sancti Chrysogoni, que adiacet ecclesiae sancti Petri, hinc et inde

Digitized by Google

usque percurrens ad mare cum omnibus suis iuribus in loco qui vocatur Bravizzo. Acta in civitate None manu Adam presbiteri et monachi. — Pag. 3.

16. **1072.** Anno incarnationis domini nostri Jesu Christi millesimo LXXII, indictione 4, regnante Cresimir Croatie et Dalmatie, Stephanoque episcopante. Visum nobis est fratribus Zouinne, Desimir, Peter, Gromela, Slauiz. de civitate Nona, ut pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum defunctorum, quorum nomina indicamus: Veliacus, Stepan, Tomidrag, Vekemir, Radomir, nomina autem feminarum defunctarum: Petrona, Bolinega, dare in cenobio sancti Chrysogoni martyris, situm Jadere, possessionem in Brauizo a mare infra et supra, que a nostris possessa est, septam antiquis maceriis, cuius pertingit terminus per collem a meridie usque ad aquam recto itinere, que oritur iuxta siluula, que vocatur Lusiz, et inde extenditur in australi parte iuxta Mozaua usque ad aliam aquam, que subterraneo meatu uidetur habere originem a fonte, qui vocatur Sliunich, qui fons in eadem possessione est; indeque ducitur terminus iuxta sylvam, que dicitur Virouika, qui sursum tenditur contra mare et peruenit ad *antiqua sepulchra* que in eadem habentur possessione; et inde ducitur funiculus usque ad terrulam ecclesiae sancti Chrysogoni, ubi primitus idem martyr sepultus fuerat; et ab ipsa tenditur usque ad ecclesiam iam dicti martyris, que adheret ecclesiae sancti Petri site ibidem, hinc et inde iterum usque ad mare; tam in collibus quam in uallibus et quicquid nostri iuris reperiri potest in Brauizo in abbatis Petri presentia fratrumque eius iure perpetuo tradimus possidendum. Si quis autem nostrum post obitum hoc donum pietatis auferre a dicto cenobio temptauerit parui pendens nostro uoto, iram omnipotentis dei incurrat, et cum supremus idem iudex mundum iudicaturus aduenerit, non cum electis ad dexteram possitus necem beatitudinis sed cum reprobis condemnationis audire mereatur. Actum in ciuitate Nona in presencia prefati regis: Druznich ded. Pribidrug pestelnich, Drugana scitnich regis, Adamiz iupannus, Desimir iuppanus, Prodanus iuppanus. Item testes latini: Drago prior, Andreas prior, Maius iudex, Candidus, Nikiforus, Petrus comerzarius et Prestancius frater eius. Ego Adam rogatus a predictis donatoribus scripsi. — Pag. 33.

17. **Insula Mauni 1079.** Donatio Cresimeri regis facta monasterio sancti Chrysogoni de insula Mauni, exemplata per Petrum Papiense notarium. — Pag. 46.

18. **Castrum Lubricata 16. — 1093.** indictione quarta. Imperante Alexio magno imperatore, episcopo Jadre Andrea, Dragus Jaderensis prior nepos Dragonis magni prioris iam senex in quinto anno tertii sui prioratus post plurima pericula et agones, que ab incolis suis et diuersarum gentium feritate quassatus, consiliatus omnibus nobilibus suis concedit monachis monasterii sancti Chryso-

Digitized by Google

goni omnia illa servitia, que antiquitus priores Jadrę in castro Lubricata habuisse manifestum erat, videlicet sal, quem incole illius loci per unamquamque domum novem modia colligentes omni anno, et duas piscationes deseruiebant absque illa, que Jadertino episcopio debebant. — Pag. 4.

19. **Coguichianna 50 — 1181. mense februario, Jadere.** Regnante Bela rege Hungarię, Dalmatię, Croatię. Sententia lata per dominum Maurum dei et regis gratia comitis et totius maritime provincię studiosi exercitatoris, cum castrametatus esset in predio Desconis, qui Belizę vocatur una cum Miroslavo Bribiriensi jupano, Cathlo Tiniensi, Deseno Slouinę, Cosma Pribichievich, Posilo Rusinich, Jacob filio Mislimiri et Michat Pite Jadrensi cum consilio preteritorum jupanorum aliorumque frisonum, qui presentes erant contra Drasos filium Prodani Vtolencich et ad favorem Stanze filium Laplani, de quadam villa, que est in loco, qui dicitur Cognichianna, quam cum idem comes Jaderam ad quedam negotia patranda venisset, fecit in scriptis redigi per Matheum Jadrensem notarium. — Pag. 4.

20. **1182.** in festo sancti Sauini Canusini episcopi, quod est v idus februarii, Jadere, regnante Bela rege Ungarię, in civitate Jadertina presidente Damiano Desine Comite. Sententia bani Dionysii ad fauorem monasterii de Curte uocata Berda cum descriptione finium. — Pag. 37.

21. **1183. maii.** Regnante Bela, Damiano Desinie Jadrę presidente. — Pag. 25.

22. **Berda ad locum Sliunicus. 192. — 1182. v idus februarii, Jadre.** Regnante Bela rege Vngarię, in civitate Jadertina presidente Damiano Desinię comite. Attestatio Dadomiri filii Sramleni pristaldi dati per dominum Dionysium banum de sententia lata ad favorem monasterii sancti Chrysogoni et contra Zudonium Kerbocich de quadam curte et possessione posita in Berda ad locum qui dicitur Sliunicus ab eodem memorato bano et inductione in possessionem eiusdem a semet ut pristaldo facta, que curia ita designata est: ab orientali parte ad austrum habet unum fontem, in quo fonte sunt tres vivi lapides in formam graduum, in quorum superiori est sculptura sancti Chrysogoni signum scilicet G littera, a quo in directum protendentes per lapides plura sunt sculpta signa a parte aquilonis, ubi est arbor maxima, in qua idem signum impressum apparet, a qua arbore veniendo ad meridiem usque ad lucum, quem discurrit aqua hiemali tempore; et inde protendendo ad alium puteum, et ab illo puteo eundo ad predictum fontem. Scientes illam syluulam, que est supra eandem curtem, quantum ipsa continet, datam esse pascuis monastorio pro utilitate illorum, qui de curte erant hominum sive pecorum. Huic cause interfuerunt hi quoque nobiles: Voceana judex, Prestantius et Gunzanus filii Michaelis Pance, Diminna filius Laurentii, Bolescius Bon-

Digitized by Google

valdi, Petrus Petrizi, Stephanus Joseph, Maldenarius filius Laurentii Briacelle, Petrus filius Stephani Comascii, Jacobus Andreę de Lisca, Gaudius Nosse, Crisogonus filius Prestantii, Scioppe filius Georgii. — Pag. 4.

23. **Slivnicus in Berda 150. — 1184. mense martio.** Bela rege Ungarię etc. in civitate Jadertina Damiano presidente, Damiano Desinne comite. Actectatio Miroslavi filii Bogdanici jupani Breęeriensis de sententia lata a domino bano Dyonisio, dum Jaderam venerat, ad favorem Marinij abbatis et monasterii sancti Chrysogoni contra Kudonium Kerbocie de quada villa ad Berda in loco qui dicitur Slivnicus, datumque fuisse in pristaldum antescriptus Dadomirus et postea semet cum rursus questionem mouisset Zudonia et se dedit in pristaldum GG. (Gregorium) filium coram his testibus: Jurzici Zudonich, Saraceno Bescianni, Mestihna Stupich, Tomichia Desse, Georgio Scioppe, Petro Cere, Domaldo Briacelle, Chrysogono Bitici. — Pag. 5.

24. **Insula Mauni 188 — 1190. mense madii** XIIII **intrante, Jadere.** Regnante Bela rege Vngarię, Dalmatię, Jadertinę ecclesię Petro venerabili archielecto presidente ac Damiano Desinie inclito principe eidem ciuitati principante. Johannes Bernaldi archidiaconus, Andreas archipresbiter, Marcus Mitaganze, Marcus Mosdri, Vitus ac Silvester maioris ecclesie canonici cum toto clero beatę Anastasię, Marinus sancte Marię majoris plebanus cum suo clero, Preditius sancti Stephani plebanus cum suo clero, Joannes Pucine sancti Petri veteris plebanus cum suo clero, Joseph sancti Petri novi plebanus cum suo clero, Joannes Curille sancti Michaelis plebanus cum suo clero, cunctoque Jaderensi capitulo, Damianus dei gratia Jaderensis comes una cum Domaldo Sluradi et Martino fratre eius, Petro Vitace et Lampridio fratre eius, Petrona Cucillę, Petro Michaeliće, Prestantio fratre eius, Gregorio Cosse, Marino et Diminia filiis Madii, Micha Petrici et Petro fratre eius, Petro Camasci, Grube Lampridii, Prestantio Cipriani, Petriscia Ourte, Vulcina de Cande, Bitte de Juda, Bitte Prestantii et Grisogono fratre eius, Petro Sluradi, Zellia, Andrea Cotopanie, Forto Damiano de Rubasac, Coscia Grisogoni, Coscia Gregorii Grubescia, Stephano et Laurentio filiis Joseph, Stephano Cossuti, Marino Bucciardi, Micha et Bertaldo filiis Peceneghi, Gaudio Suronie, Damiano Organie, Desa Bite de Pezule, Jacobo Petri mortui, Marandula et universa communitate in sancti Chrysogoni ecclesia post bellum cum Venetis habitum et post victoriam de castello in promontorio quondam erecto nobis celitus destinato in festo translationis eiusdem sancti Chrysogoni in gratiarum actione de evasione maximi periculi et collatione victorie, electo Petro in Vngaria existente et Nicolao Pharense episcopo ecclesię Jadertinę suffraganeo missarum solemnia celebrante, insulam Mauni a Cresimero quondam rege Croatię monasterio donatam et multo tempore possessam, quam Jadertine civitatis priores pro eiusdem civitatis constructione et utilitate una

Digitized by Google

cum communitate abstulerant, rursus eidem monasterio restituerunt et donarunt, ut patet instrumento scripto manu Blasii sancte Anastasię diacoli et curię Jadertinę notarii. — Pag. 5.

25. **1191. primo februarii,** regnante Bela rege. Sententia Mauri dei et regis gratia comitis et totius maritimę provincię studiosi exercitatoris lata cum esset castrametatus in prędio Pisconis, quod Bilice nuncupatur, ad fauorem stante Petri Lapzanich de predio et villa Coquichina. Quam cum Jadram ad quedam patranda negotia venisset, per Matheum Jadrensem notarium scribere iussit. Matheus sancte Anastasie subdiaconus notarius. — Pag. 31.

26. **1195 maii.** Privilegium Innocentii II pape, quo confirmat omnia bona monasterio sancti Chrysogoni. — Pag. 26.

27. **1198. 6 maii** post felicem et gloriosum uitoriose dominationis ingressum illustrissimi Andreę tertii, regis Belle filii triumphum, quem sibi omnipotens, ducatus sui protector et auctor, de Dalmatia et Croatia magnifice conferre dignatus est, atque post habitam tam Chulmię quam Rassi laudabilem uictoriam, cum ad Jadertinam ciuitatem uictor rediret ducatus sui iura disponens. Sententia dicti Andreę ad fauorem Vincentii abbatis sancti Chrysogoni de Suhouara loco contra Maldenarium Jadrensem et Tolenum Cacichium, cum in planicie secus castrum Ostrouice esset castrametatus, predictus abbas uerba benigne audiens ac privilegium ipsius mona... affectuose considerans... et intelligens presentibus etiam Maldenario Jadrensi et Toleno Cacicho ipsius predii inuasores, cum ad Crupam deuenisset Andree egregiy bani et suo habito consilio etc. mihi quoque Danlo comiti iudici Jadertinorum et Sclauorum in presientia domini Nicolai Jadertini archielecti, Luce Cere Grisogoni presbiteri, Grubisce de Joseph Boriensis, Michaelis Kereznicii, Pauli Petri Lube, Miche de Ritiço, Vitaçe Petriçe, Eliube Drascimire et Marco nepote Zeze, Mathei Zorobabel, Teni Pestati, Miche Beue, Nicolai Coto, Panie Madii, Martini Bengulli, Georgii Bogdani, Nicolai Chnarsii Jurdi et Reni Inde, Madio Mitti. Ego Matheus sancte Anastasię subdiaconus ex requisitione memorati Nicolai archielecti hoc memoriale. — Pag. 26.

28. **1201. 2 martii.** Andrea magnifico duce Dalmatię, Croatię, Culmie, ecclesia Jadertina pastore carente, Ugone Berardengo eiusdem ciuitatis potestate. — Pag. 23.

29. **1201. 2 martii.** Temporibus domini Andreę ducis Dalmatię atque Culmie, ecclesia Jadertina pastore carente, Ugone Berardengo illius ciuitatis potestate. — Pag. 32.

30. **Virouschina 180. — 1201. 6 martii, Jadre.** Temporibus equidem domini nostri Andreę incliti ducis Dalmatię, Croatię atque Chulmię, ecclesia Jadertina proprio pastore vacante et Vgonis Berardengi potestatis. Conuentio quedam circa possessionem Vireuschine Juris Srezam filius Petri Slomec et comitem Georgium et

Digitized by Google

fratres eius Stephano et . . . Bribiensibus ac patruo eorum Georgio Tiniensi episcopo et Vilceno jupano. — Pag. 6.

31. **1201. 14 maii,** indictione III, **Jadre**, temporibus **Andree** incliti ducis Croatie, Dalmatię atque Culmie, ecclesia **Jadertina** uacante ac Ugonis Berardengi potestatis. Omnibus tam presentibus quam futuris cognitum fieri uolo ego namque Trunzanus quondam Sanensis comes, quod olim cum Guido de Tarco potestas Jadertine preesset ciuitati, in sua et istorum presentia Gregor uidelicet Coce, Petrizi' Uitaze, Georgii Soppe et mea Vincentius sancti Grisogoni abbas humiliter accedens cum Martino Molzach aduocato suo petiit, ut iustitiam sibi faceremus de sua parte illius domus etc. Vade postmodum ego predictus comes Trunzanus de mandato potestatis et iudicum meorum sociorum posui et locaui ipsum abbatem in parte sua etc. Lucas presbiter sancte Anastasie notarius. — Pag. 34.

32. **1209. 12 junii** Petro Ziani duce, Leonardo Jadr. archiepiscopo, Petro Michael comite. -- Pag. 42.

33. **1209. 12 junii** Petro Ziani duce, Leonardo Jadren. archiepiscopo, Petro Michael comite. Testamentum Georgii filii Oliuerii, in quo substituit monasterium sancti Chrysogoni. Notarius Vitalis sancti Petri veteris plebanus. — Pag. 43.

34. **1217. septimo januarii.** Petro Ziani duce, Joanne Jadrensi archielecto, Petro Michael comite. — Pag. 41.

35. **1220.** — archiepiscopo J. Petro Michael comite Jadrę. Attestatio Crani abbatis Traguriensi, quod quo tempore ipso extitit abbas s. Chrysogoni nullum agnum nec aliquid pro agno in pasca plebanis aut aliis bonis clericis se soluere. — Pag. 42.

36. **4. — 1221. 22 iulii.** Joanne archiepiscopo Jadre. Dominicus Petrus Michael Jadrensis comes coram archiepiscopo conquestus est de Damiano abbate sancti Chrisogoni, quod contra edictum commune civitatis dimiserit oues in pascua stareę frumentum laborari fecisset in eadem starea, et jumenta misisse in insulis in starea; quo respondente aduocato abbatis restitui debere prius puletum, quem de jumentis monasterii comes acceperat, ante omnia, cum res monasterii sub vinculo excomunicationis auferri nequeant. Episcopus decidit. Comes proposuit questionem, quam uoluerit abbas respondere teneantur sic sibi terminandi consilium dedisse archidiacono cum plebanis, negante uero archidiacono tale consilium uobis domine archiepiscope minuire dedimus. Abbas appellat, et hoc instrumentum appellationis, scriptum manu Vitalis plebani sancte Marie maioris, notarius Jadrensis. — Pag. 6.

37. **1221. mensis iulii.** Petro Ziani duce, Joanne Jadrensi archiepiscopo, ac Petro Michael comite. — Pag. 40.

38. **1222. 4 decembris.** Petro Ziani duce Veneto, Joanne Jadre archiepiscopo, Petro Michael comite. Cum pro controuersia, que

Digitized by Google

vertit inter Damianum abbatem sancti Chrysogoni ex una parte et Petrum Michael comitem et comunitatem Jadrensem ex altera super insula Mauni, quam ydem abbas et conuentus ab ipsis petebant ciuitas Jadrensis a Treuano episcopo et Crano abbate sancti Joannis Traguriesi iudicibus a sede apostolica delegatis fuisset suposita interdicto. Abbas et conuentus ex parte una, et comes, iudices et consiliarii pro se et ciuitate Jadertina ex parte altera, in presentia uirorum venerabilium d. Joannis archiepiscopi et magistri Accotii domini pape subdiaconi et capellani sedis apostolicę legati, conuentionem fecerunt, quod abbas et conuentus interdictum faciant relaxari, et a festo natiuitatis proximo ad annum negotium suspendatur, et si interim non se accordauerint, tunc redeant cuncta in pristinum, nec propter hoc abbas aut monaci aliquam molestiam patiant, aut ex urbe pellantur. Notarius Vitalis sanctę Marię maioris plebanus. — Pag. 31.

39. **1223. 17 aprilis.** Joanne Superantio duce, Joanne de Buttouano archiepiscopo, Ugolino Justiniano comite. Concessio ad pastinandum terre monasterii sancti Chrysogoni ad puteum Boccani. Notario regali Ricardo de Clugia. — Pag. 29.

40. **1223. 10. settembris.** Petro Ziani duce, Joanne archiepiscopo, Petro Michael comite. Attestatio quedam de terra ad Petrizanum dimissa monasterio sancti Chrysogoni. Notarius Camatius presbiter. — Pag. 29.

41. **1223. 8 kal. octobris.** Cum P. comes Jadrę niteretur a monasterio extorquere quamdam pecunie quantitatem propter quedam banna occasione animalium, que abbas cum fratribus eiusdem monasterii ad terram firmam transtulerat de insula, et laborerii, quod in terra firma exercuerat, ipsum abbatem coram archiepiscopo conuenit, et cum abbas recusaret respondere protestationi de excomisationis censura, archiepiscopus ipsum cogebat respondere, quapropter abbas appellauit ad Gradensem patriarcam primatem archiepiscopi, qui cum notarium quemdam comitis super hoc iudicem constituisset, et abbas contradiceret, ad pontificem appellauit Honorium, qui huius causę cognitionem commisit Treguano episcopo, Urso archidiacono Traguriensibus, a quibus comes citatus cum comparere recusaret, fertur sententia ad fauorem abbatis. Data Tragur. — Pag. 38.

42. **Cerodol 199. 1224. 3. septembris.** Temporibus domini Petri Ziani ducis Venetiarum, Joannis archiepiscopi, Marini Dandulo comitis Jadre. Concessio ad pastinandum terre monasterii sancti Chrysogoni in Cerodol quidam Radosico per dominum Damianum abbatem sancti Chrysogoni, scripta manu Vitalis sancte Marie majoris plebani notarii Jadrensis. — Pag. 6.

43. **1225. 6 aprilis,** Duce Jacobo Theupolo, Jordano Arbensi episcopo. Donatio uinee ad Petrizanu monasterio sancti Chrysogoni. — Pag. 29.

Digitized by Google

44. **1227. v idus augusti.** Cum nobilis comes Jadrensis monasterium sancti Chrysogoni moliens iugo subycere seruitutis, ut in festiuitatibus eiusdem monasterii eum longe ante ad conuiuia per solemnes nuntios inuitarent, tam in vesperis quam in celebratione missarum cum incenso, cruce, aqua benedicta et alio apparatu festiuo ad processionem admittant, sua potentia compellendo monacos, et quia ydem consentire recusabant, dictus comes ipsos et eorum monasterium opprobriis et iacturis aliisque grauaminibus afficere non formidabat. Preterea archiepiscopus ex eo sumpta occasione dumtaxat, quod comiti super ijs non assentirent, populo Jadertino sub pena excomunicationis iniunxit, ut nullus oblationem ad monaterium deferret, nec mortuos in eo sepelire presumeret, alias ipsos multipliciter aggrauans ac molestans, ea propter abbas ad pontificem romanum Gregorium recursit; ipse Treguanum episcopum Tragurinum et . . . Arbensem Jura et Ursum Traguriensem archidiaconum cause iudices delegat, ut precipiens abbati, ne assentiatur comiti; archiepiscopo et comiti, ut a decretis se remoueant, nec monacos amplius uescent, prout dicti Treguanus et Vrsus executi sunt, et causam cognoscant comitem, nec tamen ne sine speciali mandato eiusdem pontificis excomunicent. — Pag 38.

45 **1228. 5 martii.** Attestatio Bone abbatisse monasterii sancte Marie de Jadra, quod Marinus Dandulus Jadre comes querendo a se nouas honorificentias, ut eum inuitaret et vocaret ad festum monasterii sui, et in ingressu ecclesie susciperet cum aqua benedicta, cum incenso et cruce et alio ecclesiastico apparatu, sibi contradicenti dixerit: hunc honorem quero et uolo ut faciat mihi monasterium sancti Chrysogoni et omnia monasteria et omnes ecclesie Jadertine, que possunt facere, et dominus archiepiscopus in hoc iubet fieri; et ita uerum fuisse, quia et tibi abbatisse ita dominus archiepiscopus preceperat, et ipsa satisfecerit. Et monasterius de sancto Chrysogono similiter precepisse per Manfredum archidiaconum suum, quia ipsis dominus archiepiscopus per se precipere non poterat eo quod in monte sancti Michaelis de insula orationi uacabat in quadragesima ante domini natiuitatis. Et quia ydem monachi obaudierant iussioni eius propter absentiam abbatis, ne per eumdem archidiaconum eidem monasterio diuturnam off^{m} (offertam) abstulisse, precipiens sacerdotibus ciuitatis, ut alicui de clero uel de populo missam in ipso monasterio nullus diceret, neque mortuum ad sepeliendum ibidem deferret et nullus de clero aut populo portaret oblationem ad eundem aut mandaret, et sub tali sententia monasterium sancti Chrysogoni fuisse, et etiam in festo eiusdem beati martyris ante ipsius interdictum processionem consuetam cessasse propter inceptam domini archiepiscopi et comitis exactionem et inconsuetum et clericos quia se ipsis ueneraret ad eundem festum fuisse interdictos officio; sed quia fuerunt multi suplicatione capituli ecclesie Jadertine, eis ab archiepiscopo indultum fuisse. Postea plebem ciuitatis grauatam premissa prece eidem monasterio

Digitized by Google

indulgentiam a domino archiepiscopo impetrauisse, scripta et sijiltata manu propria ipsius abbatisse.

Alia attestatio capituli Jadrensis. D. M. Dandulum comitem contra antiquas consuetudines ecclesie Jadertine consueuit se facere inuitari et uocari ad festiuitatem, et in ingressu ecclesie honorifice suscipi; uerum quia in festo sancti Chrysogoni idem monasterium cum contemsit d. comiti prefatas honorificentias facere, d. archidiaconus ex precepto d. archiepiscopi priuavit idem monasterium officiis diuinis, et ei oblationes etiam denegauit, uerum tunc non denegare nec idem molestare. Manu Petri presbiteris notarii ex litteris capituli exemplata. — Pag. 7.

46. 1228. 7 aprilis. Littere episcopi Arbensis Jordanis unius ex delegatis a summo Pontifice Gregorio ad causam cognoscendam inter abbatem et comitem, quibus episcopo Traguriensi et archidiacono eisdem legatis iudicibus concedit suam auctoritatem, ut ipsi prosequantur quandoquidem ipse componit, interesse impeditus propter debilitatem corporis, timore pircitarum et incursione piratarum. — Pag. 7.

47. 1228. III kalendas maii. Cum M. Dandulo comes Jadre et J. filius eius monasterium sancti Chrysogoni moliretur huic subiicere seruituti, ut abbas longe ante festiuitates eiusdem monasterii eum inuitarent per solemnes nuntios quasi ad conuiuia tam in vesperis quam in celebratione missarum cum incenso, cruce, aqua benedicta et alio festiuo apparatu ad procesionem admitteretur, et ad id faciendum non solum prētur bene consuetudini, uerum etiam contra sacros cannones eum omnimodis impelleret, aliisque opprobriis et grauaminibus eum afficere non formidans, sed et uir venerabilis dominus Joannes archiepiscopus Jadertinus sumpta contra ipsum occasione, quod super premissis dicto comiti prout debuit denegabat prestare assensum, Jaderensi populo suo excomunicationis pena iniunxerat, ut nullus ad ipsum monasterium deferret oblationem, nullus ibidem suos mortuos sepeliret, abbas conquestus est apud summum pontificem, qui Treguanum episcopum et Ursum archidiaconum, tragurienses iudices delegauit, qui testes de rei ueritate informati, precepere abbati, ut ammodo in antea nil huiusmodi prestaret comiti, sed libertatem monasterii conseruaret. Datis Tragurii etc. — Pag. 34.

48. 1228 quinto idus augusti. Monitorium Treguani episcopi et V. archidiaconi Traguniensis, iudicum delegatorum a domino Gregorio summo pontifice, comiti, ne amplius exigat nouas honorificientias ab abbate et monasterio sancti Chrisogoni, et desistat ab eius uessatione sub pena excomunicationis. — Pag. 8.

49. 1228 v idus augusti, aliud archiepiscopo Joanni, declarantes, nullam eius excomunicationem contra abbatem et monasterium, et precipiat sub pena excomunicationis, ut desistat a uessatione eiusdem, nec eum cogat deferre nouas honorificentias comiti et eius successoribus. — Pag. 8.

Digitized by Google

50. 1228. **v idus augusti,** ne amplius deferat nouas honorificentias comiti aut eius successoribus. — Pag. 8.

51. 1230. **12 februarii.** Jacobo Theupulo duce, Joanne archiepiscopo, Marino Dandulo comite. Concessio ad pastinandum terre monasterii sancti Chrysogoni posite ad Petrizanum. Notario Raynerio. — Pag. 29.

52. **Lucorano 168 — 1231. 3 septembris, Jadre,** temporibus domini Jacobi Theupulo ducis Venetiarum, Joannis venerabilis archiepiscopi et Marini Dandulo comitis. Instrumentum uenditionis facte per uxorem Andream filiam q. Priche Justi, Catenam uxorem Jacobi et Vegiam uxorem Beroslavi de consensu dictorum suorum uirorum monasterio sancti Chrisogoni, abbate Damiano, de terris eorum in Corano iuxta terras dicti monasterii, et que fuit Scomuxe de manipulo pro perperis septem. Scriptum manu Raynerii Jadrensis notarii. Andreas de Petri examinator. — Pag. 8.

53. 1233. III **kal. septembris,** sententia Treguani Traguriensis episcopi, Todosii abbatis et magistri Gregorii canonici, qua absoluunt abbatem excommunicatum ab episcopo C. — Pag. 8.

54. 1233. **6 octobris.** Attestatio retorcentis abbatis monasterii sancti Ambrosii de Nona, quod Michael abbas sancti Chrysogoni nec ante nec in consecratione nec post promisit alicui dare ullum agnum aut in datione aliqua dictum monasterium obligauit, sed sicut liberum eiusdem monasterii regimen suscepit, ita postmodum reliquit. Presentibus uenerahili T. Traguriensi episcopo etc. Notario Gawiana diacono. — Pag. 31.

55. 1233. **mensis octobris.** Jacobo Theupolo duce, Joanne archiepiscopo, Joanne Michael comite. — Pag. 37.

56. Super tributo agnorum. 123. — 1235 **mense martii.** Testificatio Crisogoni abbatis monasterii sancti Petri licet multis sit officiis functus, eumque uidisse tempore pascatis uel alio festo exhiberi aliquod tributum agnorum capitulo Jadrensi. Scripta manu Lanfranci notarii Arbensis. — Pag. 8.

57. 1235. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo quinto, indictione VIII mensis augusti die primo intrante, Arbi. Temporibus equidem Domini nostri Jacobi Theupulo incliti ducis Venetiarum, Dalmatie atque Croatie et Jor. venerabilis Arbensis episcopi, et Marci Mastro Petrii egregii comitis.

Testificor ego namque Chrysogonus abbas monasterii sancti Petri Arbensis in deo et in salute anime mee et in ea ueritate, que xp̃us est, uerum dico testimonium, quod ante destructionem Jadre fueram et eram monacus sancti Chrysogoni Jadrensis, et tunc temporis Gauze de Mutagaga factus fuit monacus dicti monasterii et se obtulit eidem monasterio cum quadam sua uinea posita in Petrizano, quam uineam in fratribus illius loci tenuimus ad utilitatem dicti

Digitized by Google

monasterii. et eam uendemiauimus et fruges ex ea suscepimus. Et cum dicta ciuitas cepit reedificari, prefatam uineam in usum et utilitate illius monasterii habuimus et tenuimus nullo nobis resistente, et hec quia scio et uidi per uerum dico testimonium.

Ego Micha abbas monasterii sancti Georgii de Copriua testificor cum deo et cum salute anime meę et in ea ueritate, que xp̃us est, quod post destructionem dicte ciuitatis Jadre monachus fui factus dicti monasterii sancti Chrysogoni, et sepe dictam uineam quę prosidam, fuit domine Gauze cum allis fructibus dicti monasterii in usum et utilitatem eiusdem monasterii. Habuimus et tenebamus, fructum ex ea suscipientes; et hec quia scio et uidi per uerum dico testimonium.

Ego Chrysogonus supranominatus, et abbas monasterii sancti Petri Arbensis testificor in salute anime et in ea ueritate, que Christus est, quod post distructionem Jadere cum eadem civitas cepit reedificari, abbas non erat in monasterio sancti Chrysogoni, sed monasterium uacabat abbate. Tamen de uoluntate communis illius civitatis presbiter Lucas de Cecre quondam cannonicus sancte Anastasie ad restaurandum et custodiendum bona dicti monasterii in eodem loco fuit constitutus, non quod esset abbas sed quasi conseruator, et quia dicebat se esse abbatem cum non esset monacus nec habitum religionis suscepisset, et ego tunc temporis eram decanus et Sirangna erat prepositus, sepe cum eodem Sirangna ipsum rogauimus et monuimus, ut habitum religionis suscipere deberet, sed minime facere curauit. Verum quia tunc pro quibusdam negotiis tam dicti monasterii quam etiam communis illius ciuitatis Romanam curiam accessi, seriatim domino I. pape intimaui, quomodo dominus Lucas presbiter in monasterio sepedicto fuerat constitutus, et quomodo dicebat se esse abbatem. Unde dictus dominus papa litteras suas destinauit comiti Damaldo qui tum ciuitatem illam regebat et aliis bonis hominibus illius terre, ut dictum Lucam de dicto monasterio expellere deberent, nominandum ipsum Lucam in suis literis retrusum et non abbatem, et hec quia scio et uidi, per uerum dico testimonium. Acta sunt hec in Arbo et testificata coram his rogatis testibus: Christophoro de Cosopagna vicecomite et iudice, Nicolao de Rufaldo et Cipriano de Madio iudicibus, Petro Dromaculo diacono, Marino aurifice et aliis ad hec conuocatis Arbensibus. Ego Lanfrancus Arbensis notarius rogatus interfui, et de precepto domini vicecomitis et iudicum hanc testificationis cartam ut audiui et uidi scripsi, compleui et roboraui. — Pag. 27.

58. **1236. 6 iannuarii.** Jacobo Theupulo duce. Joanne Jadrensi archiepiscopo, Joanne Michael comite. Donatio facta monasterio per Rellam filiam q. Vocine et uxoris Drasilli Bolienessich de omnibus bonis. Notarius magister Gregorius. — Pag. 50.

59. **1237. 4 iannuarii.** Jacob Theupulo duce, Joanne archiepiscopo Jadre, Joanne Michael comite. — Pag. 23.

Digitized by Google

60. 1238. **15 martii.** Jacobo Theupulo duce, ecclesia Jadertina proprio pastore carente, Joanne Michael comite (1). — Pag. 23.

61. 1238. **18 martii.** Sententia Joannis Michael comitis ad fauorem monasterii sancti Chrysogoni de uilla Cochichina. — Pag. 32.

62. **Villa Cokikina. 90.** — 1238. **10 aprilis.** Arbi, temporibus domini domini Jacobi Theupuli ducis Veneciarum, Dalmatie atque Croatie, Rugerii Mauroceni comitis. Testificatio Jordanis Arbensis episcopi, quod cum fuerit post mortem domini Vincentii abbatis monasterii sancti Chrisogoni ipse electus abbas dicti monasterii, semper pacifice monasterium possedit villam Cokikina. — Pag. 8.

63. 1238. **8 maii** Jacobo Theupolo duce, Tomas venerab. Jadren. archielecti, Joane Michael comite. Testificor ego namque iupanus, Georgius Lapzań de Crino in deo et super animam meam et in ea veritate, que x (christi) est. dico, quod post destructionem urbis Jadere terras illas, uineas et uillam de Coquiclimna, quam tenuit Stanze de Lapzan, juppanus Jacobus bone memorie pater meus tenuit, laborare et seminare fecit, et blauam inde collegit, et tunc temporis uidi et audiui. quod patrui mei s. Gregorius Nicola et Vinza et consaguinei mei Dorislauus et Radoslauus et alii dicebant dicto patri meo: cur non das nobis partem de uilla de Coquikiani, et terris et uineis, quas tenuit de Stanze da nobis sńa nostram. Et ipse vero pater meus respondit: hec dicta villa tenet, et uineę cum pertinentiis, mihi nec uobis nec sunt de suo patrimonio, sed sunt de monasterio sancti Chrysogoni, et nunc illud monasterium non habet potenciam ea sen . . . sed cum habuerit potentiam, ergo ea dimittam de monasterio ut illa tacuerunt, quia illud monasterium semper fuere tante potentie, non esset ut illam tenere ualeret (?) — Pag. 23.

64. **Petrizanus et domus Jadre 178.** — 1239. **8 januarii,** tempore domini Jacobi Theupulo incliti ducis Venetiarum, Dominici Franci venerabilis Jadrensis archiepiscopi, Joannis Michael egregii comitis. Testamentum Camasii archipresbiteri Jadre, quo legat monasterio sancti Grisogoni pastinum suum ad Petrizanum iuxta uineam heredum Lobbe et domum suam cum coquina Jadre positam inter domum Stefani de Mazo et domum quondam Boxe sui consanguinei. Scriptum manu magistri Gregorii Jadrensis notarii. — Pag. 9.

65. 1239. **ultimo februarii.** Jacobo Theupulo duce, Dominico Franco archiepiscopo, Joanne Michael comite. Attestatio Stephani de Laurentio, quod olim existentis Damiano Varicax, Petro de Nicola Lampridii, Budimiro Zatorikio et Zeuecicofil Dorislaui de Crino iudicibus inter Jaderenses et Crinenses, constitutis uenerunt ante presentiam dictorum iudicum Grube de Belloxir et Stepco filius

(1) *In margine legitur:* Johanes Michael dei gratia comes Jadre una cum iudicibus de Scolatura, Cerne Carbonis et Andrea de Petrizzo.

Digitized by Google

In Christi nostri nomine. Anno eiusdem Nativitatis millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, indictione sexta, die veneris X. intrante julio.[5] Quum esset discordia de nobilibus viris de Vegla et de sua nobilitate, nos Marcus Contarenus de mandato domini

---

[1] Smućeni prevodilac (jer matica je latinski, a to u Farlatovoj V. na 306 s.) počeo instrumentalom a svršio genitivom! I još jih čudo ne slaže u tom prevodu, koji držim da je od kada i matica. „Stanislaus de *Polonia*“ ovako je prevedeno: ⰔⰕⰀⰐⰋⰔⰎⰀⰂⰟ ⰈⰟ ⰎⰅⰐⰃⰅ t. j.: „Stanislav z *Lengje*“, po magjarsku! Da je ono = *Lengje*, a ne = *Lenje*, to sudim po pravopisu toga prevodioca.

[2] U matici: *archipresbytero*.

[3] Ne ima ga ondje, a ni drugih sedam kanonika.

[4] Valja da je Bartoli pridao ovo i što je za nekoja druga pisma talijanski pripomenuto.

[5] Bolje: julii, jer „intrante“ spada na „die“, ter znači: jutrom, pred pôdne u taj dan.

Digitized by Google

Ducis Comes Veglensis, et eius Consiliarii Joannes Fuscarenus et Jacobus de Canali posuimus in presencia nobilis viri domini Joannis Theupulo Comitis Auxerensis,[1] illustris domini ducis Venetiarum filii, quinque nobiles viros de Vegla ad sacramentum, et iuraverunt ad sancta Dei evangelia de dicere et inquirere omnes nobiles viros de Vegla.

Branicius[2] de Castromusculo,[3] et Stephanus de Bano,[4] et iudex Bora,[5] et Sprecia de Dominico, et Sprecia de Nicola sunt ili qui iuraverunt . . . . . per suum sacramentum. De progenie Dognanis, domo Branicii, sunt nobiles: Blasius de Chisa, Rabaldus nepos Branicii. Lassinus[6] frater Branicii, et Petrus nepos Branicii. De progenie Subinich[7] sunt nobiles: Stephanus de Bano, Banus filius Bore, Nicola filius quondam Nicole, filius quondam Mile, Vido filius quondam Joannis Bore . . . . . De progenie Togomorich[8] sunt nobiles: iudex Bora, Dominicus eius frater, Petrus eius nepos, Jurislaus[9] eius nepos, et Andreas eius nepos dicti Bore; Sprecia de Nicola, Lassinus filius dicti Spresiae; Jurislaus filius quondam Nicolae, Sprecia de Dominico, Jurislaus frater dicti Spreciae; Andreas de Syzo, Milogne de Syzo. De progenie Judinich sunt nobiles: Imina uxor quondam Simonis, Mattheus de Perano, Dominicus de Suzura, et Jurislaus filius Sclavogosti. Et aduc nobiles Vulcina de Dominica, Nicola eius frater, Dessa filius Rambaldi, Petrus Romanus, Barbanus de dicto Dessa, Priboslaus filius Jurislavii de Bescha, et Amicus de Martinuso.

Praeterea Branicius et Stephanus de Bano et iudex Bora et Sprecia de Dominico et Sprecia de Nicolla per sacramentum, quod nos fecimus vobis domino Marco Contareno comiti Veglensi, et vestris consiliariis, domino Joanni Fuscareno et Jacobo de Canali, dicimus omnes praedictos viros damusque pro nobilibus vobis domino Marco Contareno comiti Veglensi et vestris consiliariis dominis Joanni Fuscareno et Jacobo de Canali, dicentes predictus Branicius et Ste-

---

[1] Vinciguerra: *arbensis;* no po krivu, jer „Johannes Teupulus comes *Absari* . . . 1249", kako Ljubić kaže u V. knj. akad. Rada na 89 s.

[2] Valja da: Branič, ili Branko. Cf. Braničevo.

[3] I sada latinski: Castromusculum, a talij.: Castelmuschio, a slov.: (grad) Omišalj. Uzporedi: „Oimuscle". Docum. Hist. Chroat. per. antiq. na 383.

[4] Uzporedi ime „Ban" u vrbanskom zakonu od 1411 god.

[5] „Actum est hoc Vegle in plathea ante januam quondam Nicolai de *Borre* . . . . 1263". Arkiv za jugoslov. poviest na 60 s.

[6] Uzp.: „Ego predictus (= *Produs*) . . . Veglensis notarius . . . rogatus per . . . . . (*dvornikum?*) *vlasinum* . . . . . de Castro muscho . . . 1263". Isto totu. A u nekakovu pismu od 1496 god čitam: „Ser Antonius de *Vlasino* dictus Busse, civis et habitor Veglae".

[7] V. 6. pis. Valjada = Zubinić.

[8] = Tugomerić?

[9] Uzp.: „Ego *Juresclavus* subscripsi", 1153 g., u Koletovu pridavku ka Farlat. V, na 640 s.

Digitized by Google

phanus de Bano et iudex Bora et Sprecia de Dominico et Sprecia de Nicolla, quod iidem omnes supradicti nobiles nunquam dederunt aliquod tributum, nec dacia comitibus, qui fuerunt hinc retro in Vegla, specialiter (*tempore*) quondam nobilium virorum Comitum Joannis, Vidonis, et Emerici de Vegla non solverunt dacia nec tributa.

Praeterea dicimus de magistro Luciano, quod nos scimus, quod nobiles viri Comites Joannes, Vido, et Emericus de Vegla receperunt dictum magistrum Lucianum de Vegla per nobilem virum; et nunquam dedit aliquod tributum vel dacia predictis Comitibus, qui fuerunt hinc retro; sed de nobilitate magistri Luciani nihil scimus. Preterea dicimus de Andrea de Stregogne, quia scimus, quod Comites, qui fuerunt hinc retro in Vegla, habuerunt ipsum Andream per nobilem . . . . . quia scimus, quod Comites, qui fuerunt hinc retro receperunt . . . . nobilem, et nunquam dedit aliquod tributum vel dacia dictis Comitibus, qui fuerunt hinc retro, sed de nobilitate dicti Ottubelli nihil scimus.

Preterea dicimus de domo de Bonci de Tragomiro,[1] quia scimus, quod Comites, qui fuerunt hinc retro in Vegla, habuerunt ipsam domum per nobilem, et nullum tributum vel dacia dedit dictis Comitibus, qui fuerunt hinc retro in Vegla; sed de nobilitate sua nihil scimus.

Preterea dictus dominus Marcus Contarenus Comes Veglensis, et eius consiliarii domini Joannes Fuscarenus et Jacobus de Canali, visis et auditis rationibus secundum quod Branicius de Castro Musculo, et Stephanus de Bano, et iudex Bora, et Sprecia de Dominico, et Sprecia de Nicola dicebant et testificabantur per suum sacramentum, quod omnes predicti homines erant nobiles, et nullum tributum vel dacia dederunt dictis Comitibus qui fuerunt hinc retro in Vegla: predictus dominus Marcus Contarenus Comes Veglensis et eius Consiliarii domini Joannes Fuscarenus et Jacobus de Canali absolverunt omnes supradictos viros ab omni dacio et tributo secundum quod fuerunt absoluti a Comitibus, qui fuerunt hinc retro in Vegla.

Actum fuit Veglae in Curia domini Marci Contareni Comitis Vegle.

Ego Joannes Matei de Cerdano de Padua imperiali auctoritate notarius interfui iussu dicti Branicii et Stephani et iudicis Bore et Sprecie de Dominico et Sprecie de Nicola rogatus scripsi et corroboravi.

Ego Andreas Bragadinus, Comes Auxeri, ut vidi in matre, testis sum in filia, et manum misi.

Ego magister Joannes de Monte imperiali auctoritate notarius et cancellarius Chersii, rogatus huic exemplo me subscripsi et meo consueto signo signavi.

Ego Bartolus notarius et cancellarius Vegle,[2] exemplavi et me subscripsi.

---

[1] No: „1186 . . . Ego Bonzo de *Dragomero*“, a „1239 . . . quondam Bontii *Dragomiri*“. Isto tote od 641 do 643 s.

[2] „Bartholus“ bijaše krčkim bilježnikom 1397, 1410, 1418 i 1419 g.

Digitized by Google

Ego Petrus Dinich, notarius et coadiutor Cancellariae, suprascriptam instrumenti copiam fideliter exemplari feci, et cum copia suprascripti Notarii excultavi (*sic*), et quia concordare inveni me subscripsi, et sigillo S. Marci sigillavi in praemissorum fidem.

Ego Daniel de Terzago, publicus notarius,[1] suprascriptam copiam sic sigillo s. Marci munitam in presenti meo protocollo registravi, praecibus et instantia Nobilium Veglensium.

II.

1300, 7. febr. *Za bratovštinu sv. Frana u Krku.*

Statuti e leggi della Confraternità di S. Francesco nella Chiesa del medesimo Santo della Città di Veglia, fedelmente copiati dalla sua pergamena.

In nomine Domini amen. Haec sunt ordinationes, quas Fratres Fraternitatis Beati Francisci de Vegla apud locum Fratrum Minorum, anno Domini 1300, die 7 intrante februario, congregati concorditer voluerunt perpetuo observari. Statuerunt in primis (*I ostalo*).

Haec sunt nomina fratrum istius Fraternitatis defunctorum:

. . . . . (*Preskočiv*) . . . . . .

Duijmus Comitis Bartholi
Barthulus Comitis Petri

. . . . . (*Preskočiv*) . . . . . .

Qui praesens transumptum ex originali suo in membranis, vetustate iam quasi abrasis sive consumptis, per me presbyterum Sanctum de Stagijs, Canonicum Veglensem, publicum apostolica auctoritate notarium, transumi et exemplari fecerunt currente anno a salutifera Christi Jesu incarnatione 1524, indictione 12, die 8 mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et Domini nostri D. Clementis Divina Providentia Papae Septimi anno primo.

III.

Anno 1317, 13 Febr. Veglae. Estratto dal suo originale in carta pecora.

In Christi nomine, amen. Anno eiusdem 1317, indictione 15, die 13 mensis februarii exeunte, Veglae in via publica apud domos olim domini Petri de Alexandro, archipresbyteri Veglae, quae sunt apud ecclesiam Sancti Petri de medio ipsius civitatis, coram domino Nicolao dicto Gospodino.[2] iudice Comunis Veglae, et praesentibus Nicolao filio quondam Marini de Lampredio, Dumicello de Pesayte, Leonardo de Ficasecca Nicola filio quondam Jacobi de Cayta, et Mencho filio quondam Joannis Rubea . . . . (*A napred „Schimosa" žena pokojnoga „Melagne" zapisuje Menku sinu pokojnoga Andrije „de Carsagno" nekakove brajde.*)

Ego supradictus Nicolaus judex manum misi

[1] Ovaj bijaše bilježnikom u Krku od 1488 do 1504 godine.

[2] A u Koletovu pridavku ka Farlat. V. k. na 644 s.: „1323 . . . d. Bonizzo condam judice Nicolao de Vegla dicto *Gospondino*" (sic).

Digitized by Google

Ego Jacobus filius quondam Gerardini de Ripatranonsis,[1] imperiali auctoritate notarius, hiis omnibus interfui, et rogatus haec omnia supradicta scripsi, publicavi, et corroboravi.

IV.

Anno 1348, 10 Julii. Veglae. *Znamenita oporuka.*

In Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem 1348, indictione prima, mensis julii die 10 intrante, Vegla- in domo infrascriptae testatricis, coram domino presbytero Nicola de Pisanto, Canonico Veglensi, patrino suo spirituali, praesentibus Joanne dicto Caristia . . . . . Pedrino de Sparverio, et aliis ad haec convocatis specialiter et rogatis testibus. Ibique Cecilia de Vulpe, uxor quondam Petri, per Dei gratiam sana mente et sensu, licet corpore languen , suarum re um et bonorum omnium dispositionem per praesens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit. In primis quidem voluit, praecepit et ordinavit, quod Frater Bartholinus eius filius accipiat de bonis suis quiquid sibi placuerit. Item dimisit Capitulo Veglae solidos quadraginta denariorum venetorum parvorum. Item patrino suo praedicto unum romanatum. Item cuilibet monasterio Veglae quartam romanati. Item cuilibet haeremite Veglae grossos tres, excepta haeremita Pasqua, cui dimisit id, quod ei tenetur. Item Fratribus S. Mariae de Vegla medium romanatum. Item sodalitati dictae Ecclesiae medium romanatum. Item medium romanatum sodalitati S. Joannis Evangelistae. Item grossos tres sodalitati S. Mariae de Angelis. Item grossos tres sodalitati S. Quirini Item grossos tres sodalitati S. Francisci Item grossos tres sodalitati S Mariae Magdalenae. Item grossos tres sodalitati S. Catharinae. Item Ecclesiae S. Spiritus de Casteletto unum romanatum. Item romanatum medium sodalitati dictae Ecclesiae . . . . (*I ostâlo*.)

Ego Quirinus filius q. Leonardi de Vegla, imperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius, hiis interfui, et rogatus scripsi, publicavi et corroboravi.

V.

1350, 22 nov. *Knez Bartol izručuje krčkim Franovcem što im je pustila njegova teta Cecilija.*

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem 1350, indictione 3, mensis Novembris die 22 intrante, Veglae in sala domini Comitis Bartholomaei infrascripti, coram domino Mauro Comunis Veglae judice, praesentibus Nicolao quondam vicecomitis Nicolai, Duymich[2] genero quondam Michaelis de Kersina, et aliis ad haec convocatis specialiter et rogatis testibus. Ibique

[1] Grad u Taliji.

[2] Više je prilike, da je ovaj bez imena, nego da valja čitati: . . . Nicolai Duymich . . .

Digitized by Google

nobilis et egregius vir dominus Bartholomaeus Comes Veglae et Modrusiae, natus bonae memoriae domini Comitis Federici, tanquam procurator et commissarius nobilis dominae dominae[1] Ceciliae eius amitae, et eius testamenti executor specialis, ut dicebat, dedit, tradidit, et donavit libere et irrevocabiliter inter vivos, nomine procuratorio suae commisionis, Nicolao quondam domini Comitis Schinellae, tanquam procuratori et factori loci Fratrum Veglae de Ordine Minorum, vice, loco, et nomine ecclesiae Sancti Francisci de Vegla, stipulanti et acceptanti unam vineam quondam dictae Ceciliae, positam in contrata Capitis de Valle apud (h)ortum judicis Petri .... (*I ostâlo*)

Dictus dominus Comes Bartholomaeus procuratorio seu commissario nomine, quo supra, se dictam vineam constituit possidere, donec ex ea possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua propria auctoritate, et retinendi deinceps dictis Fratribus licentiam omnimodam dedit. Et hoc nominatim, ut Fratres eiusdem loci perpetuo annuatim teneantur et debeant omni nocte ardere unam lampadem ante altare Sanctae Trinitatis, quod est et colitur in Cathedrali Ecclesia Veglensi, et facere perpetuo annuatim duos obitus in loco Fratrum, ut ibi moris est, unum videlicet pro anima dictae dominae Ceciliae, et alium pro anima dominae Ursae eius matris . , . . (*I ostâlo*).

Ego Maurus judex supradictis manum misi.

Ego Quirinus filius quondam Leonardi de Vegla, imperiali auctoritate judex ordinarius et notarius, hiis interfui et rogatus scripsi, publicavi et corroboravi.

VI.

In Dei nomine, amen. Anno a Nativitate eiusdem 1351, indictione 4. die 7 exeunte mensis Martii, Veglae in Curia convicinali quondam Corizole, coram domino Joanne archidiacono Veglensi . . . *(Ostâlo o nekakovu mjestu darovanu Franovcem).*

Ego Dominicus de Vegla, filius quondam Vicecomitis Subenne, publicus imp. auctoritate notarius, hiis omnibus interfui, et rogatus scripsi, publicavi et corroboravi.

VII.

Anno 1362, 19 Augusti. Veglae. *Krčki sudci odsudjuju, da Klara de Virzolis ima platiti krčkim Franovcem njeki dug.*

In Christi nomine, amen. Anno a Nativitate eiusdem 1362, indictione 15, mensis Augusti die 19 intrante, Veglae in loco, ubi placita audiuntur, domini Nicolaus vicecomes Veglae, et Matthaeus judex ordinarius Veglae, et Quirinus judex dominorum Comituum (*sic*) Veglae,[2] ad instantiam et requisitionem iudicis Pauli advocati Conventus Fra-

[1] Prvo „dominae" držim da je namjesto *quondam*, kako je niže.

[2] To bijaše Stjepan i Ivan, sini kneza Bartola. V. 8 p.

Digitized by Google

trum Minorum de Vegla, eiusque Conventus loco ac nomine requirentis haec infrascripta sententiari. et se contulerunt in hunc modum dicentes: Orta quaestione in iudicio coram Nobis inter iudicem Paulum tanquam advocatum conventus Fratrum Min rum de Vegla ex parte una agentem nomine dicti Conventus, et Claram de Vizolis, filiam quondam Luciani de Rubra, seu eius advoc tum ex parte altera se defendentem, quae talis fuit. Petebat nanque dictus iudex Paulus, nomine dicti Conventus a dicta Clara certum debitum ab ea fiendum pro anima qu ndam Dessae de Banissa,[1] occasione certarum possessionum ab eo Dessa relictarum pro hoc debito. Quod debitum dicebat ipse iudex Paulus, nomine quo supra, ipsam Claram non dedisse, nec fecisse per novem annos transactos ab illo tempore usque ad praesentem diem; ipse petebat nunc et habere volebat ab ea Clara antedicta, et haec juxta formam et tenorem testamenti quondam dicti Dessae de Banissa pro possessionibus ab eo relictis, ut in eius testamento. Ad quae ipsa Clara, seu eius advocatus pro ea respondens dixit, quod ipsa Clara de hoc debito non tenebatur in aliquo, quia ipsa non tenebat dictas possessiones. Ad quae dictus iudex Paulus nomine dicti Conventus respondens dixit: Non dicis bene, Clara, quod non tenes ipsas possessiones; imo tenes et habes eas, cum unam ex eis, scilicet ortum vendidisti vicecomiti Dominico, qui ipsum habet a te et tenet; et aliam scilicet campum de Campis locasti Jacoftino, qui ipsum habet a te, et tenet tua manu, et propterea dico, quod ad ipsum debitum teneris, et eum dare debes iuxta tenorem dicti testamenti pro ipsis novem annis transactis, et etiam ut in antea. Quibus omnibus et singulis a Nobis diligenter auditis et intellectis, viso dicto testamento, et .... habito super hiis consilio diligenti, cum deliberatione solemni inter Nos et cum aliis bonis viris ..... manifeste est inventum, quod ipsa Clara vendidit ortum vicecomiti Dominico, et locavit sua manu campum dicto Jacoftino, quae possessiones obligatae sunt pro dicto debito, ut in dicto testamento habetur. Nos in loco tribunali sedentes, Dei nomine invocato, praesentibus ..... sententiando deffinimus, et sententiamus, ac deliberando concedimus, quod ipsa Clara, vel qui eius l co fuerit, debeat et faciat ipsum debitum, seu obitum dicto Conventui annuatim, tam pro dicto tempore transacto, in quo non fecit, quam pro temporibus in futuro, ut in dicto testamento continetur. Testes autem ad haec convocati et rogati fuerunt dictus vicecomes Dominicus, et Sanctus dictus Gardello, et alii. Secundum autem supradictam sententiam ipsi domini taxaverunt, quod eidem Conventui detur annuatim pro ipso obitu solidos quadraginta parvorum tam pro transacto tempore, quam in futuro.

Ego Quirinus filius quondam Leonardi de Vegla, imperiali auctoritate iudex ordinarius, et notarius, huic sententiae interfui, et, rogatus tanquam scriba fideliter publicavi et corroboravi.

[1] Čija je oporuka od 1248 g. u Najstarijoj Poviesti na 151 str. gdje je „Virzolis“, a ne „Vizolis“, kako je ovdje. No veća razlika je ono „Lunzoli“, u 8.!

Digitized by Google

VIII.

. . . . . 1368, indictione 6, mensis januarii die 15 . . . . . Matthaeus filius Laurentii de Bomāti (= *Bomanti?*) dare tenetur annuatim Conventui S. Francisci Veglen. ob donationem ei factam per Claram de Lunzoli[1] pro neresio posito in contrata Callis Partitis,[2] cuius ab uno latere et ab alio sunt viae publicae; et in campo jacente in „Campis" juxta campum domini vicecomitis Pauli, et apud viam publicam, et iuxta campum nobilium dominorum Stephani et Joannis honorabilium comitum Veglae; et in orto (*sic*) posito Veglae iuxta domum Michaelis de Bernardino, et apud viam publicam, et iuxta ecclesiam S. Marci . . ." (*I ostâlo.*)

IX.

1370. 15. jun. *Krčki sudci za nekakovo trsje odsudjuju da je totu franovačko.*

In Christi nomine, amen. Judiciali orta in loco infrascripto coram nobilibus viris providis Dominis Andrea Segniae et Rosta Veglae vicecomitibus per magnificum virum potentem Dominum Dominum Stephanum, honorabilem Comitem Veglae, Modrusiae, Segniae, etc., ad infrascripta delegatis judicibus institutis et deputatis, quaestione, et mota ac agitata inter religiosum virum Fratrem Nicolettum de Vegla, Custodem, sive Paulum judicem procuratorem et advocatum loci seu ecclesiae Fratrum Minorum Sancti Francisci de Vegla agentem de et super quadam possessione sive vinea infrascripta ex parte una, et Joannem de Malvasino Veglensem civem, sive Bunnam eius conjugem ex altera deffendentem. Quae quidem questio talis erat. Petebat nanque et agebat dictus procurator nomine loci ipsorum Fratrum Minorum, et pro eo . . . . . et adversus dictum Joannem, sive Bunnam eius coniugem, virtute et vigore cuiusdam publici instrumenti, dicendo, quod ipsi coniuges Joannes et Bunna tenebant, imo usurpabant et iniuste possidebant quandam vineam sitam in Capite Vallis, olim dimissam, cum quibus(*dam*) obitibus et tributis, ipsi loco Fratrum Minorum de Vegla per felicis memoriae Dominum Bartholomeaum Comitem Veglae, procuratorem bonae memoriae Ceciliae Comitissae eius amitae, prout de hoc in dicto instrumento clarius continetur. Quocirca petebat et supplicabat procurator ipse nomine quo supra, quatenus dicta possessio deberet restitui et reddi sententialiter eidem loco Fratrum Minorum de Vegla, prout juste expedit et convenit. Ad haec autem dicti coniuges Joannes et Bunna respondebant et allegabant, quod dictam possessionem sive vineam juridice tenebant, possidebant, et fruebantur, vigore etiam quorundam instrumentorum, ibi in judicio ostensorum, et quod obitus, debita et

[1] V. primjetbu ka VII.

[2] „de Callis spartitis" u onoj oporuci od 1284.

Digitized by Google

alia praemissa fecerant et faciebant ad plenum, ideo supplicabant Coniuges ipsi, quod non deberent molestari, sed potius in ipsa possessione permitti pacifice stare. Eapropter dicti Domini vicecomites sic delegati et deputati, visis instrumentis ipsis, plenarie examinatis, perlectis et intellectis, nec non allegationibus et responsionibus partium utriusque praedictarum hinc inde dictis et prolatis, quia ipsum instrumentum loci dictorum Fratrum Minorum de Vegla primitus fuerat factum, et vigore cujus dicta possessio attributa erat loco ipsi cum tributo, sive tributis, in eo contento sive contentis: Dei nomine invocato, sine quo nullum rite fundatur exordium, communicato consilio sapientum, stando . . . . . sedendo pro tribunali, partibus ambabus ad haec praesentibus, auctoritate et commissione praedicta delegata, sententiando deliberaverunt, et deliberando sententiaverunt, et deffiniverunt, quod ipsa possessio seu vinea remaneat perpetuo eidem loco Fratrum Minorum de Vegla, ad providendum, faciendum, et observandum continue temporibus universis dicta debita, videlicet facere comburere seu ardere unam lampadem omni nocte perpetuo ante altare Sanctae Trinitatis, quod est et colitur in Ecclesia Cathedrali Veglae; nec non et facere annuatim duos obitus, in loco praedicto Fratrum Minorum, unum videlicet pro anima quondam dictae dominae Ceciliae, et alium pro anima quondam dominae Ursae eius matris, et quod de et pro hijs debitis quibuslibet dicta possessio semper sit subjecta, et nullo modo seu ingenio praedicta ammitti vel alienari possit, prout in dicto instrumento clarius continetur, confecto et corroborato manu Quirini filii quondam Leonardi de Vegla, imperiali auctoritate judicis ordinarii et notarii; facientes etiam judices ipsi delegati instrumenta ipsa dictorum coniugum Joannis et Bunnae ibi incidi, tanquam nullius fore et esse valoris; Volentes etiam, quod si qua alia instrumenta sive scripturae aliquae, vel probationes quaelibet pro dictis coniugibus occasione vineae memoratae reperirentur, quod ammodo nullius sint vel existant efficaciae, firmitatis vel valoris; adjiciendo etiam, quod pro incisione sive putatione dictae vineae anni praesentis dictus locus debeat dare eidem Joanni romanatum unum, et quod de caetero ipsi coniuges in nullo teneantur eidem loco occasione vineae memoratae. Cujus quidem instrumenti manu Quirini memorati facti et corroborati principium tale est: „In Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem 1350, indictione 3, mensis Novembris 22 intrante, Veglae in Sala Domini Comitis Bartholomaei infrascripti, coram Domino Mauro Comunis Veglae iudice, praesentibus Nicolao q. vicecomitis Nicolai, Duymich genero q. Michaelis de Kersina, et alijs ad haec convocatis specialiter et rogatis testibus. Ibique nobilis et egregius vir dominus Bartholomaeus Comes Veglae et Modrusiae, natus bonae memoriae domini Comitis Frederici, tanquam procurator et commissarius nobilis dominae dominae Ceciliae eius amitae, et eius testamenti executor specialis, ut dicebatur, dedit, et cet., ut in dicto instrumento plenius continetur.[1] Actum fuit hoc Veglae in

Digitized by Google

ecclesia magnae salae dominorum Comituum (*sic*) sub anno 1370, indictione 8, mensis iunii die 17 intrante. Et ad haec testes fuerunt praesentes, videlicet dominus Matthaeus archidiaconus Veglae, dom. Joannes filius quondam dom. Vicecomitis Matthaei ..... de Vegla, dom. Raduchus filius quondam iudicis Jacobi de Segnia[2] et Schinella filius dom. Vicecomitis Nicolai de Vegla, et alii ad haec specialiter convocati testes et rogati. Quam quidem sententiam sic prolatam et promulgatam praemissus egregius vir dom. Comes Stephanus sibi comunicatam laudavit, ratificavit, et approbavit.

Ego Andreas Vicecomes Segnie et Amministrator manum misi.

Ego Andreas Canonicus Veglensis, filius q. Matthaei olim Mauri de Vegla, imp. auctoritate notarius, huic sententiae interfui, et de mandato dicti egregii viri dom. Comitis Stephani, nec non praemissorum dominorum Vice-Comitum Andreae et Rostae delegatorum in publicam redegi formam, et ad petitionem et requisitionem partis loci Fratrum Minorum praedictorum rogatus scripsi, publicavi et corroboravi. (L. s.)

X.

1371, 22 octobris. (*Preskočiv.*) ... Ego Quirinus filius quondam Leonardi de Vegla, imperiali auctoritate iudex ordinarius, et notarius, rogatus de mandato et auctoritate dominorum Matthaei Vicecomitis Veglae et Nicolai iudicis comunis Veglae ..... praesentibus Matthaeo et Capalbo ad instantiam vicecomitis Francisci .... sub 1371, indictione 9, mensis Octobris die 22 intrante.

XI.

..... Anno 1376, indictione 14, mensis Julii die 8 ... Veglae .... coram domino Schinella Comunis Veglensis iudice .... praesentibus religioso viro fratre Jacobo Abbate monasterii Sancti Michaelis de Vegla itd.

XII.

In Christi ..... 1377, indictione 15, mensis novembris die 15 intrante, Veglae in camerino domini Nicolai Comitis Veglae,[3] Veglensi Consilio ordinato et congregato causa dandi, faciendi, et iudicandi domino Schinellae quondam iudicis Vigi, iudici Comunis Veglae, domini Paulus et Christophorus Vicecomites Veglae expo-

---

[1] V. 5. pismo.

[2] Uzporedi 156 i 162 §. u senjskom štatutu.

[3] Ovaj knez Mikula, sudeć po ovoj izpravi, i još po njegovoj oporuci pisanoj na 22 aprila iste 1377 g. (Najstarija Poviest 156), bijaše sin kneza Marka, koji 1323 jur bijaše umro, kako to kaže nekakova izprava od tada a u onom Koletovu pridavku. Imao je biti drugi, ako ne jur treći, bratučed knezu Stjepanu i knezu Ivanu (V. 8 i 9 p.). I on držim da nije nikada vladao.

Digitized by Google

suerunt .....: Comes! Quia est orta lis inter iudicem Schinellam praedictum et Domicellum de Caris ia procuratorem Conventus Fratrum Minorum de Vegla ratione unius campi quondam domini Comitis Marci, quem ipsi Fratres tenent et possident, et dicunt, quod Vos, domine Comes, ipsum eis dedistis, si ita est, vel non nobis diceretis, ut possimus facere rationem ipsi iudici Schinellae, qui ipsum campum petit in iudicio coram nobis tanquam suum a dictis Fratribus, et ipsi Fratres ponunt Vos, et dicunt, quod Vos ipsum eis dedistis. Ad quae dictus dom. Comes Nicolaus respondens dixit: quod dom. Vicecomes Nicolaus consanguineus suus vere dedit Fratribus loci Veglae dictum campum, et ego consensi ad haec. Testes autem ad haec convocati et rogati fuerunt Vicecomes Vincentius quondam iudicis Zutigni, Petrus de Vassolino, et Joannes notarius cum aliis.

Ego Paulus vicecomes manum misi.

Ego Christophorus vicecomes manum misi.

Ego Quirinus filius quondam Leonardi de Vegla, imperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius hiis interfui, et rogatus scripsi, publicavi, et corroboravi. (L. s.)

XIII.

In Christi etc. Anno .... 1378, indictione prima, mensis madii die sexta intrante, Veglae in via publica apud domum Michaelis dicti Clonnae, coram domino Schinella, comunis Veglae iudice filio quondam iudicis Viti, praesentibus presbytero Dominico quondam Menchi de Vegla ... (*A dalje je nekakova pogodba.*)

Ego Joannes filius quondam Petri de Rotunda Veglensis Cancellarius,[1] et imperiali actoritate notarius, hiis interfui omnibus et rogatus scripsi, publicavi, et corroboravi.

XIV.

1392, 29. junii, na Rieci. *Vitez Mikula iz Hreljina očituje, da mu je knez Ivan Krčki itd. dužan 200 dukata, pak toga pol zapisuje Krčkim a pol Jerusolimskim Franovcem.*

In Christi etc..... 1392, indictione 15, die 29 mensis iunii, in terra Fluminis Sancti Viti, in domo solitae habitationis infrascripti domini Nicolai, praesentibus Marco Violetich, Jacobo quondam Nicolai, iudicibus nunc comunis dictae terrae, et Vito quondam Bartoli cive eiusdem terrae, testibus ad infrascripta vocatis et rogatis, et aliis. Ibique egregius miles dominus Nicolaus quondam Vicebudini[2] de Creglino, et nunc habitator in dicta terra Fluminis per se suosque haeredes et successores sponte

[1] „Veglensis *Canonicus*" u pismu od 1402. u Najstarijoj Poviesti na 159 s.

[2] = vicebani?

Digitized by Google

et ex certa scientia, non per errorem, solemni stipulatione, sine aliqua exceptione iuris vel facti, dedit et donavit, titulo meae purae liberae simpliciter et irrevocabilis donationis, quae nulla ingratitudine, causa, vel offensa valeat revocari, nec non cessit, transtulit, et mandavit ex causa donationis fratri Marco Fratrum Minorum guardiano monasterii et conventus S. Francisci Fratrum Minorum de Vegla praesenti, et recipienti medietatem quantitatis ducatorum infrascriptae, vice et nomine omnium et singulorum Fratrum Minorum existentium ad Sanctum Sepulcrum supra montem Sion et reliquam medietatem vice et nomine ipsius monasterii et conventus S. Francisci Fratrum Minorum de Vegla omnia et singula iura, et actiones reales et personales, utiles et directas, tacitas et expressas, civiles . . . . . atque mixtas, et quae habet, habebat, habere potest seu poterat, seu videtur vel videbatur habere, contra et adversus magnificum et potentem Dominum Dominum *Joannem Comitem Veglae, Segniae, Modrusiae etc.*, et eius haeredes et successores, et in ipsius bonis, nomine et occasione debiti ducentorum ducatorum auri, quos ipse Dominus Dominus Comes Joannes dicto Domino Nicolao dare et solvere tenebatur ex causa mutui, ab ipso Domino Nicolao eidem Domino Domino Comiti Joanni facti, ut ipse dominus Nicolaus asseruit et suo sacramento, tactis scripturis, firmavit, omnia et singula suprascripta vera esse. Et hoc nominatim et expresse ad laudem et honorem Domini nostri Jesu Christi, et in remedium peccatorum suorum antecessorum salutemque animae suae; sub tali modo, pacto et conditione, videlicet, quod dictus Frater Marcus guardianus monasterii et conventus S. Francisci Fratrum Minorum de Vegla, vel qui pro tempore erit, teneatur et debeat mittere per nuncium fide dignum et tutum dictam medietatem dictorum ducentorum ducatorum, videlicet ducatos centum auri, vel personaliter portare ad dictum locum montis Sion, et dare ipsis Fratribus Minoribus existentibus in dicto loco; et reliquam medietatem ipsius quantitatis ducatorum, videlicet ducatos centum, distribuere et dispensare in reparatione praefati monasterii et conventus S. Francisci Fratrum minorum de Vegla. Quem Fr. Marcum Guardianum dicti monasterii et conventus, vel qui pro ipso erit, nominibus, quibus supra, ipse Dominus Nicolaus constituit procuratorem, ut in rem suam, et ponens eum in locum suum ita, quod omnimode in antea nominibus rationem dictis rationibus quibuscunque peti et exigi valeat dictam ducentorum ducatorum auri quantitatem a praefato magnifico et potenti Domino Domino Comite Joanne, et eius haeredibus et successoribus et in ipsius bonis nomine et occasione suprascripta, et adimplere velle dicti domini Nicolai . . . . . et suo sacramento tactis scripturis firmans, nec non conveniens mihi Nicolao notario . . . ut publicae personae stipulanti nomine et vice nominibus antedictis, quod nulli alii hactenus donavit, nec ex causa donationis cessit dictam quantitatem ducentorum ducatorum auri, seu aliqua eorum iura . . . . *(I ostâlo)*.

Digitized by Google

Ego Nicolaus filius quondam Ser Missoli Matthievich de Jadra, civis praedictae terrae Fluminis, publicus imperiali auctoritate notarius ac iudex ordinarius, praedictis omnibus interfui, et rogatus scripsi et publicavi. (L. s.)

XV.

. . . . . 1394, indictione 2, mensis octobris die 13 intrante, Veglae in curia magnifici domini Bartholi de Potentia[1] Vicecomitis Veglae . . . . *(Preskočiv.)*

Ego Bartholus vicecomes manum misi.

XVI.

1397, 12 decembris. Veglae. *(Preskočiv)* . . . . Ego Bartholus filius quondam vicecomitis Pauli de Vegla, imperiali auctoritate notarius, et iudex ordinarius, ac Comunis civitatis Veglae notarius iuratus . . . de mandato, licentia, et auctoritate . . . vicecomitis Marci mihi tradita et concessa, prout in dicto testamento inveni, dictam particulam de verbo ad verbum fideliter scripsi, publicavi, et corroboravi, nil addens, vel minuens, quod sensum mutet, vel intellectum. Anno 1397, indictione 5, die 12 mensis decembris, Veglae in curia dicti vicecomitis Marci, praesentibus Marino filio vicecomitis Bartholi itd

XVII.

. . . . . 1400, indictione 8, mensis madii die 6 exeunte. Actum est hoc in via publica apud Magnum Campum de prope Veglam . . . . Ibique nobilis vir dominus miles Joannes filius quondam domini vicecomitis Viti (*I ostâlo.*)

XVIII.

. . . . . 1405, indictione 13, die 9 januarii intrante, Veglae in Plathea Comunis coram domino Paulo iudice . . . . Comunis Veglae . . . discre us vir dom. Nicolaus quondam domini Comitis Schinellae (*I ostâlo.*)

Ego Duymus vicecomes Veglae manum misi.

XIX.

Da pergamena.

In Christi nomine etc. . . . 1407, indictione 15, die 6 mensis februarii, Veglae in hospitio domini Bartholi de Potento[2] vicecomitis Veglae . . . . . et quae vinea posita est in contra'a Craij,[3] apud vineam olim domini Comitis Stephani . . .

[1] Grad u Taliji.

[2] Potentia, po 15 p.

[3] = *Kraj*, a to je selo, koje sada zovemo: *Stârâ Baška*; ne ljudi iz *Mlâdê Baške* (drugako: *Primorje)* još to selo zovu: *Kraj*, a ljude tu: *Krajane.*

Digitized by Google

XX.

1418, 27. febr., u Krku. *Vid Kirinčić iz Baške zapisuje krč. franovcem četvrt nekakova vinograda.*

In Christi nomine . . . . . 1418, indictione 11, die 27 mensis febrnarii, Veglae in Ecclesia Sancti Antonii de Platea, coram d. Antonio vicecomite Veglae, praesentibus ser Bartholino iudicis Marci, Nicolao Flacho, et Cudella, civibus Veglae, et aliis testibus ad haec convocatis specialiter et rogatis, Ibique Vitus Chirincich de Bescha, tam nomine suo proprio, quam Stephani (*et*) Jurii suorum fratrum, ac Ursae eius sororis, pro quibus promisit de rato dedit, vendidit, et tradidit, ac donavit irrevocabiliter, pro parte videlicet vendens, et pro parte donans jure proprio in perpetuum domino Fratri Simoni de Vegla ad praesens Vardiano Sancti Francisci de Vegla, pro se et suis successoribus recipienti et ementi totam quartam partem pro indiviso unius vineae . . . . quae tota vinea posita est in contrata V Chraijch[1] districtus Beschae, ubi dicitur Pod Snisnu,[2] apud vineam domini Comitis Ciliae,[3] apud vineam ser Lodovici,[4] apud viam publicam, et apud Dubrovizam[5] . . . . . (*I ostâlo*).

Ego Antonius vicecomes supradictus manum misi.

Ego Bartholus quondam vicecomitis Pauli de Vegla, imperiali auctoritate notarius, et iudex ordinarius, ac Comunis Veglae cancellarius iuratus, praedictis omnibus interfui, et rogatus scripsi. (L. s.)

XXI.

. . . . 1418, indictione 11, die 8 mensis martii (*Preskočiv*) . . . . in contrata Vchraijch districtus Beschae, ubi dicitur Podsnisnu, apud vineam domini Comitis Ciliae, apud vineam ser Lodovici de Segna, itd.

XXII.

. . . . 1420, indictione 13, die 8 novembris extra Veglam, iuxta mulum, coram nobili viro domino Rigo quondam vicecomitis Schinellae, iudice comunis Veglae (*I ostâlo*).

XXIII.

. . . . 1427, die 2 februarii . . . . Veglae in claustro S. Francisci, coram Rigo de Schinella vicecomitae Veglae, presentibus domino fratre Stephano abbate Sanctorum Michaelis et Laurentii, iudice Bartholino de Marco, iudice Minellino[6] . . . . (*I ostâlo*).

[1] = v' *Krajih*, lokal množ.

[2] = *Snîžnû*, izvjestni pridavnik žen. spola u akuzativu jed. od „snieg".

[3] Celjski knez po imenu Fidrig, komn žena bijašc Jelisava hći kneza krčkoga Stjepana, koji 1407 na 6 febr. jur bijaše umro, kako 19 p. kažé. Uzporedi 21. p. za sve tri ove primjetbe.

[4] *de Segna*, isto totu.

[5] Dubravizam ?

[6] Minclino ? V. u pripomenku.

Digitized by Google

XXIV.

1445, u Krku. *Knez Ivan Frankopan, uzdajuć se u svoju braću, daje nekomu Dujmu crkvicu na Glavotoku.*

Copia tratta da un processo civile sciolto del volume decimo del 1502, vertente trà il qm. prè Nicolò Collosso e li gastaldi delle confraternite di S. Andrea, S. Martino, S. Elena, et Altare di S. Catarina di Dobrigno, a ca(*rte*) 125.

Exemplum transumptum ex authentico, prout ad litteram iacet, de slavo in latinum (?) per Ser Danielem Terzago, venetum, notarium,[1] cuius tenor talis, videlicet:

Noi Conte Joanne de Frangipanibus de Veggia, Segna, Modrusia etc. significhiamo per questa nostra lettera aperta, et in perpetual memoria, come Noi, volendo magnificar li Nostri diletti Fradelli, et il Nostro Dominio, et similmente le Capelle ouer Chiese, qual sono nel nostro dominio, acciocchè siano similmente bonificade le nostre Capelle, specialmente quelle che sono nell' isola di Veglia, hauemo dado la Capella della B. V. Maria chiamata di Capo dell' Isola, a Doimo[2] et a suoi heredi perpetualiter senza alcun impedimento predetto, con fiducia de nostri fedeli diletti Fradelli e dei nostri successori, con questa condition, che lui possa golder li terreni di questa giesia, et che abbia dar da mò avanti sempre nel zorno di San Zorzi una vedella à colui à chi fosse dada la giesia dalli nostri diletti Fradelli e da Nui similmente; et che le debbia dar la X^ma^ di tutto quello che nascesse in questi terreni a quello, el quale avesse la giesia nel e man. Item, se quando esso Doimo, ouer suoi heredi piantasse vigne, et che sia tenudi a dar la X^ma^ a cui fosse la giesia nelle man: et questo a cui li nostri diletti Fradelli e Nui, over li nostri successori desse o donasse questa giesia, sol non possa lo dito Doimo, over li suoi heredi desuzar nè azonzer altra servitù ne a lui ne a suoi heredi, eccetto come di sopra se contiene. Et questo havemo fatto, perche era deserto, non era alcuna intrada a questa giesia. Item sopra questo come Nui inquirissimo con verità dai nostri huomini dabene, che chi fosse che per invidia, o per propria volontà facesse pascolar, over danno facesse a questa giesia, che rimanga in ducati cinquanta per l' antiqua consuetudine. Et similiter Nui confermamo tutto questo con il nostro sigilo consueto questa nostra lettera sub anno Domini 1445, datum Veglae, die 9 mensis . . . .

Hinc nuncupatur sigillum, et non potest legi, cuius mensis sit.

Filotis Dardis cancellarius Veglen. ex supradicto processu, in quo descripta sunt quam plurima privilegia dicti q. domini comitis Joannis, ac instrumenta et litterae Serenissimae Dominationis Venetiarum, ac privilegia Serenissimorum Regum Ungariae, fideliter sub 18 martii 1564 exemplificavit et subscripsit.

[1] V. 14. primjetbu ka 1. pismu.

[2] Nije pridjevka, a morao je tu biti.

Digitized by Google

Ego Rainaldus Columbanus Piranensis notarius pub. ac vicecancellarius Veglae ex consimili extraxi et sigillavi sub die 19 martii 1564.

Andrea Bandata di veneta autorità nodaro pub. copiò il presente d' altro simile esistente nella cassa di' RR. PP. di S. Maria di Capo.

XXV.

. . . . . 1471, indictione 4, die 20 mensis octobris, Veglae in domo infrascripti emptoris, coram domino Hugone de Ariostis de Ferraria, milite, comite, et vicecomite Veglae . . . . . Ibique Hificus Zubranich,[1] illustris et magnifici domini dom. nostri comitis Joannis servitor, civis Veglae et habitator . . . *(I ostâlo.)*

XXVI.

. . . . . 1488, indictione 6, die 16 octobris. In Cancellaria Veglae, praesentibus discretis viris ser Bartholo Grabbia, ser Gaspare Budislavich, et ser Andrea Almerigotto testibus ad infrascripta habitis. Ibique rvdus. in Christo pater dominus frater Nicolaus Venerius Abbas Ecclesiae S. Laurentii de et extra muros civitatis Veglae, de assensu, parabola, et auctoritate magnifici Antonii Vinciguerra ducalis secretarii, et per Illmum. Excellum. Do. Do. Venetiarum Veglae et Insulae Rectoris dignissimi . . . . . jure livelli locavit *(I ostâlo)*.

Daniel Terzago notarius publicus.

XXVII.

. . . . . 1488, 19 octobris, indictione 6. In Cancellaria Veglae, praesentibus ser Gaspare Budislavich, et ser Georgio Grabbia, civibus et habitatoribus Veglae, testibus habitis et rogatis. Ibique revdus. in Christo pater dominus frater Nicolaus Venerius benemeritus Abbas S. Laurentii, et Commendatarius, sive Rector ecclesiae S. Michaelis de Vegla, pro utili dictae ecclesiae concessit ad affictum . . . *(I t. d.)*

Daniel Terzago notarius publicus.

XXVIII.

. . . . . 1501 . . . Revdus. in Christo pater d. frater Stephanus Abbas et Rector Ecclesiae seu Abbatiae S. Nicolai de Castromusculo . . . *(I t. d.)*

---

[1] A u krčkom štatutu medju vlastelom tih godina: „Ser Ifco Zubranich over Radoazzo". Tako *Ivko* (Ivan) Čubranić. Pak „Vicenco" (Čubranić) bojim se da nije pravo u pismu *dva puta* prevedenu a u Kukuljevićevih Povjest. spom. na 97 s. Koji prevod je u mene: u tom je ovako: . . . „abbiamo s(*c*)elto li nostri uomini dà bene *Zvane* Vicenzo Zubranich" . . . A ni onako nije pravo: „Buduć poslan *g(o-*

Digitized by Google

XXIX.

1502, 25. jun., u Krku. *Zaharija Garzoni, mletčanin, dostignuv po mletačkoj gospodi opatije sv. Lucije u Baški i sv. Lovrenca u Krku za uživanje, po poruku daje u najam sve dobro tih opatija.*

1502. 25 Giugno.

Actum Veglae ad cancellum mei notarii infrascripti, praesentibus probis et discretis viris ser Paulo Lando, ser Joanne Manstrich, et magistro Jurco cedrone, ac alijs civibus Veglae ad infrascripta testibus habitis, conuocatis et rogatis.

Ibique prudens vir ser Franciscus de Bergamo, uti familiaris et procurator ac commissus legitimus Reverendi Domini Zachariae de Garzonibus magnifici dom. Marini patritij veneti, militis jerosolimitani et commendatarij Abbatiarum S. Luciae Vallis Beschae, et S. Laurentij de prope ipsam ciuitatem Veglae, procuratorio nomine, quo supra, omni meliori modo, quo potuit, ad meliorandum, et non deteriorandum, iure locationis siue affictationis, locauit, et affictauit per annos quinque proxime et successive venturos probis viris d. presbytero Georgio Ilijch ac Nicolao Punarich (?) de Besca, ser Francisco Xuf . . . de Segna consortibus, interuenientibus, facientibus, et de rato promittentibus nomine Matthaei Iuranich de dicta Valle Beschae, ibidem praesentibus, et pro dicto tempore annorum quinque proxime futurorum acceptantibus et stipulantibus, omnes redditus, et prouentus Abbatiarum S. Luciae et S. Laurentij suprascriptarum, nec non omnes redditus et prouentus ecclesiarum S. Hieronymi del Craij,[1] et S. Nicolai de Bossaro, quae duae ecclesiae sunt de Abbatia praedicta S. Laurentij, cum omnibus terris, possessionibus, liuellis, aquis, molendinis, et animalibus pecudinis et caprinis, et cum omnibus suis iuribus ac seruitutibus in integrum quoquomodo spectantibus et pertinentibus Abbatijs S. Luciae et S. Laurentij; pactis tamen et conditionibus inter ipsas partes celebratis, videlicet: praedicti conductores habere et percipere debeant quinque redditus dictarum Abbatiarum et ecclesiarum tantum; et quod teneantur et sint obligati dicti conductores celebrare, et celebrari facere, ac illuminare dictas abbatias et ecclesias, videlicet singulo die missam unam in abbatia S. Luciae, nec non in omnibus Dominicis et Festivis cantari facere missam unam. In ecclesiis vero praedictis singulo mense in qualibet earum missam unam. Circa vero aliam abbatiam S. Laurentij dictus procurator dixit, quod magister Rigus cerdo curam illuminandi, et eam officiandi habet, et omnia alia facere, quae ad diuinum cultum pertinent iuxta consuetudinem hactenus obseruatam, sumptibus et expensis

spodi)n Čubranić", u *prevedenu prevodu* u istih Povjest. spom. na 103 s. Jer ono isto pismo sada je u Krčkoj poreznici prevedeno, pak u tom prevodu ovako je: „Essendo mandato *Ifcho* Chiubranich onorato uomo dal Signor Conte Zvanne" . . . .

[1] V. XIX.

*

dictorum conductorum. Et hoc ideo fecit praefatus procurator vigore commissionis et mandati praefati d Zachariae Commendatarij rogati et scripti manu, ut legitur, ser Ruffini de Gratarolis veneti notarij publici de die penultimo mensis maij mille imi instantis, a me notario infrascripto visi, perlecti etc. Quia praedicti conductores conuenerunt, et promiserunt dare, soluere, et deffere praedicto d. Zachariae, vel eius procuratori legitimo, Venetias annuatim, eorum proprijs sumptibus et expensis, pro affictu et nomine affictus dictorum reddituum, iurium, terrarum, et animalium, et omnium praedictorum locatorum, ut supra, omni et quolibet anno dictorum annorum quinque, ducatos centum sexaginta aureos boni ponderis, videlicet de praesenti ducatos quadraginta duos auri, quos dictus procurator confessus est et manifestus se cum effectu habuisse, et realiter recepisse ab ipsis conductoribus; et centum et decem octo bonae monetae in festo Ascensionis Domini proxime venturi anni 1503, et sic de tempore in tempus annuatim tempore praedictae Ascensionis ducatos 160 auri boni et iusti ponderis, siue bonae monetae, deferendos eos Venetias praedicto dom. Zachariae, vel eius commisso, ut supra dictum est. Declarato insuper, quod casu, quo praedicti conductores non attenderent circa solutionem dicti affictus tempore praedicto Ascensionis, quod tunc existat in arbitrio praefati d. Zachariae, vel eius loco legitime existentis, venire, seu mittere Veglam suum procuratorem, et, uti opus fuerit, pro redimendo, exigendo, et recuperando quicquid ab ipsis exigere deberet, et eos omnes, et quemlibet eorum in solidum convenire, sive conveniri facere et arctare tam realiter quam personaliter ubique locorum, ad dandum, solvendum et satisfaciendum id, quod tam pro parte, quam pro resto dare deberent, cum damnis et expensis omnibus, et interesse ipsorum conductorum. Et non solvendo in dicto termino, quod tunc existat in arbitrio praefati d. Zachariae, vel eius procuratoris, expellere, cassare, et licentiare dictos conductores de dictis bonis sibi, ut supra, locatis, etiamsi terminus praedictus annorum quinque elapsus non fuerit. Declarato insuper, quod conductores praedicti elapso termino teneantur restituere, et assignare praedicto d. Zachariae, vel eius procuratori legitimo, omnia et singula bona mobilia et stabilia, et potissime de animalibus pecudinis et caprinis illam quantitatem, et illius conditionis et . . . . prout eis assignatum est. Hoc declarato, quod si dicta animalia, vel pars ipsorum defficerent, videlicet guerra, fulgure, aut morbo generali, ad hoc non teneantur, quoad animalia. Hoc etiam declarato, quod praedicti conductores teneantur solvere datium animalium Abbatiae S. Luciae praedictae de eorum pecunijs. De animalibus vero S. Hieronymi et S. Nicolai non teneantur ad datium, prout constat litteris serenissimi Du(calis) Do(minii). In reliquis vero expensis ipsi conductores teneantur, ut praemittitur, ita et taliter, quod formatio ipsa ducatorum 160 auri deveniat ipsi d. Zachariae libere et expedite ultra omnes expensas.

Digitized by Google

Promittentes dictae partes, videlicet una pars alteri, et e converso, dictam locationem, et omnia et singula suprascripta attendere, observare, et adimplere, et non contravenire de iure vel de facto sub poena ducatorum 100, applicandorum parti observanti, cum refectione etc., qua poena etc.

Daniel Terzago notarius publicus.

XXX.

. . . . . 1518, indictione 6, die vero 26 aprilis. Ac um Veglae in Curtivo monasterij S. Mariae ab Angelis, praesentibus rev. dom. presbytero Dominico de Rinaldis archidiacono Veglen., ser Ioanne Cecuta nobili Veglae, et magistro Victore barbitonsore testibus. Ibique domina Mare relicta quondam magistri Georgij muratoris, cognomento Cragnaz . . . . . donavit monasterio S. Mariae ab Angelis Veglae superius dicto, praesente rel giosa et honesta domina sorore Gabriella, ipsius monasterij abbatissa dignissima . . . . et obligata sit (abbatissa) ipsam donatric m . . . . in articulo mortis habitu S. Benedicti induere . . . . *(I ostâlo).*

XXXI.

. . . . . 1521, indictione 9, die vero 2 mensis novembris.

Actum Veglae in camera rev. patris fratris Georgij de Sibenico socij provinciae Dalmatiae, praesentibus ibidem ser Petro nepote quondam Reverendissimi Domini Donati à Turre episcopi Bossonensis, alias Veglensis . . . *(I t. d.)*

Digitized by Google

O. Rafo Levaković i Vlasi u Hrvatskoj g. 1641.

Šest izprava, koje iz arkiva Aracelitanskog u Rimu

priobćuje o. Evsebije Fermendžiu.

Predano u sjednici jugosl. akademije znanosti i umjetnosti filologičko-historičkoga razreda dne 16. listopada 1886.

I. 1641, 24 veljače. U Zagrebu. *Levaković javlja Ingoli-u tajniku propagandinom, da mu je ban hrvatski (Ivan Drašković) s drugimi velikaši obećao svaku pomoć glede unije, koju bi on imao zavesti medju Vlasi sa rimskom crkvom; da ga je svjetina u Metlici primila kakono angjela s neba; da se Vinković, biskup Zagrebački, pako srdi, što on (Levaković) nije došao već kao posvećeni biskup. Moli, da se to pitanje glede svoga imenovanja za biskupa medju Vlasi, komu je i car sklon, u Rimu čim prije rieši.*

. . ми . . . . . нь ꙁаблꙋдѣх . . . . . ѡт сꙋседь своих, и рѣче благословень господь велмїи ꙋжась ми быст и скрьбѧщее горко неведꙋще что сатворити . . . . . старць некои сь села идѣше и глагола емꙋ Авимелѣх: . . . . . стáраць рѣче . . . . . Авимелѣх рече: да гдѣ ѥст Їеремїа Їерѣи божїи . . . . . понеже не обрѣтох их . . . . . что глаголеши чедо, ты неси . . . . . ѥремїю Їереа и вароха чатца и въпрашаеши о ных . . . . . плѥнены сꙋть навахоꙋдоносором . . . . . толико ѥнь сїи, иже иникоже тогда рождѣнь бывь, и ѥже . . . их и въпрашаеши о ных . . . . аще не бы старь быль . . . . . болшемꙋ ѡт себѣ а подсмеꙗл бых ти се и рѣкал бых ти: по что лажꙋ глаголеши . . . . . аггелы божїи не бы дошлы сь силою и областїю похвалити их, не бы мощно было вавꙋлонанѡм пленити градь сы и людї божїе повести вь вавꙋлонь. нь повѣждь ми, кои ѥст час ѡт ѥтрѣѥ, ѡтнелиже посла ме ѡтьць мои . . . . . ꙁа смоквы . . недꙋжнимь людѣмь. и приидох подь дрѣво . . . . . поспах . . . ꙋкаснѣх . . . . . каплющеѥ млеко ѡт них . . . . . плѥнении сꙋть . . . да о семь и . . . . не лажꙋ ми тебѣ, прїиди и виждь смоквїи и еще каплющꙋ млекꙋ ѡт них. и прїишадь стараць и видѣ сїа прѣславна и чꙋдьнаа и рѣче стараць: слыши чедо праведнаа чловѣка сынь еси ты . . . . . нь наведѣ на тѣ обꙋоумрьтїе сїе нь раꙁꙋмеи чедо и аꙁь тѣбѣ истинꙋ повѣдаю: оуже ѥст .о. лѣт ѡтнелиже сꙋть людїе града сега вь вавꙋлоне са еремїемь, ѡтнелиже плѥнѣны сꙋть . . . . . ест . . . . . врѣмѣ и ваꙁрасть плодꙋ . . . . . поꙁнаваи . . . . . ꙁемлю и градь испитно . . . . . хьторїи на десетѣ ѥст мѣсець сьи . . . . . и благословивь его и ѡтиде ѡт него стараць . . . . . емꙋ подобаѥть . . . . . хвалѧще бога . . . . . набранїи и ѥще млѣкꙋ каплющꙋ ѡт ных и благодаривь бога велмїи сь оужасом . . . . . подати Їеремїи . . . . . прѣславнемь вьꙁбꙋждѣнїи . . . . . ꙗкоже аꙁь рѣх вам . . . . ꙗже . . . . . и еще мало дни прѣбꙋдѣтѣ и богь иꙁвѣдсть вы ѡт вавꙋлона . . . . . на шїю его . . . . . ѡтиде ѡт ных . . . варꙋ(х) сь авимелехѡм посланїе и благословише бога и помолше се и навеꙁоше посланїе и .і. смоквїих на шїю орлꙋ и благославише его послаше порꙋчивше емꙋ: пакы ваꙁврати се ка намь. он же шадь ва вавꙋлонь и сѣде на стльпѣ вьнь града по сьмотрѣнїю божїю и иꙁыдѣ еремїа иꙁ града са васемы людмїи иꙁносеще мртавьца на погрѣбѣнїе его на месте еже испроси еремїа оу навахꙋдороносора цара погрибанїа ради Їюдѣм. тогда вьꙁвавь ораль вь Їеремїи чловѣчьскыим гласѡм глаголюще . . . . . слышавь же се Їерѣмїа и вси людїе и прославише бога. и абыѥ надѣ ораль на мртавца и вьнеꙁапꙋ вьставь мрьтвїи и сїе вси видѣвше поꙁнаше ꙗко сїе посланїе ѡт бога ѥст и паки вси прославише бога о бывшемь чюдѣси и пристꙋпаль еремїа и ѡтрѣшивь посланїе и прочат прѣд васеми и слышавше людїе скорос

Digitized by Google

свое възкращеніе и възрадоваше се радостію великою село. и паки написавь еремїа свое посланіе и все скрьбы находящее и нападающее на ныхъ и навезаль на шію орлу и благословивь его и посла его паки на инымъ въспѣть. он же паки отшѣсь писаніе на варухъ и авимелеху и проклатше и плакаше се горко и паки благодарѣще бога яко неприѣше таковїе скрьбы и напасты . . . . . отъ нихъ яви исцѣлише се и постигшу . . . . къ їеремїи . . . . . поюмшимъ жены отъ твоего єзыка . . . . . да не прѣндут . . . . . и възкратише се въ вавилонь . . . . . нь рѣкше ны . . . . . оутвердисмо . . . . . приносяще жрьтвы . . . . . помоли се . . . . . изоставивъ . . . . . и скоро притекоше къ ним . . . . . лежеща . . . . . на главы свою и плачуще се яви . . . . . стрѣжахъ его съблюдающе за .г. дны и по трѣхъ днѣхъ вьниде душа его въ тело . . . . . не угасимаго . . . . . другаа лѣта. т. о. ѯ. лѣто . . . . . дрѣвенем трьзубом разтрьше его. нь пріндете ско да и сего . . . . . и истязаніемь. он же разумевь . . . рече нмь оумилькнѣтѣ вы . . . . . паки рѣче нмь: принесете ми камень велик село и принесоше емъ камень . . . . . да бїють . . . . . пріеть . . . и бишахъ его камеиїемь . . . . . видѣвь . . . . . пріеть . . . и възвпы къ людемь о уродник . . . . . истрѣзвише се и видѣвьше . . . . . текоше нань . . . отъ сапаѣнениїихъ . . . . . рѣче им . . . . каменное ударѣніїе яко капля даждевніїе съ небесь исходящее и сїнмь побѣжениїемь пророкь еремїа богъ духъ свои предасть. и пришадьше же въроухъ и авимелахъ и погрѣбоше светое тѣло его . . . . . и възмше камень иже быст помощникь еремїи и положише на гробь его. Свещенны иже съсуды положїи еремїа . . . . . запечати . . . . и яко железнны изкаженїемь быст и облакъ осѣнающь каменъ умаемъ томъ быти. . . . . слава на вѣкы и вѣкомъ. Аминь.

Digitized by Google

Regesta documentorum regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae saeculi XIII.

Collegit et digessit I. Kukuljević de Saccis.

Predano u sjednici filologičko-historičkoga razreda jugoslavenske akademije znanosti i umjetnosti dne 25. lipnja 1889.

I. **Cathari,** *3. Januarii 1200.* Lupinus Lupanae, Maurus Jacobi Leocae, Ursacius Simeonis, Euticius Michapag, Paschalis Dragus, Rille Dobrazza, Nicolaus Graban cum populo civitatis Cathari et domino . . . . archidiacono Micha cum suo capitulo ibi existentes, recolentes, quod cum sub tempore comitis Benesae, veniente legato a curia romana Gualterio, totus populus civitatis reclamaret coram eo de superfluitate laboris, quem sine misericordia exigebat (idem comes) a suis debitoribus. Decretum igitur fuit, ut pro decem annis de labore non possit plus quaerere exactor nisi duplicatos solidos ad rationem de quinque ad sex, quoniam in antiquo tempore idem fuit usus civitatis. Hoc igitur decretum communitas Cathari confirmavit. Actum sub tempore domini regis Velcani, et comitatum regente Desimiro.

Farlati: Illyricum sacrum. T. VI. p. 435.

II. **Romae. Laterani,** *4. Januarii 1200.* Innocentius III. papa scribit fidelibus christi in Ragusana provincia constitutis, quia maior instat necessitas quam unquam, ut terrae sanctae celeriter succuratur, et de succursu speratur maior quam unquam provenerat utilitas proventura; recepit enim litteras ab Antiocheno et Jerosolomitano patriarchis, archiepiscopis item et episcopis utriusque provintiae, sicut et a carissimis filiis suis A. Jerosolimi et L. Armenici regibus, similiter et a magistris Jerosolomitarum hospitalium et militiae templi, quibus ei exposuerunt necessitates et miserias Terrae sanctae, asserentes inter alia, quod cum hactenus dominus per discordiam Saracenorum, qui se ipsos impugnant, orientali provinciae pepercisset et iam nunc inter eos de pace tractetur, si prius quam redeant ad concordiam congruum subsidium mitteretur, sperent pro certo quod facile posset hoc tempore orientalis provincia liberari. Si autem prius redierint ad concordiam quam subsidium devenerit, timent quod residuum terrae Saraceni de facili valeant obtinere, cum peregrinis ad propria iam reversis terra remanserit et viris et viribus destituta. Monet igitur eos papa, ut crucem et arma aripiant et ad succursum Terrae sanctae veniant, communicat in fine quod decimam partem proventuum et redituum suorum ad subsidium Terrae sanctae duxerit deputandam.

Ex transumpto bullarum et instrumentorum archivi publici de Ragusa MSC. pag. 426. In mea collectione. Farlati ibid. p. 87. Idem scribit archiepiscopo ragusino et suffraganeis. Ibid. p. 84. Monum. hist. Diplom. XI, 205.

Digitized by Google

III. **Romae. Laterani,** *25. Januarii 1200.* Innocentius III. papa confirmat magistro et fratribus militiae templi in Slavonia constitutis confinium compositionem cum monasterio SS. Cosmae et Damiani anno 1194. initam.

Theiner: Monumenta Slavorum meridionalium. I. p. 11.

IV. **Romae Laterani,** *2. martii 1200.* Innocentius papa recomendat capitulo et suffraganeis ecclessiae Spalatensis suum in Hungariam missum legatum G(regorium) sanctae Mariae in Aquiro diaconum cardinalem, virum literatum et de nobilioribus Romanis oriundum, quem praecipit honorifice tractari et ipsius monita firmiter teneri ac servari.

Carrara: Archivio capitulare di Spalato, p. 8.

V. **Spalati,** *13 Julii 1200.* Bernardus archiepiscopus Spalatensis notificat Chazae abbatissae S. Benedicti, quod intellecto plenius instrumento Grubessae b. m. comitis, ex consensu majoris partis nobilium Spalatensium confecto, de his quae fuerant in controversia actitata inter abbatissam s. Benedicti et Vulcinam filium Biti Nasitorti super territorio quod est in Dilato super Viperam, quod vocitatur Lugoperscina et est in curia spalatensi constitutum, quod territorium datum fuit jure haereditario ecclessiae s. Benedicti et traditum ei in perpetuum a rege Suinimiro, sicut per publicum instrumentum eius apparet. Constituto in praesencia sua advocato abbatissae Borislavo filio Nicolai comitis Cacicli et Vulcina adversario sine aliquo advocato, controversia hoc modo decisa est, quod Vulcinae judiciali sententia silentium impositum et ei prohibitum monasterium in posterum ullatenus molestare. Metae fuerunt: a Vipera quomodo vadit Predel s. Domnii usque ad viam supra mare, qua itur Tragurium, deinde ad occidentem usque ad terras Messagalinae et sursum sicut vadit potoc superius ad montem, quem potoc assignavit villicus regis in praesentia nobilium Srecae Bogdani, Kalendae Nicola, Cassari Radae, Pisuale Sabatii com. notarii et pristaldi archiepiscopalis Vulcasii.

Farlati: Illyr. Sacr. T. III., p. 233. Orig. in archivo monialium S. Mariae Jaderae.

VI. **Romae. Laterani,** *11. octobris 1200.* Innocentius III. papa significat Henrico regi Hungariae, quas poenas in haereticos constituerit, mandatque ut Patarenos, quos spalatensis archiepiscopus de Spalatensi et Traguriensi civitatibus expulerat, Culinus autem banus Bosnae illis non solum tutum latibulum sed et praesidium contulit, una cum bano a regno expellat; contra Nicolaum vero Farensem episcopum in metropolim jadertinam intrusum procedat.

Theiner: Mon. Slav. merid. I. p. 12.

VII. **Romae. Laterani,** *14. Octobris 1200.* Innocentius III. papa iniungit archiepiscopo Spalatensi (Bernardo) ut Nicolaum quondam farensis ecclesiae episcopum, qui duos necdum in minoribus ordinibus constitutos, in provincia spalatensi episcopos eligi fecerat, et in Jadertina provintia post latam in eum suspensionis sententiam quosdam ad ordines non erubuit promovere, una cum suffraganeis suis singulis diebus dominicis et festivis per universam Spalatensem provinciam excommunicatum publice nuntiet, ordinatos ab eo clericos ab officio et beneficio suspendat, et per Jadertinam provinciam faciat idem publice nuntiari, quod nisi resipuerit infra mensem, non solum a dignitate verum etiam ab ordinibus deponendus sit.

Theiner: Vet. Mon. Slavorum merid. I. p. 13.

Digitized by Google

VIII. *15. Octobris 1200.* Andreas, Dalmatiae, Croatiae Chulmaeque dux attendens servitii fidelitatem, quam illi Baranus zagrab. decanus exhibuit, dedit illi in recompensationem servitii terram, quae fuit Jerosae hominis, haeredum omnino carentis, et cum talium haereditates ad ius ducatus devolvi debent, ius idem in Baranum totaliter transferri decrevit. Iobagiones qua testes subscripti: Mog comes, Nicolaus banus, Dominicus episcopus zagr., Nicolaus archielectus zadertinus, Ata comes, Cristol comes, Crasun comes, Isep comes, Cersen comes et caeteri complures. Metae autem terrae fuerunt: Ex una parte fluvius qui vocatur Dulus, ex alia parte villa Pete et Vete, ex tertia antiqua regia strata, et protenditur usque ad pontem, ubi terminatur. Datum per Jacobum praepositum magistrum ducis et cancellarium.

Tkalčić: Mon. episcopatus zagrab. I. p. 9.

IX. **Romae. Laterani,** *21. Novembris 1200.* Innocentius III. papa iniungit B(ernardo) archiepiscopo Spalatensi et Johanni capellano suo, cum in terra Culini bani quorundam hominum multitudo moretur, qui de Catharorum haeresi sunt suspecti, ut ad terram praefati Cullini accedant, de fide ac conversatione tam ipsius quam uxoris et hominum terrae suae inquirant, si quos haereticos invenerint ad fidem reducant, contra renitentes autem secundum edictum adversus haereticos procedant. Una communicat, quod Henrico regi Hung. scripserit contra illos. Idem rex Culinum arguens et obiurgans praecepit, ut huiusmodi homines de tota terra sibi subiecta proscriberet, bonis eorum omnibus confiscatis. Culinus tamen semetipsum excusavit, quod eos homines non haereticos sed catholicos esse credebat, paratus quosdam ad sedem apostolicem destinare.

Theiner: Mon. Slav. merid. T. I., p. 15.

X. **Romae. Laterani,** *5. Decembris 1200.* Innocentius III. papa significat (Joanni) antibarensi archiepiscopo, quod ad audientiam eius ex litteris Vulcani Diocliae regis et eiusdem archiepisci pervenerit, quod Dominicus quondam suacensis episcopus, qui coram capellano S. subdiacono et legato sedis apost. de homicidio accusatus fuerat et in concilio apud Antivarum pontificalem resignaverat dignitatem, ad praesentiam ejus (pontificis) accessisset et rediens quasdam litteras archiepiscopo praesentavit, quibus sibi asserebat a pontifice episcopale officium restitutum, quibus visis ille eum in ipsa ecclesia restituit, electum vero episcopum svaciensem G. ab eadem ecclesia removit. Sed praefatus rex non credens litteras papales emanasse, tam ipsum Dominicum, quam electum episcopum praecepit pontificis conspectui praesentari, petens edoceri, quid duceret papa de ipso negotio statuendum. Praefato Dominico fugam arripiente in Hungariam attulit solus episcopus mentionatas litteras, quas Romae pro falsis agnoverunt, quocirca mandat pontifex, ut episcopum G. in officium restituat, Dominicum vero, si rediverit, in quoddam monasterium includat.

Theiner: Mon. Slav. merid. I., 13.

XI. *A. 1200.* Andreas dux Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae intrans civitatem Traguriensem, ubi una a clero et uniuerso populo in honore et gaudio receptus laudes hymnidicas recepit, confirmat civitati privilegia ei ab antecessoribus suis concessa.

Lucius: De regno Dalmatiae et Croatiae Schwandtner. T. III., p. 119.

*

Digitized by Google

XII. *A. 1200.* Johannes capellanus et Symon subdiaconus, domini papae familiares, et ap. sedis legati concedunt Constantio abbati de Acrumina (Lacroma) et suis successoribus, salva auctoritate apostolica, ad instantiam cleri et populi ragusiensis, mitram, baculum et sandalia, quam concessionem iam Andreas quondam archiepiscopus a papa Eugenio pro abbate eiusdem monasterii impetravit.

Farlati: Illyr. Sacr. T. VI., p. 88.

XIII. *A. 1200.* Hemericus rex Chasmam, quam rex Ladislaus ecclesiae zagrabiensi contulerat, per clericum Thomam canonicum albensem peragrari faciens, eidem ecclesiae confirmat, et populum in ea constitutum ad instar Dumbrogensium et aliorum eidem ecclesiae subditorum in marturinarum et annonae pensione sive hospitii debito non bano sed soli episcopo respondere decernit. Terrae meta prima fuit pons regis Colomani, secus quem nomen Prodani episcopi in corticibus arborum insculptum est. Hinc via dicti regis super magnum montem usque ad puteum eiusdem. A puteo inde ad Rosuk, inde ad montem Sythva, inde ad fluvium Dobouk, deinde ad Balablata, hinc ad fluvium Prestika, qui jungitur fluvio Chasma. In villa vero Zelina prima meta est versus septemtrionem juxta puteum, a quo per vallem usque magnam viam dividentem terram Bereslai et tendit ad ecclesiam S. Johannis et ad terram Vgrini et versus occasum ad pontem Vratislai de Lomni, sub quo currit fluvius Zelina. Hinc ad magnum montem usque metam Razumeni, inde ad puteum, ubi terminatur. Datum per manus Desiderii aulae cancelarii et praepositi de Scibin. Subscripti inter caeteros Calanus episcopus quinqueecl., Dominicus Zagrab, Benedictus banus et comes de Zala.

Tkalčić: Monumenta epp. zagrab. I. p. 9.

XIV. *A. 1200.* Andreas dux Dalmatiae, Croatiae Chulmaeque causam, quae versata fuit inter Dominicum zagr. episcopum et Petrum fratrem Zadur de terra Graboniza cum suis magnatibus ordine judiciario decidit in commodum episcopi, convicto Petro in iure plurium testimonio, relinquendo terram episcopo in perpetuum. In testimonium subscripti iobagiones: Mog comes, Nicolaus banus, Ata comes, Martinus comes, Isep comes, Cresen comes. Prestaldi vero Welceta de Gora et Wrodislaus de Zagrabia. Datum per manus Jacobi prepositi magistri ejusdem ducis et cancellarii.

Tkalčić: Monumenta epp. zagr. I., 8.

XV. *A. 1200.* Andreas Dalmatiae Croatiae Chulmaeque dux, ad preces abbatis et fratrum de monasterio Ss. Cosmae et Damiani, dedit eorum ecclesiae S. Grisogoni terram, quae est in suburbio Sibenig, perpetuo possidendam. Terra autem vocatur Dub ab arbore ibidem exorta. Praedicta vero capella S. Grisogoni erat fundata a civibus praedicti castri Sibenik et praefato monasterio tradita; terram proclamat dux esse liberam: ut nemini liceat ab ea exigere quidquam ex debito nec in decimis, nec in aliis, salvo jure dioecesani episcopi. Datum per manus praepositi et cancellarii ducis magistri Jacobi. Prestaldus erat comes Domaldus. Jobbagionum vero nomina, qui tunc aderant et facto testimonium perhibuerant, haec sunt: Bernardus Spalatensis archiepiscopus, Nicolaus Jadertinus archielectus, Georgius Tiniensis episcopus, Mog comes, Nicolaus banus etc.

Farlati IV. p. 8. Katona Hist. r. H. IV. p. 592. Fejer Codex diplom. Hung. II. p. 375.

Digitized by Google

XVI. *Circa 1200.* Hemericus rex Hung. et Croatiae capitulo spalatensi et totius urbis conventui intimat, quod litteris per eorum nuntios receptis intellexerit, quod Jadrenses jactent se episcopatus scardonensem et nonensem a modo possessuros. Quia igitur non vult jura eorum minuere aut privare, confirmat totaliter omnia eorum jura, mandatque eorum suffraganeis regia auctoritate, quatenus debitum honorem et reverentiam spalatensi ecclesiae exhibeant.

Lucius: De regno Dalmat. et Croatiae Lib. III. cap. XIII.

XVII. *Circa a. 1200.* Gregorius de sancto apostolo, sanctae Mariae in Porticu diaconus cardinalis, notificat clero et populo spalatensi, quod fratrem Micham farensem episcopum benigne receperit et in iis, quae sibi novit expedire, auxilium ei impendit et favorem, et quia illius promotio honorem illorum videtur respicere, consulit illis, ut defensionem ejus efficaciter adiuvent, credit enim, quod si ea, que in litteris apostolicis continentur, probata fuerint, quod in dicto episcopo per spalatensem ecclesiam constitutum fuerat, optatum finem consequetur.

Farlati Illyr. sacr. T. IV. p. 247.

XVIII. *Circa a. 1200.* Belcenus sacerdos s. Mariae de Salona atestatur, quod propriis auribus audiverit et suis oculis cognoverit, qualiter Adrianus Ungarus et judex regis Ungariae, ac tempore illo banus regis Ungariae, quodam furore afflictus ascendit super equum suum, et dum contra honorem ecclesiae sancti Benedicti equitaret, nutu divino de equo suo cecidit recognoscens se malum fecisse, dedit praedictae ecclesiae s. Benedicti de Spalato terras de Saline et terras de Bellau...to, quae fuerunt ante Saloninae, pro remedio animae suae. Testes, qui terras ostenderunt, fuerunt: Dragus de Constantino, Duimus de Salsamina, Rade de Spinola, Dessa de Istra, Dessa de Hungaro, Jura filius Mathiae, sacerdos et magister Gabriel, sicut ex ore iadrensis presbiteri Tisceni audivit, ita veraciter scripsit.

Orig. in perg. in archivo monialium S. Mariae Jaderae.

XIX. **Bari,** *8. februarii 1201.* Garganus de Cortisio justiciarius barensis, Leo Mancinus judex, Rogerius Madii ammiratus, filius et Leo Utcius cives Bari, voluntate omnium civium jurant ad sacra evangelia firmam pacem ad 12 annos tenere cum Ragusinis. Regnante Frederico rege Siciliae duce Apuliae et principe Capuae.

Ljubić: Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium I p. 20.

XX. *1201.* Hemericus Hung. Dalm. Croaciae Ramaeque rex ad instantiam Dominici episcopi zagrabiensis, terras ac praedia, quae monasterio zagrabiensi devota contulit antiquitas, per clericum Thomam albensem canonicum fecit collustrari, munitque donationes regia auctoritate. Terrae autem sunt: Primum locum ratione dignitatis vendicat Zagrabia. Ejus meta incipit in loco Kerec ad rivum Circueniza. Inde usque fluvium Sava. Per cursum Savae pervenit ad molendinum episcopale, ubi rivulus Ternava influit in Savam, versus septemtrionem dividit metam terra hominis Cena. Deinde per sylvam et campum ad vinitores regis. Illinc per sylvam ad rivum majorem Blisna, et rivulum minorem Blisna. Deinde versus septemtrionem ad villam ecclesiae, quam tenuit Baranus decanus Inde ad Turpignam, inde per magnum montem ad magnam stratam, deinde per vallem ad fluvium Deze, qui in fine montis Ixes influit fluvium

Digitized by Google

Circuenizam, qui fluit per Zagrabiam. In villa Ziseria prima meta fons fluens, qui dividit terram Bogdan. Inde ad magnum montem versus occasum, inde ad septentrionem ad viam. Hinc ad rivum Tristenec, hinc per vineam Dobre, ad quercum quae est in vertice montis, et dividit terram Lastei. Inde arbor castanee dividit terram servorum regis. Deinde per montem versus meridiem meta cum Meriad, quae protenditur ad montem lapideum, qui dividit metam Bratognae et dicti Bogdani. In Ugra prima meta est fluvius Scepnicha. Illinc ad rivum fluentem de ponte Lutac, deinde meta Bolozad (Bolezad). Inde ad montem Mesco. Per montem meta Murgico ad fluvium Scepnicha (qui dividit metam canonicorum). Inde iuxta portum Lixeu rivi, ubi dividit terram Mical. Idem rivus fluit ad domum Zunislav. Tendit ultro ad locum Lisina, qui dividit metam Petri filii Tance. Hinc per silvam ad magnam stratam, hinc ad fluvium Scepnicha, ubi est praedium canonicorum. De villa Camenic prima meta ad rivum Bogaxaum Transiens rivum Camenic dividit terram Tosimer et Kineginci, ad rivum Bogaxaum dividit terram Desislav porro terram Bartholomaei comitis. Inde per magnam viam supra montem dividit terram Bogdan. Occurrunt adhuc terrae Isany, terra ad rivum Clenovnic Soulad. — In Gavrastino (Varasdino). Prima meta iuxta magnam viam terra Stane. Inde ad Plitvizam rivum supra pontem versus meridien per eandem viam ad villam Suetosclav Inde ad viam in modum crucis est terra Sargas, et Vogriza. Transiens silvam ad flumen Bensiza dividens metam Hvalimer. Hinc ad vadum Plitvize, hinc ad villam hospitaliorum. In Camarniza prima est meta terrea versus occidentem. Hinc ad rivum qui dicitur Semerdeia, et terra Tolimeri. Per rivum ad metam magnam Prodani episcopi, versus meridiem ad montem et per viam ad rivum Mocilniza, et ad magnam stratam. In Zdelia dividit rivus terram templariorum. Rivus Hausta dividit metam Cernoglav, vadit ad rivum Zdelia. In Dombro (Dubrava) rivus Glogovniza iuxta pontem Prodani episcopi, versus occidentem terra Belae ducis. Ad meridiem aqua Sernes (Črnec) et rivus Camnciza ad terram Keneginci. Inde locus Prilesia, meta Isani, rivus Preteca, terra cum subulcis regis. Locus Lupoglav, terra filiorum Semerce, hinc per magnam silvam ad rivum Zelina, qui iungit se rivo Cernez, qui dividit terram Macharii comitis et influit flumen Cesma. Ad septentrionem rivus Velika iungit se rivo Cesme et Velika dividit terram Sumugiensem. Inde ad rivum Cognici, ad fontem Studens, inde ad rivum Cirqueni et Sigleni, qui influit in Xabiniza. Hinc ad magnam viam ad metam Prodani episcopi, per montem ad rivum Lubenizam, ad rivum Jalceniza iterum ad magnam viam. Hinc ad rivum Glogovnica, ubi fuit pons Prodani episcopi. — In Gorra apud s. Clementem prima est meta iuxta villam Oropoc rivus Lescovz, qui influit in Petrinam. Tendit ad portum Zebedei et ad montem Gradez, versus meridiem est meta s. Ladislai regis, a qua tendit ad magnam fossam. Inde ad rivum Ponique, hinc ad montem ad salicem iuxta viam. Hinc ad vallem, ubi est fons Mirogna. Inde ad rivum Cremenitez. Inde ad magnam stratam in monte ad dictum rivum Lescovez. Iuxta Odera (Odra) prima meta est rivus Dobon versus meridiem ad flumen Culpa et ad rivum parva Mosceniza. Hinc ad sepulcrum Seledini, ad paludem Piauisemam, ad locum Pridaca (Priulaca?) versus orientem rivus Zepniza. Transiens Savum ad mortuam Odram, quae dividit terram cum Machario comite. In Potgoria prima meta est iuxta fluvium Volavla ad Lada. Inde per vallem ad rivum Locauc, qui ad meridiem

Digitized by Google

dividit metam cum Stephano comite. Hinc meta Sculis ad montem Istenec hinc meta in Wlc, versus occasum per viam ad pontem Tolomas in fluvio Svibini. Versus septemtrionem ad montem ubi est meta predicti Lada. Ad orientem vinea Helapognae, qui est decimator episcopi. Ad rivum Heuni (Heunc?), qui jungitur rivo Volaule. — In Dusa prima est meta locus Vrcuta, versus orientem ad Obres. Hinc terra Tolimer, versus meridiem locus Macra et terra Zuluc. Hinc locus Bogatofeu. Versus orientem meta inter ecclesiam, s. Jacobi et s. Stephani. Hinc terra Radozlau. Terra Petri filii Tatar, terra Hensa. In Gasca prima meta tendit ad rivum Bresniza, hinc ad rivum Jagen qui iungitur Bresnizae, usque ad piscinam quae dicitur Gasca dividens terram Deuneser, porro ad paludem Sered, qua versus occidentem influit rivum Zomou, qui fluit usque ad portum Lovrui. — In Wasca prima meta est Drawa. Hinc ad finem silvae Lovnuc, per silvam ad magnam stratam, versus orientem ad terram civilium Albensium. Deinde ad rivum Zagaviza, qui fluens versus orientem tendit usque sepulturas Sclavorum. Inde per silvam ad rivum Losenica. Porro per diversas metas terreas transiens stratam, quae dicitur Wersemort (Versemost) usque ad Dravam. Iem in Virtus (Vercus) prima est meta ad terram Quirtus, quae est sacerdotis Mozou. Hinc per multas metas ad terram carpentariorum civilium versus orientem ad rivum Sud. Hinc ad nemus comitis, ubi est terra comitis Sumugiensis. Hinc terra servorum regis. Hinc terra Beu, terra Brenc, rivus Toutsit (Toutsic). Item terrae Chesma, donationis videlicet gloriosi regis Ladizlai, prima meta est pons regis Colomani, secus nominatus episcopi Prodani. Hinc via dicti regis dirigitur supra magnum montem ad puteum eiusdem, a quo Rosur. Hinc ad montem Zythva. Hinc ad fluvium Dobohuc, deinde Belablata. Hinc ad fluvium Pritiska qui fluit in Chazmam· Populus vero in terra Chasma ad instar Dumbrogensium, immo omnium zagr. ecclesiae attinentium, in marturinarum collecta, annonae provisione, hospitii debito, immo universaliter et in iudiciis, non bano, vel cuicunque alteri, sed soli episcopo respondeat. Villae Zelinae prima meta inchoatur iuxta puteum, a quo protenditur per mediam vallem usque magnam viam dividentem terram Berislai, et tendit ad ecclesiam s. Johannis. Hinc ad terram Hugerini, hinc versus occasum ad pontem Wartislay de Lomi, sub quo ponte currit fluvius Zelina. Hinc ad magnum montem usque ad metam Ragemani.

Inter alia dedit idem rex ecclesiae zagr. insulam Cahianyc in Sava sitam et dispensavit a marturinarum persolutione, de quibus et de porcis episcopus decimas percipiendas habeat. Datum per manus Desiderii aulae regis cancellarii et Scybiniensis praepositi.

Tkalčić: Monumenta epp. zagrab. p. 11—16.

XXI. *A. 1201.* Andreas Dalmatiae, Chroatiae, Chulmaeque dux ad ammonitionem fratris sui Hemerici regis, et ad petitionem Dominici episcopi zagrab. donavit ecclesiae zagr. insulam Cagnis cum his metis: ab oriente ubi fluvius Sava in duas distinctiones se dividit, prima meta arbor populea, ad meridiem dividitur cum meta Carachuna, ad occidentem iuxta dictum fluvium ad rivum Seregna, ubi intrat Savam, et idem rivus dividit metam a filiis Zesa, versus occidentem exit de Sava et meta est ulmus, verum Sava dividit omnes metas a filiis Zesa. Testes fuerunt Iobagiones: Mog comes, Nicholaus comes, Martinus comes, Ata comes, Cresen comes, Crasun comes et pristaldus rei. Cancellarius Jacobus praepositus et magister.

Tkalčić: Monumenta epp. zagrab. p. 10.

Digitized by Google

XXII. **Clugii,** *m. Februario a. 1202.* Rainaldus una cum suis haeredibus, donat Johanni Bolso et eius haeredibus in praesentia Bacileri Veneti gastaldi Clugiensis et eius iudicum portionem de terra et vinea in Cissone posita. Testes fuerunt: Vitalis Zambonus decanus, Petrus de Putheo et Matheus Buffi, Dominicus Silvus, diaconus et notarius scriptor.

Orig. in mea antiqua collectione, modo in bibl. accad. scient. Zagrabiae.

XXIII. **Clugii,** *mense Februario a. 1202.* Vitalis Zambonus decanus, testificat: quod die quinto intrante mense Februario praecepto Bacaleri Veneti gastaldionis Clugii et lege iudicum investivit unam proprietatem terrae et vineae in Cissone positam ad nomen Johannis Bolso filii Matthaei Bolzo (sic). Quae proprietas advenit sibi a Jordano filio Johannis de Putheo. Testificantur: Matheus Silvus filius quondam Martini, Leo Bolso filius Mathaei, porro testis Petrus de Ragona et Varimbertus Venetus. Dominicus Silvus sub-diaconus et notarius complevit.

Originale in mea antiqua collectione, nunc in bibl. academiae zagr.

XXIV. **In Absarensi palatio comitissae,** *15. martii 1202.* Daria[1] Dei gratia absarensis comitissa una cum filiis suis Roberto et Petro comitibus, promittit arbensi civitati pro se et suis omnibus filiis, quod si arbenses filium eius Robertum fecerint comitem arbensem, omnia jura veterana, quae habet in Kessa eis vellit concedere, quousque dictus comes Robertus in eodem existeret comitatu, dicto vero Roberto decedente vel defficiente, si filius eius vel frater comes fuerit, praedictum locum Kessae praedicto modo teneat, sin minus, jura comitissae ad ipsam redeant et Arbenses apud Arbenses remaneant.

Lucius: De regno Dalmatiae et Croatiae. Lib. IV., cap. VIII.

XXV. **Romae. Laterani,** *21. Novembris 1202.* Innocentius III. papa significat B(ernardino) spalatensi archiepiscopo et Johanni capellano et legato suo, cum in terra Cullini bani multitudo hominum moretur, qui de Catharorum haeresi sunt vehementer suspecti et graviter infamati, quocirca scripsit papa Henrico regi Hung., qui Culino bano praecepit, ut huiusmodi homines proscriberet. Sed excusans se banus respondit, quod eos non haereticos sed catholicos esse credebat, paratus quosdam ad sedem apostolicam destinare, ut fidem suam exponerent. Nuper ergo Culinus banus archiepiscopum et archidiaconum ragusinum cum praefatis hominibus Romam destinavit petens, ut papa aliquem virum de latere suo in Bosnam mitteret, qui homines de fide examinaret et plantanda plantaret. Mandat igitur praefatis Johanni capellano et B. archiepiscopo, ut Romam procedant et de fide tam bani, quam ejus uxoris et hominum terrae inquirant.

Theiner: Mon. Slav. merid. I., p. 15.

XXVI. *A. 1202.* Hemericus Ung., Dalm., Croat., Ramequae rex, agit gratias consulibus et populo civit. spalatensis, quod ei fidelitatem servaverint et servent, et Bernardum archiepiscopum amore quo decuit honoraverint. Libertates et honores eorum paratum se declarat protegere omni tempore.

Farlati: Illyr. sacr. T. III., p. 234.

---

[1] Filia Leonardi comitis Absari et ejus uxoris N. filiae ducis Dessae. Huius Leonardi frater Nicolaus (filius Vitalis Michaelis ducis Venet.) habuit uxorem Mariam Ladislavi de stirpe regali hungarica.

Digitized by Google

XXVII. *A 1202.* Andreas dei gratia Dalm., Croat., Chulmaeque dux terram Kaiani castrensis, quam pater illius rex Bela III. Barano zagr. decano perpetuo contulerat, assignans eam per suum hominem Woychna, eidem confirmando resignavit per suum hominem Stephanum. Metarum autem prima fuit ab oriente terra Abraami cognati Gurkonis comitis. Procedendo contra meridiem ad magnum pirum penes terram servorum regis, contra occidentem super fontem lapideum iungens se castrensibus, ac versus septemtrionem iuxta castrum Nicola annectitur publicae stratae zagoriensi, disiungens se a terris castrensium. Testes: Mogy comes, Nicolaus comes, Martinus banus, Crasun comes, Cresen comes, Ata comes, Cristol comes, Paul comes. Datum per Jacobum praepositum magistrum et cancellarium.

Tkalčić: Mon. epp. zagr. I., p. 16.

XXVIII. *A. 1202.* Innocentius III. arguit crucesignatos, quod civitatem Jaderam occupaverint, et cum crucem tulerint proptem Christum, in eum arma converterint, cum debuissent Saracenorum provinciam expugnare. Accepit enim, quod cum ante Jaderam navigio venissent signa contra civitatem protinus expandentes, tentoria in obsidione fixerunt, undique civitatem vallaverunt et muros ipsius non sine multa effusione sanguinis suffoderunt. Cumque cives subire cum Venetis judicium pontificis vellent, neque in hoc etiam apud eos potuissent misericordiam invenire, et circa muros suos armis imagines suspenderunt. Sed crucesignati in injuriam crucifixi non minus civitatem impugnarunt et cives, sed eos ad deditionem violenta dextera coegerunt, nec illos a nequissimo proposito abstinuit reverentia crucis assumptae, nec Henrici regis Hungariae et Andreae ducis fratris eius devotio, qui pro Terrae sanctae subsidio crucis signaculum assumpserunt, nec apostolicae sedis auctoritas, quae illis curavit districtius inhibere ne terras christianorum invadere vel laedere tentarent. Veneti in occulis eorum subverterunt muros civitatis, spoliaverunt ecclesias, destruxerunt aedificia, et cruesignati cum eis spolia Jadertinorum diviserunt. Gaudet tamen papa, quod culpam suam cognoverint et eam per poenitentiam expiare intimaverint. Monet ergo illos, ut universa reddant, quae de Jadertinorum spoliis ad illos devenerunt; sententiam tamen excommunicationis sedis apostolicae, de qua absolverunt illos contra auctoritatem sedis ap. episcopi in exercitu constituti, relaxatam non agnoscens; mittit suum legatum G. s. Marcelli praesbiterum cardinalem, ut ab eis juramentum recipiat et absolutionem impendat. Monet illos insuper et mandat illis, ut regi Hungariae humiliter supplicent, ut super offensa, quam commiserunt in eum, pro Deo et propter Deum illis dignetur misericordiam exhibere.

Wenzel: Codex dipl. Arpad. T. VI, p. 236.

XXIX. **Jaderae,** *mense Februario 1203.* Capitulum Jadrense, Domaldus comes et universitas civitatis, tradunt et concedunt Dominico abbati ss. Cosmae et Damiani de Monte, quoniam tempore suae desolationis et exilii in monasterio ejus agnoverunt fore asilum et auxilium, ad memoriam beneficii exhibiti ecclesiam s. Demetrii martyris in eorum civitate sitam. Subscripti: Marinus plebanus s. Mariae, Petrus plebanus s. Stephani, Joannes plebanus s. Michaelis, Stephanus plebanus s. Petri, presbyter Michael, presbyter Grisogonus. Scripsit: Camasius diaconus s. Anastasiae et com. notarius.

Farlati: Illyr. sacr. T. V., p. 70.

Digitized by Google

XXX. *A. 1203.* Missi Jadertinorum petunt a Reinerio filio ducis Venetiarum et a consilio, pro communitate Jadrensium, ut habeant respectum misericordiae erga illos. Approbant omnes conditiones pacis et subjectionis.

Tafel et Thomas Urkunden zur älterer Handels- und Staatsgeschichte Venedigs. I. 421. Wenzel: Codex dipl. Arpad. VI. 261.

XXXI. *Mense Martii a. 1203* Joannes de Casamaris legatus apostolicus scribit pontifici, quod tractato negotio Patarinorum in Bosna fuerit aliquantis diebus in Ungaria, unde sperat cum nunciis bulgaricis ire ad regem Caloiohannem. De Bosna refert, quod ibidem unicus episcopatus sit, episcopus vero mortuus est. Cum hoc regnum sit adminus dietarum decem et plus, possent ibi creari tres vel quatuor episcopi, necessarius autem esset et unus Latinus.

Theiner: Mon. Slav. merid. I, p. 19.

XXXII. **Apud Jaderam,** *mense Aprili. 1203.* B. Flandriae et Hainoviae, L. Blezensis et Claromontensis et H. s. Pauli comites, Oddo de Chanliet et W. frater ejus notificant, quod super eo, quod apud Jaderam incurrerint excommunicationem apostolicam vel incurisse timent, tam ipsi quam successores eorum sedi apostolicae se obligent, quod ad mandatum ejus satisfactionem curabunt exhibere. Sequuntur aliae litterae eorum ad pontificem et huius ad illos in eodem merito.

Wenzel: Codex dipl. Arpad. VI., p. 240, 241, 242, 248.

XXXIII. **Jaderae,** *mense Aprili. a. 1203.* Henricus Dandulo Venetiarum dux quietat Rogerium Maurocenum absarensem comitem cum suis haeredibus de toto, quod sibi dare et solvere debuisset pro castro Kessae annuatim. Testes: Marcus Dandulo, Lellovillo, Andreas Conradus presbyter et notarius atque plebanus roboravit, Joannes ecclessiae s. Silvestri presbyter et not. testis.

Lucius: De regno Dalm. et Croat. Lib. IV., cap. VIII.

XXXIV. **In insula Regia,** *30. Aprilis 1203.* Priores (Bogomilorum), qui hactenus singulariter christiani nominis praerogativa vocati sunt, in territorio Bosnae constituti, omnium vice, qui sunt de eorum societate fraternitatis, in praesentia Joannis de Casamaris capellani pontificis Romani in Bosna delegati, praesente bano Culino promittunt stare ordinationi et mandatis Romanae ecclesiae. Abrenuntiant schismati, agnoscunt Romanam ecclesiam qua caput suum. In omnibus locis, ubi fratrum conventus commoratur, habebunt oratoria. in omnibus ecclesiis altaria et cruces, libros etiam tam novi, quam veteris testamenti legent. Per singula loca habebunt sacerdotes, qui celebrabunt missas, audient confessiones et tribuent poenitentiam. Cemeteria habebunt juxta oratoria. Septies de anno accipient corpus domini de manu sacerdotis. Jejunia observabunt. Foeminae, quae de eorum erunt religione, a viris separatae erunt tam in dormitoriis quam refectoriis, et nullus fratrum solus cum sola confabulabitur, unde possit sinistra suspicio suboriri. Neque recipient aliquem vel aliquam coniugatam, nisi mutuo consensu, continentia promissa, ambo pariter convertantur. Festivitates sanctorum celebrabunt, et nullum Manichaeum vel alium haereticum ad habitandum secum recipient. Et sicut separantur ab aliis saecularibus vita et conversatione, ita etiam secernentur vestimentis, quae vestimenta erunt clausa, non colorata, usque ad talos mensurata. Promittunt etiam de caetero se non christianos, sicut hactenus, sed fratres nominari ne

Digitized by Google

singularitate nominis aliis christianis iniuria inferatur. Mortuo vero magistro priore cum consilio fratrum eligent praelatum a Romano pontifice confirmandum. Actum apud Bosnam iuxta flumen loco, qui vocatur Bolino poili (polje) 6. idus aprilis. Subscripti: Dagite, Lubin, Brageta, Pribis, Luben, Rados, Bladosius, banus Culinus, Marinus archidiaconus Ragusii. Deinde Lubin et Drageta ex voluntate fratrum et Culini cum eodem Joanne capellano ad Henricum Hungariae regem euntes in praesentia ipsius regis et colocensis archiepiscopi et quinque ecclesiensis episcopi et aliorum multorum jurarunt haec statuta servare.

Theiner: Mon. Slav. merid. I., p. 20.

XXXV. **Ferentini,** *15. Maii 1203.* Innocentius III. papa ad desiderium Joannis regis Angliae et supplicationem Bernardi archiepiscopi Ragusini duxit eundem a. episcopum a cura et solicitudine Rag. archiepiscopatus absolvendum, quod ibi non poterat secure morari, et si regressum habet ad illam, mortis sibi periculum imminebat. Ne igitur idem in vituperium ministerii defectum in temporalibus patiatur, episcopatum Karleolensem et ecclesiam de Meleburn de beneficentia dicti regis et concessione Gulfredi Eborum a. episcopi, benigne collatis de benignitate sedis apostolicae concedit. Quam collationem rex Angliae Johannes confirmat in Merleb 10. Januarii 1204.

Farlatti: Illyr. sacr. VI, 89. Fejer: Cod. dipl. Hung. T. VII., vol. 5, p. 156.

XXXVI. **Termulis,** *29. Maii 1203.* Regnante Frederico rege Siciliae, Mainardus Rogerius et Guillellmus Lombardus judices civitatis Termulae et Trasmundus miles camerarius cum universo populo civitatis, recipiunt omnes Ragusaeos in cives suos, volentes veram amicitiam cum eis manutenere. Praeterea remittunt illis omnem plataticum et arboraticum in sua civitate.

Ljubić: Mon. hist. Slav. merid. I., p. 20.

XXXVII. **Ferentini.** *18. Junii 1203.* Innocentius III. papa mandat capitulo Ragusino, quod cum Ragusinus archiepiscopus in eius praesentia constitutus archiepiscopatum suum ideo, quod morari secure non posset in eo propter inimicitias capituli, quas sibi imminere dicebat, in eius manibus resignavit, quatenus ad electionem novi pontificis canonice procedant, et talem eligant personam, quae non tantum praeesse quam prodesse studebit.

Ex transumpto bullarum archivi Ragusani. MSC. p. 364 in mea collectione.

XXXVIII. **Spalati,** *16. Novembris 1203.* Anno 1203. die 16. novembris existente Bernardo archiepiscopo, Martinuso comite, Cazetta nepote, Pilosi vicario. Cum Santius Dabrane Gumay domum molendinarum Salonae laborasset et archiepiscopus Bernardus in eadem domo proprias molas ponere voluisset, Santius ei proprias molas ibi ponere, nisi de expendio domus refunderet, contendebat Archiepiscopus autem nihil sibi de dispendio refundere debere dicebat. Unde ambae partes arbitrios elegerunt, promittentes coram illis firmiter stare. Archiepiscopus itaque elegit judicem Forminum, Michaelem Sulizae atque Pezzam; Santius elegit Johannem Marci, Dragonem de Pinosa atque Galonem Quibus electis et habito multorum nobilium consilio, et audita eorum ratione, suscepta a Santio manu arbitrati sunt, quod dictus Santius alterum molendinorum, quodcunque sibi placet, suscipiat, et archiepiscopus

Digitized by Google

in altero proprias molas ponat. Si autem ille et eius successor proprias molas ibi ponere noluerit, nulli extraneo nisi Santio molas ponere tribuat. Si ipsa domus post haec defecerit,, de communi dispendio eam reparent. Si archiepiscopus cavalagiam suam reparare voluerit, ita eam reparet, quod cavalagia Santii non offendatur. Presbyter Sabatius juratus notarius communis hoc breve scripsit. Martinus examinator manum misit, magister Gregorius spalatensis notarius jussu dominorum judicum, Duimi, Formini et Miche Madii Jore et consiliarii et totius curiae spalatensis hanc cartam ex autentica carta Sabatii notarii exemplavit et signo consveto signavit. A. 1247. 23. Sept.

Ex archivo aulico viennensi. Acta Spal. XVI., I., 154 Carrara: Archiv. capit. P. 13.

XXXIX. *A. 1203.* Hemericus rex Hung. et Croatiae notificat, quod ad petitionem Zlandi wesprimiensis episcopi, ipsos, qui super terram beati Michaelis, quae inter Muram et Dravam consistit, commorantur, de totius debiti incumbentis et juris ad regem seu ad banum pertinentis obligatione absolvit, et eos ordine excipiens, quod de caetero marturinas non persolvant, praeterea neque banus neque curialis comes, neque aliquis alter, illos exactione, sive ad regem sive ad ipsos spectante, audeant ulterius aliquatenus aggravare.

Fejer: Codex dipl. R. H. T. II.. p. 414.

XL. **Anagniae,** *5. Novembris 1203.* Innocentius III. papa compositionem inter Andream ducem Slavoniae et Emericum regem Ungariae in G. tituli s. Vitalis presbyteri cardinalis, tunc apost. sedis legati manibus versatam et ab eo postmodum confirmatam, sicut ab utraque parte sponte recepta est, auctoritate apostolica confirmat.

Katona: Historia Hung. T. IV., p. 690. Fejer l. c P. 412.

XLI. **Anagniae,** *5. Novembris 1203.* Innocentius III. pontifex promittit duci Sclavoniae Andreae, cum voto peregrinationis emisso proposuerit in terrae sanctae subsidium proficisci, eius personam cum omnibus suis bonis sub beati Petri et suam protectionem suscipere. Disponit quoque, ut si dominus interim masculum ei dare dignaretur haeredem, in eius ducatu succedat, et donec ad legitimam aetatem pervenerit, apostolicae sedis praesidio specialius foveatur.

In vaticana bibliotheca descripsit Josephus Garasupi. Katona l. c. 669. Fejer l. c. 415.

XLII. *A. 1203.* Hemericus rex nuntiat pontifici Romano, quod cum Johannes ejus capellanus, qui de terra Culini bani duos principaliores ex haereticis secum in praesentiam regis adduxisset, rex inspectis articulis, quos susceperant, eadem capitula sub suo sigillo contenta memorato Culino, qui tunc apud eum erat, dedit districte praecipiendo, ut ea et alia, si qua Romana sedes transmittere decreverit, ab omnibus in terra faciat observari. Qui se in manu regis et archiepiscopi Colocensis obligavit, quod si de caetero haereticos in terra sua manutenere praesumpserit, mille marcas argenti persolvet, quarum una medietas pontifici, alia vero fisco regio obveniet. Illi praeterea duo priores, qui cum legato venerant, jurarunt, quod constitutiones dictas firmiter observaturi sint.

Theiner: Mon. Slav. merid. I., 22.

Digitized by Google

LXIII. **Anagniae,** *25. Februarii 1204.* Innocentius III. papa hortatur Venetos ad resipiscendum et poenitentiam agendam de facinore, quod adversus Jaderam commiserant cum exercitu Gallorum crucesignatorum; commemorat insuper qualiter Hemericus rex et Andreas dux, frater ejus, assumpserant signum crucis, in Terrae sanctae subsidium proposuerant transfretare, quorum profectus Venetis impendientibus hactenus est dilatus.

Theiner: Mon. Slav. merid. I., 22.

XLIV. **Romae,** *15. Septembris 1204.* Innocentius III. papa notificat legato suo Leoni inter caetera: significavimus quoque tibi, ut apud Jaderam, quae hactenus cum tota provincia sua subiecta fuit patriarche Gradensi, faceres electionem canonicam de persona idonea celebrari, et electum ad nos consecrandum et palleandum dirigeres, ut sic inciperemus punire superbiam Venetorum.

Theiner: Mon. Slav. merid. I., p. 37.

XLV. **Romae,** *1. Octobris 1204.* Innocentius III. papa scribit regi Emerico, quod ad apostolicam sedem venerint monachi s. Egidii de Ungaria (in Simigio) lacrimabiliter conquerentes, quod eorum abbate defuncto alium sibi secundum antiquum morem elegerint; quod hactenus tam abbates quam monachi consueverint habere Latinos, sed rex electioni huic noluit praebere consensum, affirmans, quod in alium, quam Ungarum, minime consentiret; frater autem B(ernardus) spalatensis archiepiscopus hoc attendens, monasterium ipsum a rege velociter impetravit. De quo pontifex valde miratur, quia licet professione sit monachus et natione Latinus, quum tamen pontificis gerat officium, abbatis non debuit ministerium usurpare, praesertim in aliena dioecesi, et per laicam potestatem idem episcopus, in merito thesauri ecclesiae, opportunitate capta in monachos armata manu irruit violenter, et quosdam ex ipsis manu propria flagellavit, quosdam vero coniecit in vincula monachosque Ungaros, pro sua voluntate, instituit. Quia vero nec novum est, nec absurdum, ut in regno regis diversarum nationum conventus uni domino, sub regulari habitu, famulentur, licet unum sit ibi Latinorum coenobium, quum tamen ibidem sint multa Graecorum, rogat et monet regem, ut non impediat monachos, ut sibi eligant abbatem. Archiepiscopo autem spalatensi minatur cum excommunicatione.

Fejer: Codex dipl. T. II., p. 446.

XLVI. **Jaderae,** *8. Novembris 1204.* Tempore Hemerici regis et Domaldi comitis, Michael filius Dobre Carbonis una cum filio suo Dobre commutat cum Domine filio Martini allodium suum, in platea s. Mariae positum, iuxta domum, quae fuit Andrae filii Gurone, cum omnibus suis terris, terminis et pertinentiis, suscipiens vice versa illius terram, quae est inter vallem Plichuli et vallem Dragsani. Testante: Vitali plebano s. Petri veteris, Cossae Gregorii, Nicolai Lampridii et Bogdani filii Martini. Scripsit Camasius s. Anastasiae diaconus et Jadrensis notarius.

Originale in mea ant. coll.

XLVII. **Venetiis,** *a. 1204.* Henricus Dandulus dux Venetiarum excusat se pontifici Romano: Quod cum crucem assumpserat et transmeandi gratia iter arriperet, necessitate temporis hiemalis ingruente opportuit eum cum stolio

Digitized by Google

suo et perigrinorum apud Jaderam hiemare, quae cum esset rebellis ei et Venetiis longo tempore, de civitate et civibus, secundum quod moris est invicem se inimicantium, iuste sumpserit ultionem. Propter quod sententiam excommunicatias contra eum et Venetos placuit pontifici promulgare, quam patienter sustulit, usque dum per cardinalem s. Marcelli legatum suum meruit absolutionem.

Theiner: Mon. Slav. merid. I., 38.

XLVIII. **Venetiis,** *a. 1204.* Pactum inter Jadrenses et Dominium Venetiarum. Primo volunt eligere archiepiscopum de Venetia, eiusque electionem patriarchae Gradensi pro confirmatione representare, qui etiam fidelitatem duci jurabit. 2. Archiepiscopus habebit antiquum jus de Dalmatinis episcopis, et omnes introitus, quos et antea, et insuper a communi Jadrae omni anno in kalendis martii unum miliarium et dimidium cunicularum. 3. Clerus bis in anno cantabit laudes domino duci et patriarchae, archiepiscopo et communitati in maiori ecclesia. 4. Comitem eligent Jadratini semper de Venetia, et representabunt electionem duci. Comes jurabit etiam fidelitatem duci. Habebit omnes redditus et honorificentias, quas habere solebant de insula Pagi et insuper Scherdam insulam. 5. Omnes homines comitatus a 14 annis et supra jurabunt fidelitatem duci. 6. Si contigerit ducem aut nuntios suos applicare Jaderam, suscipient eos honorifice. Dux potest hospitari in domo archiepiscopali aut in alia domo honorabili. 7. Quoties fecerint Veneti exercitum usque Ragusium et infra, facient et Jadratini secundum numerum suorum virorum. Si vero fecerit exercitum a XXX galeis et supra, quae dabent transire Ragusium, facient inde Jadratini tricessimam partem. 8. Jadratini debunt domino Michaeli, qui factus erat comes Pagi et aliarum insularum, 1350 libras in quatuor annis in singulis kalendis Martii. 9. Jadratini tollent de omnibus navibus extraneorum, quae illuc applicuerint ad portum, illam dationem, quam Venetia tollit ab extraneis navibus, dividentque illas in tres partes: unam archiepiscopo, aliam comiti, tertiam communitati. 9. Omnes amicos Venetorum habebunt pro suis amicis sicut et inimicos pro inimicis. 10. De muris civitatis ruinandis vel non, nihil concludant sine voluntate ducis. 11. Omni anno dabunt communi Venetiarum perperos centum et quinquaginta, calendis Martii, aut tria miliaria bonarum cunicularum. 12. Jadratini restituent omnes illos, qui exiverunt e civitate propter discordiam cum Venetis. 13. Pro obsidibus dabunt Jadratini triginta et infra, qui stabunt semper in Venetia, ad expendium Jadrae. 14. Comes quisque debet habere suam domum Jadrae pro habitatione. 15. Pro conservatione pacti jurabunt omnes Jadratini.

Ljubić: Monumenta hist. Slav. merid. I., p. 21.

XLIX. *Circa a. 1204.* Benedictus gradensis patriarcha et Dalmatiae primas ad petitionem Dominici abbatis s. Damiani de Monte et ejus conventus, ecclesiam s. Dimitrii martyris in Jadertina civitate positam monasterio ab universo clero et populo collatam, confirmat. V. nr. XXIX.

Farlati: Illyr. sacr. T. V., p. 70.

L. **Anagniae**, *4. Februarii 1205.* Innocentius III. papa ad petitionem abbatis et conventus b. Grisogoni Jadertinensis, personas et monasterium ipsorum cum omnibus bonis, quae possidet, aut in futurum adipisci poterit, sub b. Petri et sua protectione suscipit. Specialiter autem: ecclesias s. Petri de

Digitized by Google

Diculo, s. Jacobi, s. Martini, s. Michelis de Brauzo (Obrovac), s. Georgii de Cameniani, s. Johannis de Tilago, ss. Cosmae et Damiani de Berbin, s. Michaelis de Pusimano (Pasman), s. Laurentii de Locorano, cum pertinentiis earundem, insulam Mauni, terram de Berda, terram de Sihovarra et terram de Ceperlane.

Originale in pergam. in archivo gubernii Jadertini, nro. 11., masso A., caps. I.

LI. **Jaderae**, *11. Februarii 1205.* Tempore Petri Ziani ducis Venetiarum, Leonardi jadrensis archiepiscopi et Vitalis Danduli civitatis eiusdem comitis, Manfredus clericus ex donatione capituli jadrensis et assensu fundatorum, suscipit ecclesiam s. Damiani, quae est iuxta forum, suo studio regendam. Cum assensu et consilio subscriptorum virorum permutavit postea idem Manfredus cum Stana filia Sekire, vicina dictae ecclesiae quinque passus terrae eiusdem capellae cum decem passibus terrae eiusdem Stanae. Praesentibus et assentientibus Marino s. Mariae, Prodicio s. Stephani, Johanne s. Michaelis plebanis et Luca de Augusto ac Crisogono presbyteris. Scripsit: Vitalis s. Petri veteris plebanus et jadrensis notarius.

Orig. in mea ant. coll.

LII. **Venetiis**, *3. Aprilis 1205.* Petrus Ziani dux Venetiarum significat, quod venientes in praesentiam ejus haeredes quondam nobilis Rogerii Mauroceni conquesti sint super nobilem Joannem Sisindolum comitem Arbi et eiusdem communitatem, ostendentes unum privilegium continens in feudum eis concessum castrum Chissae cum pertinentiis, quod violenter molestatur ab Arbensibus. Unde praedictus comes arbensis pro predicta communitate ostendit rationem, videlicet privilegia antiqua, quae facta fuerunt tempore Cresimiri regis Croatiae. Quibus auditis privilegia arbensia confirmavit, alia vero repudiavit.

Lucius: De regno Dalm. et Croat. Lib. IV., cap. VIII.

LIII. **Arbae**, *mensis Madii 1205.* Prodanus arbensis episcopus, Joannes Sisinulus loci rector cum suis judicibus Duimo et Philippo et nobilibus civitatis Madio Tiane, Sergio Carine et Marino Dimigne Blasii ac universa communitate arbensi, Terrinus Fr. templariorum segniensium dominator, Crivosia segniensis setnicus, Laisnic curiae dvornicus, Brifani Vertiglavi, Moyses judex, Sribren Curnaviz, Crasiz filius Rastinne, Radoslaus Prestiz, et multi alii, qui negotii hujus causam tractandam Arbam venerunt, fecerunt quamdam recordationis et constitutionis cartam, (quam Farlatus, ad historiam ecclesiasticam non pertinentem, non reproduxit).

Farlati: Illyr. sacr. T. V., p. 239

LIV. *1. augusti 1205.* Andreas II. rex Hungariae Croatiae etc. ad supplicationem civium nonensium designat et confirmat metas eorundem civitatis una cum eorundem antiquis libertatibus et consvetudinibus. Et quidem, quod possint in perpetuum omni tempore eligere comitem sibi undecunque voluerint, qui comes et non alter habet potestatem judicandi eos. Item quod nullus dux, banus vel vicebanus ipsos cives possit ad suum iudicium vocare, neque audet aliquod servitium vel exactiones quascunque a civibus petere, nisi tantum semel pro anno, si eum pervenire contigerit in civitatem Nonae pro regiis aut

Digitized by Google

regni negotiis, expensam pro triginta personis unius prandii sive coenae: neque audent supradicti dux, banus vel vice banus cum maiori numero personarum introire civitatem contra voluntatem civium. Item si aliquis de regno cives nonenses in aliquo offenderit, subjaceat idem offensor iudicio comitis sicuti alii cives. Item quod nullus dux, banus, vicebanus possit in civitate Nona, regio vel suo nomine, munitionem quamcumque construere, vel constructam in suam vel regiam custodiam postulare sed ipsi cives civitatem ad suam custodiant voluntatem. Item a dandis obsidibus perpetuo sint exempti, suisque iuribus et consvetudinibus antiquis uti libere valeant, et eas sicut eis visum fuerit in melius commutare. Tenentur autem laudes regio nomini, sicut est consvetudo fidelium de maritimis, pro honorificentia regia consvetis diebus observare, et per suum clerum et populum deprecare; neque audent ullo infideli vel rebelli regis dare quodcunque auxilium. Regem si ad partes maritimas veniret et civitatem intrare vellet, cives pro posse suo in portis civitatis excipere et decentius quod fuerit hospitium eidem exigere debent. Caeteri vero qui in regis fuerint comitiva, nullum possunt occupare vel recipere hospitium intra muros civitatis, nisi suis propriis expensis et eum civium voluntate. — Metas civitatis fecit rex designari per comite (Li) Oberinum in hunc modum: incipit a capite insulae vocatae Vir, deinde per litus maris ad s. Andream, deinde in quendam locum protensum in mare, qui dicitur Drugozay, deinde in Dicla, deinde in locum Crux parva, deinde in palludem Cugnacovoblato, deinde in parte australi ad Brischiane, deinde ad rivum Potoch, in quodam nemus Iblan et per vallem Budisgna usque ad Chernicza, versus Boream in Cazinagoriza ad quandam Quitivirnizam ad austrum ad vocatas Quinque vias, versus boream ad vallem Romogiaza ad locum Radogn; deinde ad vallem Veprina usque ad lapidem apud mare, super quem est crux descripta. Excepta tamen possessione castri Lubae, quae est hospitalis sancti Johannis. Item pascua in loco Tribras versus occidentem usque ad locum equus (konj) et usque ad cacumen magni montis. Datum per manus Gotfredi otochiensis ecclesiae praepositi aulae regiae cancellarii; existente inter caeteros Calano Quinque ecclesiensi episcopo electo, Gotardo zagrab. epo., Mitrario bano et comite simigiensii.

Idem privilegium confirmavit Bela IV. rex 7 kal. sept. a 1244 deputans ad pristaldum nonensibus Dionisium ducem totius Sclavoniae.

Copia mea ex archivo archiepisc. jadrensis. Habet quoque Fejer cod. dipl. Hung. T. VII., vol 5., p. 166.

LV. *A. 1205.* Zellovellus dei et ducis Venetiarum gratia comes ragusensis scribit Velcinno spalatensi potestati et traguriensi comiti et nobilibus eiusdem civitatis: quoniam Judas olim ragusensis comes nec illis, nec suis civibus justitiam facere voluit, et ideo dissensio inter eos in dies crescebat, nunc autem, quia civitas ragusensis de confinibus Venetiarum habet (comitem), volunt ut mala omnia quae usque nunc acta sunt, extirpentur et plena justitia invicem administretur, ut inter fratres et amicos convenit.

Carrara: Archivio capitulare di Spalato. P. 73.

LVI. *A. 1205.* Andreas rex contulit pro anima sua et dei intuitu terram Gora cum omnibus suis pertinentiis, eo jure et ea libertate, qua eam tempore

Digitized by Google

ducatus sui tenebatur, cum omnibus hominibus, servis et liberis, beatae Mariae, ad abbatiam construendam de domo Clarevallensi ordinis cysterciensis.

Tkalčić: Mon. eppisc. zagr., I., p. 17.

LVII. **Ferentini,** *16. Junii 1206.* Innocentius III. pontifex confirmat conventionem amicabilem inter archiepiscopum et clericos et canonicos ecclesiae spalatensis de assensu et voluntate utriusque partis factam.

In archivo aulico viennensi. Spalatensia. — Carrara: Archiv. capit. di Spalato p. 71.

LVIII. **Ferentini,** *5. Augusti 1206.* Innocentius III. papa corripiens nuntios Venetorum, reprehendit de novo ducem et populum Venetorum propter invasionem Jadertinam, et super multis et magnis offensis, quas non solum in deum et Romanam ecclesia verum etiam in populum christianum ac proximos suos nequiter commiserunt, praesertim in Jadertinae civitatis excidio et de multis iniquis operibus apud Constantinopolim perpetratis. Preces illorum, quas pro pallio destinando abbati s. Felicis, quem Jadertinum electum appellarunt, per praefatos nuntios porrexerunt, admittendas non duxit, quia ex iis, quae per eos acta sunt contra Jaderam nimis contra eos scandalizatus est populus christianus.

Theiner: Mon. Slav. merid. I., 42.

LIX. **Venetiis,** *mense Septembri. 1206.* Rogerius Premarius de confinio s. Pauli et Petrus Michael de confinio s. Sophiae faciunt plenam securitatem duci Venetiarum Petro Ziani, et communi Venetorum de eo, quod continetur in una concessionis et dationis charta facta a. 1203. mense Julio, Rivoalti, quam Rainerius Dandulo, filius quondam Henrici ducis, qua eius vices gerens cum suis iudicibus dedit pro eo, quod a Jadertinis capti et rebus spoliati cum irent qua legati ad imperatorem Constantinopolim, per quam potestatem dedit illis de proprietatibus terrarum et casarum positis infra civitatem Arbensem vel de vineis et terris insulae Jadertinorum in valore nongentarum librarum Veneticarum ad arbitrium curiae Arbisanae.

Ljubić: Monumenta hist. Slav. merid. I., 20.

LX. *A. 1206.* Bertoldus dei gratia dux Dalmatiae et marchio Istriae confirmat beneficia per parentem suum Cartusiae Seitzensi collata.

Fejer: Codex dipl. Hung. T. VIII., v. I., p. 189.

LXI. *A. 1206.* Treguanus episcopus Traguriensis jurat fidelitatem beato Domnio et Bernardo archiepiscopo spalatensi et omnibus eius successoribus secundum omnia quae continentur in canone de forma fidelitatis.

Farlati: Illyr. sacr. T. IV., p. 335.

LXII. **Jaderae,** *21. Martii 1207.* Bartholomaeus episcopus Scardonensis exaudiens postulationem Dominici abbatis s. Damiani de Monte ecclesiam s. Petri de Bubniano, quae voluntate et assensu fundatorum eius, eidem abbati et eius monasterio cum omnibus pertinentiis tradita est, confirmat donationem. Statuit autem et complevit haec traditione Sloviniae filii Boricii et Grubessae fratris ejus, Radoslavi et Dragoslav filiorum Stephani, Yrace Binboli filii Tollicii, Jungii fili Radosci, Nikole et Prodanizi filiorum Dominici Gussikiorum,

Digitized by Google

praedictae ecclesiae fundatorum. Praesentibus Mirgo et Dessidrago, Stojano, Negosso, Dragovano, presbyteris; Duymo Mogoroviko, Tataro Chlevnanino, Chodimiro Caciclo, Jutrosso etc. Scripta sunt haec a Vitale s. Petri veteris plebano et Jadertino notario.

Farlati: Illyr. sacr. IV., p. 14.

LXIII. *A. 1207.* Andreas II. rex manifestum facit, quod tempore sui ducatus in Slavonia pro salute animae suae et progenitorum suorum contulerit septem villas domui s. Sepulchri et in manus praepositi Nicolai, qui tunc temporis eidem domui tam in Polonia quam in regno Ungariae praeerat, per pristaldum suum Oser de villa Pagh fecit assignari. Postmodum in regni solium sublimatus collationem suam confirmavit. Harum septem villarum erant tres super Glogonicam, videlicet: villa Cosmae, Poren et Vysumer. In Strazila duae, scilicet villa Proklancza et Sidovina et ibi prope est villa Durbe. Super Raszinam fluvium est septima villa Druse. Metae sunt hae: de territorio Cosmae prima in monte cumulus de terra, qui incipit dividere a territorio templariorum, procedit usque ad fluvim Glogonicza. Ex alia parte dividit territorium Pridanczy a dicto monte. Ascendendo per montem descendit ad rivulum Bridin ac venit ad lacum ranarum et descendit iterum ad Bridin; inde ad montem occurit a parte villae ducissae, descendit in vallem Kusinte et a cumulo descendit in Glogovniczam et ad rivulum Szumech usque ad montem Lippa gora et descendit ad Glogoniczam, deinde ad montem Grades usque terminos Zadrec et ad minorem Glogoniczam, in quem cadit rivulus Strassila, procedit ad montem vinearum et inter vineas per montem ad alium rivulum Strassila, transeundo iuxta Alamnii cumulos usque in Razinam; deinde usque ad terram Vranis, et incipit terra de Dolsa eundo per viam usque ad terram Priodanko, descendit ad fluvium Quopurnice, ad montem ubi est cumulus, a quo incipit terra templariorum usque ad terminos Cosmae. Rex concedit etiam populo villarum eadem gaudere libertate, qua faventur villae templariorum et hospitalariorum, praeterea domui donat praerogativam, ut nullus tributariorum eam aliquo exactionis genere audeat aggravare, neque de rebus et vineis exigere tributum aut aliam pensionem. Domum quoque eiusdem dominici sepulchri in Marchia simili privilegio duxit muniri, quod ei etiam condam frater eius (rex Emericus) contulerat. Datum per manus Roberti albensis praepositi et aulae cancellarii. Inter subscriptos: Calanus quinqueeclesiensis episcopus, Gotardus zagr., Petrus sirmiensis episcopus, Chepanus filius Michal banus et simegiensis comes.

E transumpto capituli chasmensis de anno 1375 et comitis Sigismundi Erdödy bani de anno 1629. Orig. perg. in mea collectione; nunc in acad. Slav. merid.

LXIV. *A. 1207.* Andreas II. rex confert Almissanis simile privilegium sicuti aliae civitates Dalmatiae possidebant.

Lucius. Schwandtner: scriptor. rer. Hung. III., p. 257.

LXV. *A. 1207.* Andreas II. rex ad preces patris Bernardi archiepiscopi spalatensis confirmat jura spalatensis ecclesiae, et omnes ecclesiasticas seu rerum saecularium possesiones, jurisdictiones quoque episcopatuum et quarumlibet ecclesiarum. Subjicit illi ad instar privilegii romanae ecclesiae nominatim

Digitized by Google

segniensem, nonensem, scardonensem, traguriensem, corbaviensem, tinniensem, farensem et bosenensem episcopatus; item ecclesias s. Moysi et s. Stephani de Salona, cum omnibus pertinentiis. Villas etiam Srenine et Gethe et montem Crassum, villam s. Georgii et Ostrohe. Item ecclesiam s. Stephani ante Spalatum, s. Bartholomaei de Tini, villam Coriza et Lavena et totum regale praedium Byacce et totum territorium s. Vitalis, quod ad idem praedium spectat, non obstante privilegio, per falsi sugestionem impetrato, quod dedit Tragurinis, quando gerebat ducalia. Item omnia molendina in Salona fluvio sint libera ab omni exactione tributi; et omnes sextarios farinae, qui septem analiter pertinebant ad banum, confert ad usum ecclesiae spalat. Item Ziminam et Cethinam, Clevnam et totum Masarum. — Inter magnates subscripti: Calanus episcopus quinqueccl., Gothardus zagr., Stephanus filius Mic banus et comes Simegiensis, Chuz comes Posonien.

Farlati: Illyr. sacr. III., 237.

LXVI. *A. 1207.* Andreas II. rex jurat spalatensibus super sanctam crucem firmam pacem et libertatem; regi, filio ejus aut successoribus ejus tributarii non sint. Episcopum et comitem, quem clerus et populus elegerit, confirmabit. Lege antiquitus constituta cum eorum judice eos uti permittit, praeter quam introitus portus civitatis de extraneis duae partes rex habeat, tertiam vero comes civitatis. In civitate eorum neminem Ungarorum vel alienigenarum habitare permissurus, nisi quem voluntas civium expetierit. Cum autem ad eos coronandus aut regni negotia pertracturus cum eis venerit, nemini civium vis inferetur domorum suarum, judicem extra civitatem proficisci non concedet. Omnibus civibus terra marique et per totum regnum negotia exercere liberum sit, neque ex commercio debitum aliquod nec regi nec homini regio persolvant. Obsides ab eis nullo modo recipiet, sed in curia servire volentibus morandi et discedendi facultatem obtineant. Cuivis e civitate et regno cum uxore et regno emigrare licitum sit. Datum per manus cancellarii Roberti praepositi albensis. Existentibus inter caeteros Calano quinqeeccles., Gottardo zagr. episcopis, Cheffano filio Michae bano et saguriensi comite.

Kukuljević: Jura regni I, 40. Fejer: Codex dipl. Hung. T. II., p. 118. Signatum bulla aurea. Liber pactorum reip. venet.

LXVII. *A. 1207.* Andreas II. rex jurat super s. crucem Almisanis firmam pacem et libertatem. Ei aut filio suo et successoribus eorum tributarii non sint. Episcopum et comitem, quem clerus et populus elegerit, confirmabit et lege antiquitus constituta cum eorum judice eos uti permittet. In civitate eorum neminem Hungarorum aut alienigenarum habitare permittet, nisi quem voluntas eorum expetierit. Cum ad eos coronandus aut cum eis negotia regni pertracturus venerit, nemini civium vis inferetur domorum suarum nis; quem soli susceperint. Judicem inter eos et extraneos a se constitutum in civitate sedulo morari permittet. Si quis eorum per ejus regnum terra marique negotia exercuerit, regi aut alicui ejus hominum ex proprio commercio nullum persolvet debitum. Obsides ab illis nullo modo recipiet, sed in curia eius servire volentibus rogam impendet, et morandi sive discedendi ad suum velle facultatem optinebit nullaque eis super hoc molestia inferatur. Si dominium regis aliquem aggravare videbitur, et ex ejus urbe exire voluerit, secure cum

*

Digitized by Google

uxore et filiis et familia et omnibus bonis suis quocunque sibi placuerit eat. Haec omnia sine fraude et ingenio observabit.

Wenczel: Mon. Hung. historica. Codex Arpadianus. I., p. 93. Signatum aurea bulla. Ex libro privilegiorum communitatis almissanae. MSC.

LXVIII. *A. 1208., 21. Martii.* Tempore perturbationis et diebus malorum, in quibus civitas Jadertina solotenus prostrata est, necessitate cogente ad capellam S. Petri apostoli fundatam in loco Bubiani, quae quondam fuit monasterii S. Dimitrii, in quo parvus grex (monialium) Deo famulabatur, confugerunt Dragasa, Girda, Premilla et Dabrosa moniales et quaedam aliae, quae jam carnis viam ingressae sunt, volentes in eodem loco Christo servitium exhibere, sed propter instans schisma, quod ortum est inter potentes Slavoniae, multa et gravia incommoda ab omnibus quotidie perpessae fuerunt. Erant tunc sine rectore, et usque ad unum non erat, qui eis faceret bonum. Accesserunt tunc ad patrem Dominicum abbatem S. Damiani de Monte et fratres eiusdem monasterii, rogantes ut eis subveniret, qui habito fratrum consilio suscepit illas in consortium fraternitatis suae, pollicens eis, tam in victualibus quam et indumentis et omnibus necessariis, prout sororibus suis, providere; ideoque de communi voluntate fundatornm ejusdem ecclesiae s. Petri, scilicet Sloviniae et Grubessae filiorum Boricii, Radoslavi et Dragoslavi filiorum Stephani, Grace Binboli filii Polissi, Jurgii filii Radosti, Nicolae et Prodanizi filiorum Dominici tradiderunt ipsam ecclesiam s. Petri monasterio s. Damiani in perpetuum. Praesentibus: Bartholomaeo episcopo scardonensi, Mirco, Desidrugo, Stoyano, Negoso, Dragovano praesbyteris, Duymo Mogorovikio, Tartaro Chlevniano, Chodimiro Cacicli, Sutroso, et Slavomiro Lisnicikig, Privoso et Trebeso Virevikig, Stroyco, Dalmozaymo, et Uste Cuddomirikio; scriptum a Vitale s. Petri veteris plebano et jadrensi notario.

Farlati: Illyr. Sacr. T. V. p. 70. Cf. supra nr. LXII.

LXIX. **Rivoalti,** *mense martio 1208.* Roberto, Petro, Johanni atque Andreae filiorum Rogerii Mauroceno, quondam comitis absarensis, conceditur a dominio Venetiarum carta concessionis de comitatu Absari cum insula Leporaria et Auriola et Seracana, cum omnibus redditibus et honorificentiis ad dictum comitatum pertinentibus. E converso obligant se Robertus et Petrus, comitatum et insulas regere, conservare et defensare ad utilitatem dominii Venetici sine eius auxilio, contra omnes, exceptis coronatis personis et eorum exercitu manifesto. Insuper solvent omni anno communi Venetiarum libras denariorum veneticorum 400 Ad haec observanda praestitit pro tunc sacramentum Petrus, donec frater eius Robertus venerit in Sclavoniam vel in Venetiam infra tres menses de custodia, qua tenetur. Cum duo juniores fratres Johannes et Andreas non habuerant adhuc legitimam aetatem, receperunt comitatum solummodo dicti duo seniores. Petrus Mauroceno cum scribere nesciret, pro se scribi et signum facere rogavit. Testes: Joannes Juliani et Stebhanus Enzo.

Ljubić: Mon. hist. Slav. I. p. 24.

LXX. **Molficti,** *mense maio 1208.* Cives Molficti civitatis concordarunt mutuam dilectionem et consanguineitatem cum civibus Ragusii; et statuerunt, quod nec Ragusini in Molficta plazam tribuerent vel scalaticam, nec Molfictenses Ragusii plazam vel scalaticum, et familiam vel ancoraticum. Privilegium

Digitized by Google

hoc, ante 60 annos reciproce factum, renovarunt Aecarnus episcopus molfictensis cum omnibus civibus.

Ljubić: Mon. hist. Slav. mer. I. p. 26.

LXXI. **Anagniae,** *11. Junii 1208.* Innocentius III papa mandat archiepiscopo ragusiensi et archidiacono traguriensi, ut sententiam excomunicationis in episcopum Nonensem latam, irritam denuntient, cum fratres militiae templi de Vrana (Urania) ei significaverint, quod cum ad episcopum tinniensem contra nonensem papales litteras impetrassent, idem nonensis amicabiliter super iis, de quibus inter ipsos quaestio vertebatur, composuit cum eisdem; tinniensis autem episcopus praefatum nonensem, contra quem rancorem conceperat, eisdem fratribus nescientibus propriae voluntatis arbitrio excommunicavit.

Theiner: Mon. Slav. merid. I., p. 44.

LXXII. **Almissae,** *20 junii 1208.* Sebenna comes Almissae una cum fratribus et propinquis suis, cupiens reformare . . . (pacem?), transmisit Sincam fratrem suum nobili viro L. Querino ragusino comiti, qui S. coram eo pro eis pacem habere juravit, et quae Venetis citra festum s. Lucae ablata forent, reddere constituit. Misit etiam farensem episcopum qua legatum ad ducem Venetiarum Petrum Zianum, ut ea, quae acta fuerant cum dicto comite, ei notificaret et ipse confirmaret, quod ille etiam fecit. Placuit ad haec duci supradicto mittere ad eum Suanum plebanum s. Joannis ev. qua nuntium, ut pacem cum eo statueret et confirmaret, quem laete suscepit, volens eius voluntati parere cum voluntate omnium suorum propinquorum et totius populi sui dominii. Et hoc firmant ipse comes Sebenna et Desislaus, Rados, Dragan, Bogdanus et Sinca comites. Savinus, Maurus, Sifante, Damianus, Gervasius, Mathaeus Ragusaeus, Chodina, Gardogna, Braynech, Tulcus, Poclad, Drasizoto, Mathaeus Catarinus, et jurant firmam pacem et amicitiam semper observare, promittentes quod nunquam velint Venetos per mare molestare a Samsico usque Venetias et a Fano etiam usque Venetias. Huic tostes praesentes: dictus episcopus farensis, presbyter Otto venetus, Nichola jadertinus presbyter, Stancius, diaconus Dragogna, Mathaeus Marinus, omnes tres de Kerso, et multi alii.

Hormayr: Geschichte Tyrols I. Th. p. 212. Fejer Cod. Dipl. Hung. T. VII. vol. 5. p. 172.

LXXIII. *1208. 3 julii.* Georgius rex Diocleae etc. et Bladinus frater eius et Stranco et Petruslav consobrini ejus, jurant Petro Ziani duci Venetiarum, quod terram, quam nunc habent, et illam, quam acquirent in antea, tenebunt per eundem ducem et suos successores; et quod in omni districtu eorum homines dominii Venetiarum erunt securi in personis et rebus. Et si Demetrius se non converterit ad fidelitatem ducis, si a duce solicitati erunt, praestabunt ei contra illum auxilium Amicos autem et inimicos Venetiarum pro suis amicis et inimicis habebunt.

Ljubić: Monumenta hist. Slav. merid. I., p. 27.

LXXIV. **Jaderae,** *mense Septembri 1208.* Viola monialis s. Mariae, quondam abatissa s. Dimitrii, post desolationem civitatis Jadertinae, cum non esset aliquis, qui de voluntate ducis Venetiarum in ea quiesceret habitare, relicto parvo

Digitized by Google

ovili suo divertit ad civitatem arbensem, ubi in monasterio s. Andreae permansit; sorores autem illius confugerunt, bonis omnibus expoliatae, ad ecclesiam s. Petri in Bubiano, capellam sui monasterii, et ibi miseram vitam ducentes per aliquod tempus manserunt. Cumque Deus Jadertinis facultatem reddeundi ad loca propria tribuerit, et sorores propter fervens schisma, quod inter nobiles Slavoniae ortum fuerat, diurnis et nocturnis efficerentur incommodis, et nullam reddeundi facultatem ad ecclesiam s. Dimitrii haberent, quae a quibusdam Jadertinis habitabatur, illustrissimus vir Domaldus comes, capituli et populi consilio habito, optulerunt eam monasterio s. Damiani de monte habendam in perpetuum, cui etiam sorores illius cum praedicta capella sua sponte se subdiderunt. Caeterum cum civitas praedicta de die in diem in melius cresceret et dicta Viola multis indigeret, rediit et illa; et cum quaereret ecclesiam suam pro voluntate capituli et Vitalis Danduli comitis et totius communitatis nequivit illam habere, cum Benedictus patriarcha gradensis eam monasterio s. Damiani tradidisset, Viola autem benigne et misericorditer a Talia s. Mariae abbatissa, cum sororibus suscepta, cum ibidem maneret ad exhortationem capituli et communitatis, Dominicus abbas s. Damiani ad sustentationem illius tribuit ei XX perperos et pro illis, quas illa secum eduxerat e monasterio s. Dimitrii. Ideoque ipsum monasterium in perpetuum reddit securum, nullamque loquellam vel rixam contra eum et fratres ipsius excitaturam. Actum in praesentia Mathaei presbyteri s. Mariae majoris, praedicti S. Stephani, Manfredi s. Michaelis plebani, Crisogoni presbyteri s. Anastasiae, Camosii diaconi, Cossae Grisogoni, Michae Pecenegi, Dessae de Pezze, Vitaza Petrizii, Nicolai de Lampredio, Leonardi de Ossinico, et aliorum multorum. Scripsit Vitalis s. Petri veteris plebanus et jadrensis notarius.

Farlati: Illyr. sacr. T. V., p. 71.

LXXV. **Jaderae,** ***21 Marti 1209.*** Temporibus Petri Ziani ducis Venetiarum, Leonardi jadrensis archiepiscopi ac Petri Michaelis comitis Coscia Gregorii, commissarius Bonae filiae Madii, consanguineae suae et eius haeredum, una cum Gabriele Quirino viro Inglese genero ejus, post multas contentiones, quas habuerunt cum Drasce Balbo et cum ejus sororibus, Agape et Dabrizza, de terris de Jimano, venerunt ad convenientiam pacis in hunc modum: quod medietatem Dragae Bona et alias (partes) Drasce et sorores suae habeant et possideant. Actum in praesentia Cosce, Crisogoni Dimine, Martini Lampridii de Valentino et Dimine Scidani. Scribit Vitalis s. Petri veteris plebanus, jaderensis notarius.

In collectione mea antiqua. Privil. Bibl. acad. Slav. mer. Zagrabiae.

LXXVI. *A. 1209.* Andreas II rex considerans fidele servitium hospitum in villa Varasd commorantium, quod ei fideliter, dum in Kene detineretur in carcere, exhibuerant, eis ad petitionem Poch palatini et comitis musuniensis perpetuo jure contulit statum libertatis, ac terram circumdatam undique metis praecepit eis assignare. Libertas autem haec est: quod comes vel suus comes curialis non habeat potestatem eos judicandi, sed inter se quemcumque volunt judicem constituant, quem richtardum solent appellare. Nullus burgensis tributum aut tricesimam soluere teneatur, nisi qui vadit in Teutoniam cum suis mercimoniis de quolibet curru ponderato solvet tres denarios; de singulis

Digitized by Google

equis venalibus duos denarios, a duobus bobus 1 denarium; de tribus porcis 1 denarium. In portu Dravae de quolibet curru 1 denarium. Si quis haerede carens decesserit, libere disponat possessionem suam, sive ecclesiae sive cuilibet suorum cognatorum. Si quis voluerit de villa discedere, venditis omnibus aedificiis libere possit abire. Quicumque per aliquem extraneum in rebus suis damnum pateretur, et idem malefactor ab eodem burgensi in villa sua recognosceretur, rictharus eiusdem loci inter eos faciat iustitiam. Metarum autem prima terrae Iwancz incipit ab oriente et tendit versus meridiem et arborem nyarfa, et procedit usque ad aquam Plinz infra capellam s. Petri; in occidente venit ad rivulum Blizna, vertitur ad meridiem ad quamdam vallem et ascendit ad magnam viam, per quam itur ad Thoplich, ubi tenet metas cum Zelko et cum terra Thoplich; inde tendit ad montem, qui dicitur Pechyze, ubi sunt cavernae in eodem monte; progreditur versus occidentem usque viam levatam, ubi tenet metas cum Wekozlau et cum Burdon in quodam loco aqueo; ad aquilonem pertransit pontem muratum et duos lacus, conterminatur villae episcopi, et tenet metas in ea in quodam lacu, versus meridiem cadit ad fluvium Plinz, exit ad viam levatam, et per eandem cadit in aquam Breznicze, ad occidentem conterminatur villae Berac; inde ad caput aquae, ubi cum Radomer tenet metas; in aquilone cadit ad aquam Plinez, conterminatur villae Domse; deinde tendit ad magnam viam, per quam itur ad terram cruciferorum; in aquilone itur ad dumum Coruli; inde ad magnam viam, per quam itur ad Teutoniam; inde ad metam arboream, ubi est commetaneus Iner jobagio castri; deinde ad portum Dravae, per quem fluvium magnum circuit insulam, quae dicitur Zrepiczar, quam nunquam aqua separare possit ab hospitibus; per maiorem cursum fluvii magni venit ad praedictam villam Iwancz, in qua gradiens conterminatur primae metae. Prestaldi regis: Gurdon de castro Grebin et Zelko terrigena de villa Pliticze. Datum per manus magistri Thomae aulae cancellarii. Existente Stephano episcopo zagrabiensi, Zacharia comite varasdiensi.

Kerchelich: Not. Prael. p. 188. Mea: Jura regni I. p. 41. Monum. Hung. hist. VI, 125.

LXXVII. *A. 1209.* Andreas I. rex. recordans, quod comes Wratislaus tempore, quo ducatus fruebatur dignitate, quando inter eum et fratrem Hemericum regem discordia vertebatur, ob fidele servitium, quod ei exhibuit, non modicam jacturam tam domus suae combustae, quam rerum caeterarum, praecepto dicti fratris et regis, passus fuisset; denique susceptis regni gubernaculis ad praesentiam regiam accessit, rogitans ut patrimonium suum et fratrum suorum cum omnibus praediis et possessionibus suis sub tenore privilegii corroboraret, praebens auditum petitionibus dedit in mandatis Bank bano, ut terram et possessiones Wratislai diligenter inspiceret. Qui banus per regium pristaldum et suum capellanum Cyprianum de meta ad metam possessiones inspicere curavit, praesentibus pluribus castrensibus et canonicis zagrabiensibus, nullo prohibente aut contradicente. Rexque possessum confirmat, concedens ei libertatem, quod nullus banus, nullus comes, sive quilibet alius, super illam terram, nisi ex bona voluntate possessoris, descendere praesumat. Metae autem hae sunt: Prima meta praedii Dobra incipit a Sava et tendit ad lapideum portum, inde per varias metas arboreas ad cacumen montis,

Digitized by Google

ubi metatur cum terra ecclesiae zagrabiensis et vertitur ad locum Calz, inde ad rivum; inde ad ecclesiam omnium sanctorum, inde ad rivum Studenz, inde ad Savam; ab ecclesia oo. ss. dividit Wratislav terram suam, quam absque consangvineis possidet. Ibi etiam habet praedium pro se, ubi est ecclesia S. Martini, cujus praedii meta incipit a Sava, et tendit usque ad Crapina, deinde ad Gypka; inde ad verticem montis Zelemen. Praedii Poloniza, ubi Vratislaus comes aedificavit ecclesiam s. Nicolai, prima meta est versus occidentem aqua Crapina, inde ad rivum Ded potoka, qui descendit de monte Ursi (Medved), ubi dividitur a terra fratrum suorum. Frater Petus habet praedium nomine Lubenic infra metas s. Nicolai; Dobucha vero et Berislav fratres comitis habent praedium Bistra, cujus meta incipit penes Crapina et tendit usque ad rivum Jerana, inde ascendit ad montem Ursi. Vratislaus habet etiam praedium iuxta Crapina nomine Cherniz, cuius meta est iuxta aquam et tendit ad rivum Kamna, inde ad magnam viam, quae venit de calida aqua, et vadit ad Pritiskam. Aliud praedium Vratislai Ztubiza, ubi aedificavit ecclesiam s. Georgii, cuius meta, quam ostendit metarius Nesdist pristaldo, incipit ad arborem abietis, et vadit ad rivum Cladnik; deinde ad Topliza; inde ad montem; inde meta arborea, quam ostendit metarius Nisk, et alia quam monstravit Nomoy; inde ad metam Martini; inde ad locum Holm; inde ad magnam viam, quae dicitur Torda (tvrda) via, inde ad caput rivi Cassina; inde ad locum Planina, inde ad locum Dubiza: abhinc ad caput Vidak, et revertitur ad primam metam. Aliud praedium Bistricza habet Vratislaus, cujus metas monstravit Petku, incipit ubi Sitomeria cadit in Crapinam; inde iuxta aquam ad rivum Zdeed; inde ad locum Claz; abhinc ad Globouecz; et per montem, vineas et metas arboreas ascendit ad magnam viam, deinde vadit Bystrizam, ubi est magna meta, et transiens aquam ad vineam et caput rivi ad cacumen montis, deinde revertitur ad domum Martini; vadit ad caput rivi Lubenik, et ubi idem cadit in alium rivum, vadit ad locum Calze, et ad locum ubi rivus cadit in Crapinam. Cosina autem frater Vratislai habet terram et praedium Pihina in loco, ubi dictus rivus cadit in Crapina, quam metam monstravit Nemog et vadit ad locum Zavej, et per varias metas ad aquam Pichina; inde ad montem, ubi coniungitur metis Vratislai, quarum fuit metarius Cuplen. Vratislaus habet quoque praedium Horsovcz, cujus meta incipit ad rivum Zelnik, quam monstravit Boyla metarius, et vadit ad caput Zelnik, ubi fuit metarius Gerizlav; et porro arboreae metae, quarum metarius fuit Bolarin, vadit ad rivum Lucilnica ad metam domus Crisan et cadit in Crapinam. Aliud praedium Vratislai Plesiviza incipit ad caput Javoroz, et tendit ad Lipovz, deinde ad Drenez et ad caput Brigana, et revertitur ad primam. Habet Vratislav et praedium Horonguza inter Zavam et Cherniz, quod est commune fratribus, cujus meta incipit apud Drenec, metarius fuit Baran, inde ad Zavam. Vransa etiam cognatus W(ratislai) est particeps praedii, Toma vero et Petrus fratres Wratislai habent praedium Otok, metarius Zobola, meta vadit ad rivum Biztua, inde ad rivum Pioisa, inde ad Mlacam et Savam. metarius Crisan. Troceil frater Wratislai habet praedium Orehovez iuxta Savum. Stephanus habet praedium Poiatna, metarii sunt Uresc, Berislav et Posdis. Strizmer habet praedium Lipouz; metarius Martinus, Berislav et Drascy. Datum per manus Thomae v. cancellarii. Bertholdo colocensi electo. Calano

Digitized by Google

Quinqueeccl. Gothardo zagrabiensi, Bank bano, Moche posoniensi, Ochuz suproniensi.

Tkalčić: Mon. episcopatus zagrab. I. p. 17.

LXXVIII. *A. 1209.* Andreas II rex agnoscens, quod Bela rex pater ejus Bartholomeo comiti (de Veglia) terram in Banatu tali libertate contulerit possidendam, ut eam, si filio caruerit, cuicunque de consangvineis suis relinquere possit, modo eadem liberalitate admittit ad petitionem ejusdem Bartholomei, ut eandem terram nepoti suo comiti Guidoni de Vegla iure perpetuo possidendam tradere possit. Datum per manus Roberti aulae cancellarii; subscripti inter caeteros: Calanus episcopus Quinqueeccles, Guthardus zagrabiensis, Banco banus, Ochuz supruniensis comes.

Wenczel: Cod. diplom. arpadianus XI, 95. Originale pridem in archivo regnic. zagrab. nunc Pestini.

LXXIX. *A. 1209.* Andreas II rex agnoscens, quod regia celsitudo hiis popotissimum opera misericordiae propensiori cura debet impendere, qui et crucem salutiferam et sepulcrum dominicum contra paganos effusione sanguinis confovent, considerans igitur miliciae templi religiosam devotionem et assiduos labores contra Christi hostes, duxit omnes templarios, qui infra regni terminos, et tam in Dalmatia quam in Chroatia, et omnia eorum bona mobilia et immobilia contra quemlibet hominem protegere. Constituitque, ut nullus banus vel banilus vel aliquis alius descensum vel aliquod tributum, vel collectam, vel liberos denarios, sive marturinas, vel denarios ponderis, vel exaccionem aliquam, sive aliquod onus, a fratribus templi et eorum jobagionibus ac hominibus pro quibuslibet rebus exigere praesumat. Confirmat quoque omnia illis a praedecessoribus suis collata privilegia, sicut illa et rex Hemericus frater eius confirmaverat; scilicet villam Pisana in comitatu Gore; cujus meta prima vadit usque Belox et deinde in Cuthinam usque ad pontem Chaoval, postea ad Jamitha, sicut via regis est, ad Banc et de Banc usque ad Noac, et sicut est via, quae ducit ad fontem iuxta Gustunt. Terrae vero de Cuthina meta est: per rivulum de Wolchenis ad montem usque ad magnam viam. Iobagiones etiam et omnes homines, quos habebant tempore magistri Gaufridi, Marcel et Kalani bani, tam in Dalmatia quam in Croatia, sicut Bela rex eis concesserat, confirmat. Villam quoque Cupam, quam ex concessione Belae regis comes Wolchis erogavit; pro qua villa ex parte regis fuit pristaldus Petrus frater Georgii Moici eo tempore vice regis iudicis, et Jurk de Brichina pristaldus dicti comitis. Hi sunt testes super hoc donum: Michen pater Wolchete de Belina et Bramtho de Boniche et Brisano centenarius. Insuper confirmat quoddam praedium Haco, quod illis dedit comes Gutimerus, qui erat comes Gorre, et ex concessione regis Stephani, qui eodem tempore regnavit. Pristaldus fuit Johannes de Drawa et comes Burili de Gorice. Forum etiam, quod eis pater Bela rex pro luminari ecclesiae b. Mariae dedit, confirmat. Insuper quamdam terram civilium in comitatu de Gora cum suis hominibus confert, cujus metae: prima publica strata, quae via exercitus dicitur, tendit ad Treztenic; deinde ad viam antiquam cementario opere supereffusam; deinde usque ad Cepeni et ad fluvium Glina cum utraque eiusdem ripa. Adjungitur deinde terrae Bris, tendit ad Lipechena et revertitur ad dictam muratam viam. Hominum nomina sunt:

Digitized by Google

Oche, Budil, frater ejus Slanem, Drasila, Wasete, Wolche; qui nulli servire tenentur nisi fratribus, et immunes sint omnium exactionum et collectionum, quae per Slavoniam habentur, sive pro necessitate ducatus imponentur. Dat quoque villam Cresseno, quam pater eis contulerat, et villam de Tresina, cuius metae: flumen Cremekysa, vadit usque ad Cupam, ex alia parte magna via regis, quae vadit Zagrabiam; ex parte Boniche usque ad Cupam, superius mons, inde ad locum Selath. Civitatem vero Scen, quam illis rex Bela contulit, cum pertinentiis et ecclesia s. Georgii in eiusdem civitatis territorio, quam Petrus archiepiscopus Saloniae dedit, confirmat. Villam quoque Glogonice, quam Prodanus zagrabiensis episcopus sua pecunia emit, et rex Bella concessit, etiam rex concedit, cujus meta incipit de rivulo Zelina, qui fluit in aquam Glogoniza, et ducit ad metam Cuthe et per silvam ad metam cuiusdam proceris Vinislav et ad viam, quae ducit ad locum Crisiensem; inde vadit ad Zopoc per silvas et fluit aqua, quae vadit in aliam aquam Vertilena et transiens montes ad viam Rostinaz, inde ad minorem Vertilena usque ad viam, quae ducit ad Kemyheth, et per montes et valles itur ad terram Veysa, ad aquam Zelna, et terras Batha, Bocko et Cramca quas rex Hemericus dederat fratribus. Quarum metae prima prope Dumbovach (Dubovac) inde in Glonice aquam ad terram Logdon, per montem descendit in Grazenam aquam; a latere montis ad pothoc Liscoviche et descendit ad Copronice et per montes et varias metas ad terram, quae dividit terras templi et sepulchri, per viam ad foveam, quae slavonice Kalicha nuncupatur. Villam quoque Esdel (Zdelja), quam banus Boricich de Bosna pro remedio animae suae domui miliciae templi e concessione Stephani regis et munimine Belae regis contulit. Terram etiam quam ejusdem Boricii nepotes domui dederant. Terram etiam s. Martini a castro zagrabiense exemptam in puram dedit elemosynam. Templariis, licet eandem terram Crakoni Valpo, cum adhuc fidelis existeret, donasset, versa autem fide et caput et omnia propria infami fraude perdidit. Hujus terrae prima meta est: Prelistia per rivum Oriconox descendendo ad Licoos, deinde ad Cuchia, hinc ad Schernet magnam, usque dum cadit in Polica, de Polica in magnam Schernet et inde in Zelina, ubi est terra episcopalis, inde ad parvam Chernet, ad Terbensapole, inde ad Choren; dein ad Lupoglave, ad siccam Loignam iuxta terram Petconis, de sicca in magnam Loignam, et iuxta terram Philippi usque ad magnam viam, quae ducit Zagrabiam; deinde iuxta terram Hertconis ad Babina gora; inde ubi Bogorod cadit in Zelinam; inde per medium Clenoyze vadit ad Dumbro, deinde ad Chernichina et cadit in Glovice et in Chernecz; per silvam protenditur in Cassina. His metis circumscriptis iubet illos rex in possessionem induci per comitem Vanleginum conturbenarium Banconis bani. Praeterea ad petitionem fratris Cononis dictae domui templi dat servitium duorum hominum liberorum de Gora, quos a communi servitio sex generationum excipit, videlicet Velizlaum et Chudislavum, ut servitium pro rege vel bano teneantur. Caeterum sicut rex Bela templariis per totum regnum dedit singularem libertatem, ut a nullis invadantur hospitibus, nec banus, nec aliquis alius in illis praesumat hospitari, ita et ille confirmat. Hoc privilegium communit rex aurea bulla. Datum per Thomam praepositum albensem et aulae cancellarium; subscriptis inter caeteros Calano episcopo quinqueecclesiensi, Gothardo zagrabiensi, Bank bano, Ochiuz supronienši.

Tkalčić: ***Monumenta epp. zagrab. I, 20.***

Digitized by Google

LXXX. *A. 1209.* Andreas II rex nobilibus Croatiae: Albus (Bela) Slavogost comiti de Corbavia et Dragoslavo concedit privilegium sub bulla aurea sui patris regis Belae, qui pro eximiis servitiis dedit illis terras Possedaria, Suerdlac, Sevellata, Brisniza, Jamma, Loqua, Budalia, Mircha, Zachlum, Nova, Bletchyane, Jutra. Testes: Thomas banus, Nicolaus filius, Borch palatinus.

Ex originali dominorum de Possedaria. Bulletino di archeologia e storia Dalmata (Notae Joannis Lucii) anno V. N. 2. Febrajo 1882.

LXXXI. *A. 1210.* Andreas II rex commendat memoriae laudabilem fidelitatem Domaldi comitis de Subenig, filii Saraceni comitis, quia cum quidam principes Hungariae adversus eum machinantes consilium in Graeciam ad Geychae cartas et nuntios transmisissent, ut et illos in Hungariam venientes, eorum consilio et auxilio adiuti, regnum usurparent, Domaldus cognitae perfidae legationis tenore, ipsos nuntios cum iam Spalatum pervenissent, coepit et ad regem una cum cartis suis compeditos adduxit. Ideoque terram Zetinam et Tril cum omnibus pertinentiis eidem Domaldo et haeredibus in perpetuum donat. Cuius terrae metae: ab oriente Chrisova, Cameniza et Ymot, Sutozel, inde versus mare ad Wrulas; inde ad Zernounizam; inde ad Stilpez (Stlpec), inde ad Zer usque ad Stiber puz (put?); inde currit ad Prel, ad Jaxim, ad Laeten, a Crabonala Cameniza, ad Zavalam usque ad Beloy.

N. R. A. archiv. regnic. zagr. fasc. 483, Nr. 31. Nunc Pestini.

LXXXII. *A. 1210.* Andreas II rex agnoscens multiplicia et diversa servitia Domaldi comitis de Scibenik, filii Saracheni, donat eidem Domaldo et suis haeredibus terram Chetyne et Tryl cum omnibus suis pertinentiis, eundemque per pristaldos suos Ulricum Teutonicum et Sclovignam introduci facit.

Kukuljević: Jura regni CDS. I, 44.

LXXXIII. *A. 1210.* Andreas II rex considerans sacrae militiae templi religiosam devotionem et assiduos labores, quos ab hostibus crucis Christi incessanter perferunt, terram Lesnissa de comitatu de Posega exceptam, quam Chepano Bachiensi et palatino comiti primitus contulerat, et ipse regio consensu militiae templi in testamento erogaverat, eidem militiae concedit et confirmat. Prima meta terrae incipit a loco Starsa et tendit ad fluvium Dobrareka usque dum cadit in fluvium Lesnissa et usque quo ea cadit in Zovam; Zova vero inferius descendit usque ad Tortina; in aquilone vadit usque ad torrentem Wieperyell, protenditur usque ad viam Ban; deinde ad collem magnum Pizun, inde ad collem Scelemen, unde revertitur ad Starsa. Sicuti comiti palatino Chepano concesserat, quod omnes homines super eandem terram habitantes, regi sive bano in marturinis vel aliis fiscalibus accionibus solvere tenentur, sibi soli et post eum suis haeredibus solvere annuatim, ita pro remissione suorum peccatorum concedit rex nunc militiae templi. Super hanc donationem dedit rex duo privilegia cera et auro bullata; sed cum fratres templi mittere voluissent ei privilegia pro confirmatione, privilegium auro bullatum non invenerunt, ideo proclamat rex idem privilegium in futuro pro omnibus vanum et superfluum. Contulit etiam rex templariis sicut et Chepano adiunctam terram Racessam Petri filii Thatar, cujus meta incipit penes aquam Lesnica (sic), ubi est via Ducanta, quae descendit de Potus et ducit Rudmam, et in cacumine montis Zoym ad tres fontes, per locum Eruk ad album fagum, et vadit ad tres dumos et ad locum, ubi dum ducatum regeret (rex Andreas), aprum

Digitized by Google

interfecit ac propriis manibus crucem in arbore incidit, iuxta quem locum sunt tres metae filii Marii, et ducunt ad fontem, cuius rivulus Raconicha vocatur. Concessit etiam illis rex terram, quam Odolla nepos Borichii bani cum ecclesia s. Mariae ibi fundata fratribus domus templi donavit. Terram quoque Wodicha quam templariis Stephanus condam comes de Goriza donavit. Terram quoque, quam eis Damaldus comes in comitatu de Goriza pro remedio animae donaverat. Concedit etiam rex ad pretium fratris Cononis magistri servitium hominum Velislai et Chudislai, qui regi et soli bano a progenitoribus suis servire tenebantur.

Wenzel: Codex dipl. Arpad. T. XI., p. 105.

LXXXIV. **Romae. Laterani,** *22. Januarii 1211.* Innocentius III papa ad petitionem Pontii magistri et fratrum militiae templi in Ungaria praebet assensum, ut commutationem inter eos et (Gothardum) episcopum zagrabiensem super quibusdam decimis et aliis rebus inire possint.

Katona: Hist. crit. V, 123. Fejer: Cod. Dipl. II, p. 104.

LXXXV. **Vigiliis,** *6. Junii 1211.* Vita nauclerus civis ragusinus, coram B. episcopo vigiliensi et imperiali secretario comparens, deponit quaerelam contra aliquos cives vigilienses, qui astrinxerunt eum solvere de anchoratico, arboraticho ac plateaticho, dicens, iam ex antiquo cives Ragusii applicantes litora civitatis vigiliensis nihil solvisse de dictis tributis aut mercibus emptis aut venditis, sicut nec vigilienses solvisse Ragusii. Pro conservatione bonorum morum introductorum tempore Friderici regis et suorum praedecessorum, cum revera extet pactum cum Ragusio, declararunt judices supradicti liberum esse Vitam et quoscumque cives ragusinos venientes Vigilias ab omni exactione. Propterea ordinatum est Bartolomaeo notario communis, ut istam resolutionem ponat in scriptis.

Ljubić: Mon. hist. Slav. merid. I., p. 27.

LXXXVI. *1211.* Andreas II rex manifestando probata in eum creatoris benignitatem, cujus misericordia a tot et tantis fuit periculis liberatus et de exilio ad regnum, de carcere ad solium, mirabillter sublimatus, devotionis voto inductus, monasterium ad honorem beatae dei genitricis Mariae in Toplica duxit construendum, fratribusque clarevallensis domus, ordinis cysterciensis, idem monasterium cum omnibus possessionibus et libertatibus, quibus illud dotavit, contulit. Dedit vero ei in dotem totum comitatum gorensem (de Gora) cum omnibus pertinentiis, praeter pertinentias templariorum et praeter sex generationes cum tenutis, quas ad iurisdictionem castri voluit pertinere. Statuit porro ut ecclesia B. V. M. de Toplica omnia iura comitatus de Gora possideat, quae duces Slavoniae seu comites de Gora antea possederunt. Nomina piscaturarum haec sunt: Ilovenie, Bratchovycha, Lubin, Vustiloygne, Cherneth, Terdeche, Bukovia. Principales autem metae: Toplica, Golina, Bouicha et Podegas ultra fluvium Cuppam, ab eo loco ubi fluvius Crauazcha cadit in Cuppam usque ad terminos Pescenyce, quae est villa fratrum hospitalis, dein Hothina, Strysov, Dossice, Maladece, Brestet, Crastevyze super Savam, Moschenyze et terra Strepiz, Bachus quoque, Peche, Stanko, terra Bodilo, quae est super Glinam, Obet cum suis metis, terra Mogon, Berkis et Chultych, Melinoga, Stresyche, Visoka, terra Rados et Graduner (Gradimir), Jalsevniza, Murta, Brebroviza, Ozelsko, Gradissa, terra Provinja, Chavche, omnes cum

Digitized by Google

suis metis; in Vernycia et Cherniha et terra Slavoygna et Copachia, insula Bogdan et terra Holdice et Zelobeth et Delym, Gozna et Chava, Ruiske et Cudina et terra Crete, Slaven, Raten, super fluvium Gliniza, terra Godimeri et Stebencha, terra quoque Goztove et fratrum suorum et Riwkova et Leskova et Verkouyla; terra Veychenich et Gaigna, terra Myzeloygna et Vulkan super Vustymaie et Gracheniza scilicet Boylenie, terra de Brochina, ubi sita est prima Grangia de Toplica; insuper Slatygnich, Tersa, Stresigna, terra Cranko filii Hlapoygna, Lochoviza, terra scilicet Musconis, Chernech, quae fuit Lesconis cum portu super Savam. Principaliores redditus, quos rex tempore ducatus sui percipiebat: pro marturinis unaquaeque mansio 24 frisaticos solvere tenetur annuatim. De his exempti sunt saltem quinque: Breminer (Branimir) in Bouicha, Vulkan, Verkis, Bogdan et Goztove. Hi quinque Jobagiones cum nepotibus suis teneantur ecclesiae de Toplica annuatim tres pensas et descensum dare. Porcos regios debet ecclesia de tota terra colligere. Caeteras nominatim adductas praestationes solvant sicut prius duci solvebant. Monasterium hoc regale declaratum est immune et liberum ab omni alia iurisdictione praeter regis iudicis. Abbas vero habet plenariam et irrefragabilem potestatem universum populum suum vel per se vel per suum comitem curialem judicandi, sicut comites de Gora antea judicabant. Existentibus Calano Quinqueecclesiensi, Gothardo zagrabiensi episcopis, Bertoldo colocensi archiepiscopo et bano Bancone bichoriensi qui et curialis est comes reginae. Ochuz supruniensi etc.

Tkalčić: Monumenta epp. zagr. I., 25.

LXXXVII. *A. 1211.* Andreas II rex declarat, quod cum Simon banus, frater Michaelis bani, novo et inaudito genere iniquitatis et nequitiae, adinventionibus detestabilibus crudeliter ac enormiter armatus, una cum suis complicibus, mortis bonae memoriae Gertrudis reginae, consortis regis particeps extitisset, habito communi filiorum et episcoporum ac omnium banorum consilio, universas eiusdem possessiones decrevit confiscandas.

Fejer: Codex dipl. Hung. III. p. 152.

LXXXVIII. **Arbae,** *3. Januarii 1212.* Temporibus Petri Ziani ducis Venetiarum, Prodani episcopi arbensis, nec non Marci Mauroceni comitis arbensis. In palatio episcopi arbensis congregato cum episcopo et capitulo ejus, vir nobilis Albertus quondam Mathaei Gauzigna (Gozinić) tamquam senior stirpis cum omnibus propinquis domus suae exposuit suam magnam erga s. Stephanum devotionem, et orat capitulum facultatem supra Turrim ad eos spectantem et existentem supra Catribum aedificandi unam ecclesiam ad honorem praedicti sancti. Item ut ipse et progenies sexus masculini habeant in eamdem ecclesiam iuspatronatus cum facultate eligendi capellanum per episcopum confirmandum. Episcopus et capitulum consentit petitioni sub conditionibus 1. ut ecclesia sit congrue dotata; 2. si capellanus non eligatur intra sex menses, electio ad episcopum intelligatur devoluta.

Farlati: Illyr. Sacr. T. V., p. 239.

LXXXIX. *A. 1212.* Tempore Bernardi archiepiscopi, Domaldi comitis, Drago nepotis Danne vicarii, Madius filius Jorre, cum Stoje longo et uxore sua, facit cambium? (ganbitum) et more paterno assignat in Hilco eis de terra

bonis domus magna ei servitia fecerit, per cujus consilium et auxilium, post Deum, sicut credidit, ad propria remeavit. Labores quoque assiduos, quos cum eo et propter conjugem quoque reginam Y(olantam) sustinuit, prae oculis habens, ad petitionem reginae et pro salute tam corporum, quam et animarum suarum, terram quandam in Croatia terrae castri de Scen et terrae de Modrus et de Bozane contiguam, Gazke nomine, cum omnibus pertinentiis in recompensationem expensarum et laborum, quos dictus magister sustinuit sacrae militiae templi, ita libere sicut caeteras elemosynam, quas in regno possident, nullo obstante privilegio supra predicta terra prius aut posterius forsitan impetrato, in perpetuum contulit, inhibendo, quod nullus banus, nullus comes, nullus baiulus, sive quilibet alius, super populum in dicta terra commorantem, absque litentia fratrum templi audeat descendere, vel exactione alicuius collectae molestare. Introduci fecit fratres domus templi per jobagionem regium Dodomerium comitem. Prima meta terrae iuxta rivulum Gernovize, inde ad locum Cedelov usque ad Wrata; hinc tendit versus Busan usque Bame (Banove?) Camenice, quae est divisio inter Busan et Gvesche, ubi lapis est fixus; ibique est area triturandi. Protenditur usque ad Crastino, ubi est ecclesia s. Georgii et s. Marci, inde ad aquam iuxta Vatenic ad montem Malecenic in Chesche (Gesche) et Vinador (Vinodol) versus occidentem; inde vadit ad Jeceniçe (Jesenice) et protenditur ad Cherniche versus orientem; inde versus divisiones de Gvechke et Modrus ad lapidem, qui vocatur Pes Ursi; inde ad montem Plaz; inde dividitur in montem Plaz et Gvechke, tenditque ad Gernevize (Černevice). Datum per manus Ugrini aulae Cancellarii et collocensis archielecti, existente inter caeteros Stephano episcopo zagrabiensi, Necka vojvoda etc. Confirmatum est hoc privilegium per Honorium III papam 4-o Maii 1226.

Theiner: Mon. hist. Hung. resp. T. I. p. 68.

CXXXXV. *A. 1221.* Andreas II. rex ad instantiam Ochuz bani terram Kemesnice sub Keymuk (Kalnik, Kamnik), quam pater ejus rex Bela a maiore Ochuz, patre videlicet Ochuz bani, abstulerat et zagrabiensi ecclesiae contulerat possidendam, maxime quia in ducentis marcis persolvendis, quas ei (regi) de ultramarinis partibus remeanti accomodaverat, sibi tenebatur, eodem iure, quo ecclesia eam possidebat, restituit, scilicet, ut nec marturinas sive alias exacciones, quae sunt, vel quae forte in Banatu emerserint, nec victualia banatui nec vicebano, incolae earundem terrarum solvere teneantur. In possessionem fecit illum rex introduci per Reinolt, filium Pertolt. Ecclesiae autem zagr. dedit rex in concambium de suis propriis terris: Rodos, Vidusa, Cupuc et Braten a castro zagr. exceptas. Metas quoque idem Reinolt circumscripsit, et sunt hae: Terra Rodos egreditur de Sava et venit ad fossatam Mlaca usque viam, et tendit in longam Mlacam et per varias metas arboreas ad terminos Girymla, quae est terra ecclesiae ab antiquo, a dextra terra populorum regis a sinistris ecclesiae et iterum per varias metas intrat Savum. Terrae Cupuc et Viduse incipit iuxta metas episcopi, inde ad puteum Lubavod, inde per viam ad caeumen magni montis, et in vertice vadit ad Jazanovc, descendit ad puteum, inde intrat aquam Blizna, ascendit montem Sterma pec, descendit ad Blizna potok, exit ad viam Struscogoy, vadit ad aquam Zucher et finitur. Terrae Bratonis meta vadit per varias metas, ubi conterminatur terrae Banconis,

Digitized by Google

ad aquam Jelsove et per montem, inde ad viam ad Hodud, inde ad Cravavelg et in Hodud, ubi terminatur. Per manus Cleti cancellarii et praepositi agriensis. Existentibus Stephano zagr. Bartholomaeo quinqueecclesiensi episcopis Ochuz bano, Bancone curiali comite regis et comite albensi, Laurencio filio Ochuz magistro pincernarum. (Confirmatum est hoc priv. per Honorium III, papam. A. 1227.)

Tkalčić: Mon. episc. zagr. I, p. 49. Theiner: Mon. Hung. I, p. 77. Transumptum in Bulla Honorii papae de A. 1227 in archivo Capituli zagr.

CXXXXVI. **Catari.** *A. 1221* Memoriae commendatur, quod ecclesia s. Mariae de Flumine et ecclesia s. Johannis de Portello semper fuerint sub regimine horum haereditariorum, videlicet de comite Johanne, et de Dersa cum his, qui sunt de Bisacca, quas ecclesias rexerunt ipsi per plurimos annos; denique veniente in vetustate ipsa ecclesia erat opus reedificandi eam, tum successores de dictis propagationibus cupientes renovare ecclesiam s. Mariae. diruerunt veterem, et in loco eius fabricaverunt aliam, quae post multa annorum curricula, hoc ess anno 1221 mense octobris in vigilia s. Lucae, sub tempore d. regis Radoslavi et d. Blasii catharensis episcopi, completa fuit. Homines, qui de illorum progenie egressi fuerunt, studuerunt dedicare ecclesiam s. Mariae virgini, adiungentes etiam ecclesiam s. Joannis de Perzano. Homines autem, qui ecclesiam dedicaverunt, de superiorum veterum origine, fuerunt: Inprimis praesbyter Jacobus, abbas eiusdem ecclesiae s. Mariae, qui originem ducebat de iis de Bisacca, et presbyter Angelus cum fratre suo Calenda filio Tryphonis, Nichiforus et Draghihna cum Leonardo, qui processerunt de comite Johanne, cum Martholo filio Dobrazae, et ejus fratribus et Tryphon Ratislavae cum Prodano Sclepi, genero Marini Ratislavae, et filii Marta cum filiis Marcellae et filiis Sabadazi, qui exorti sunt de iis de Dersa, et presbyter Marinus Taponi cum fratribus suis, et Simon Odalae et Margarithus natus ex filia Grubinae cum Georgio filio Vitae. Bello et Johanne. Et Donatus de Rys et Petrus natus de filia de Palmicae de Rys, cum filiis Mengazae de Rys et Matovona Draghi, et Georgius cum Bogdano diacono nepote archipresbyteri et filii Veturi eum filiis Marci de Stephano. Et filia Andreae Zaponi, et filii Romani cum filia Ursacii de Stephano. Suprascripti igitur haereditarii s. Mariae considerantes bonum adiutorium Georgii Simeonis, qui in ipsa ecclesia misit Strabinum cumque coniuge sua Raislava, concesserunt ipsis dedicare ecclesiam cum ipsis abbatibus s. Georgii et s. Petri Budvensi. Presbyter Michael Paschae, testis archipresbyter chatarensis copiavit, fuitque testis M. archidiac. cathedralis, presbyter M. Stoici testis.

Ex collectione d. Papafavae. Exemplar litterae repertae per d. Antonium episcopum catharensem in altari s. Mariae Fluminis a. 1420 mense octobri.

CXXXXVII. **Anagniae,** *12. Martii 1222.* Honorius III papa capitulo ecclesiae ragusinae. Considerans, quod inhabitatores castri almisiensis eam in christianos immunitatem exerceant, ut non ecclesiis aut personis earum, viduis, pupillis et senibus, nec cuilibent parcant sexui et aetati, sed paganorum more universa vastantes in perditione rerum et hominum gloriantur, ex compassione his malis occurrere desiderat; audiens porro, quod vicini castro praedicto, ex partibus de Bossina, ubi haeretici quidam dogmatizando pallam suae pravitatis errores sacrosanctam orthodoxam ecclesiam exterminant, ecclesia autem

Digitized by Google

ragusina pastore vacet, monet, quatenus ad electionem archiepiscopi procedat et contra haereticos et almissenses magistro A(concio) subdiacono et capellano suo apost. sedis legato assistat.

Farlati: Illyr. Sacr. T. VI, p. 92.

CXXXXVIII. **Jaderae,** *22. Mai 1222.* Temporibus Petri Ziani, ducis Venetiarum et Joannis Venerii jadrensis archiepiscopi ac Petri Michaelis comitis, Joannes Gardiaza promotus ad sollicitudinem ecclesiae jadertinae, cum ex officio suo multum in eadem ecclesia ob diutissimam pastoris absentiam invenisset evellenda et plantanda, comperit ecclesiam s. Dimitrii a clero et populo jadertino monasterio s. Damiani de monte collatam esse, quam collationem ad preces Roberti abbatis et ejus conventus, confirmat. Testes: Aconcius papae subdiaconus et capellanus atque sedis ap. legatus, Treguanus tragur. episcopus Chranus s. Joannis ejusdem dioecesis abbas, Damianus abbas s. Grisogoni jadrensis, Manfredus archidiaconus, Camasius archipresbyter s. Petri veteris plebanus, Dobre s. Stephani, Marinus s. Petri novi, Zancius s. Michaelis, plebani jadertini; ac nobiles viri Laurentius de Joseph, Coscia Gregorii et Desa Pisiza advocatus praedicti monasterii, Vitalis s. Mariae majoris plebanus et iuratus notarius jadrensis scripsit.

Farlati: Illyricum sacrum. T. V. p. 73.

CXXXXIX. **Cathari,** *mense Junio 1222.* Coram juratis judicibus Joanne Jacobi et Desa, Blasius catharensis episcopus mittit quaerimoniam super naucleros navium, praetendens reditum tam de maioribus quam de minoribus navibus, ad quam quaestionem respondit Andreas Catenae, se non scire quod episcoqo unquam aliquid datum fuisset de minoribus barcellis; ad quod Simeon nauclerus testificatus est, quod ille dederit episcopo reditum. Idem teatificarunt et alii homines: Lampridius Zizae cum Vitalio Faronis et Martino Moscae, ad quod judices cum consensu aliquorum nobilium judicarunt, ut deinceps tam maiores naves quam barcellae darent reditum episcopo; et quidem de uno arbore medium modium et de duobus unum modium.

Farlatti: Illyr. sacr. T. VI., 436.

CL. **Romae, Laterani,** *7 Julii 1222.* Honorius III papa ad petitionem Yolae reginae Hung. personam eius cum omnibus bonis suis suscepit sub b. Petri protectione, specialiter banatum cum omnibus pertinentiis suis, (utpote) comitatum de Warasdin cum pertinentiis, comitatum sumugiensem; comitatum de Zala, comitatum de Serem, et alia que vir eius (rex Andraeas) in dotalitium ei concessit.

Fejer: Cod. dipl. T. III., p. 388., Theiner: Mon. Hung. I., 35.

CLI. **Ragusii,** *mense Octobris 1222.* Acontius d. papae subdiaconus et capellanus et sedis apostolicae legatus, residens in aula ragusina, fert sententiam pro Jordano abbate et pro monasterio lacromensi, ut vineas Juppanae et earum pertinentias, quae olim Savini Pincioli fuerunt, in perpetuum habeant et nunquam a se alineare queant. Testes: Dandulus comes, Matthaeus Ballislavae, Lucarius Naimeri, Matthaeus Budatiae judex juratus et presbyter Gataldus communis notarius, qui scripsit.

Farlati: Illyr. Sacr. T. VI, p. 95.

CLII. *A. 1222.* Joccelinus archiepiscopus spalatensis notificat, quod Gnepa quondam uxor Armos, confessa sit, quod filius ejus Timpor, qui etiam Be-

Digitized by Google

rengerius, filius eiusdem Armos, dedit b. v. Mariae et domui de Toplica in morte sua totam suam terram, quae fuit patris sui Armos, sicut est in privilegio, quod contulit eidem Armos rex Andreas, et hoc pro remedio animae suae et patris sui. Testes: Gostve et Azarias, Toycelaus et Zyth, Henricus teutonicus et plures alii.

Tkalčić: Monumenta epp. zagrab. I, 52.

CLIII. *A. 1222.* Bela rex junior et dux totius Slavoniae donat terram Pzer (Psarjevo) de castro zagrabiensi exemptam Stephano episcopo zagrabiensi, cuius discretione procurrente prae caeteris regni primatibus discordia inter patrem ejus Andream et illum olim exorta et ad inextimabile regni detrimentum succrescens, est ad concordiam revocata, et universa gens variis perturbationum procellis fluctuans in pace collocata. Metae terrae sunt: Prima dividit terram Petri, filii Gurch super montem, et terra, quae dividit terram populorum castri; inde vadit ad magnam viam et a capite ejusdem viae vadit super verticem montis et per alium montem ad vallem, quae licet sit pastus ferarum tamen est meta; et per metas arboreas ad fluvium Biztricha et inferius ad fluvium Breszovica, ubi uterque in unum conveniunt, superius ad magnam viam, inde versus meridiem per magnam viam usque ad locum Predolia; inde descendit ad fines terrae Zelinae prope s. Johannem, ubi conterminatur terrae propriae episcopi (Biškupec?). Praesentibus iobagionibus; Jula palatino et budrugiensi comite, Petro de Crapuna, Screcmerio de Zala, Cosma de Wolcov comitibus, Vaievoda camerario. Pristaldus metam assignans et metas erigens Bissenus de Hotvon nomine Kochobur, magister Hemo cancellarius.

Tkalčić: Mon. eppisc. zagr., I., p. 50.

CLIV. **Ragusae,** *1221—1223.* Zellovellus ducis Venetiarum gratia comes ragusiensis scribit nobili viro Velcinno, eadem gratia potestati spalatensi et comiti traguriensi, et communitatibus earundem civitatum, quomodo non sit occultum, quod Judas, olim ragusiensis comes, nec illis, nec suis civibus iustitiam facere voluit, et ideo dissensio et pignora inter eos et Ragusinos de die in die crescebant; nunc autem sub dominio Venetiarum positi vellent Ragusaei, ut mala omnia extirpentur, et parati sunt omnibus iustitiam plenam facere ut fratribus et amicis.

Carrara: Archivio capitolare di Spalato, p. 73. — Ljubić. Mon. Slav. merid. I., 31.

CLV. **In Planio,** *2. Julii 1223.* Conradus portuensis episcopus et in partibus Galliae apostolicae sedis legatus, scribens Rothomagensi archiepiscopo et ejus suffraganeis episcopis implorat illorum auxilium contra quemdam haeresiarcham, quem haeretici albigenses papam suum appellant, habitantem in finibus Bulgariae, Croatiae et Dalmatiae iuxta Hungarorum nationem; ad eum namque confluunt haeretici albigenses, ut ad eorum consulta respondeat. Etenim de Carosano oriundus, vices illius antipapae gerens, Bartholomaeus haereticorum episcopus, exhibendo ei reverentiam, sedem et locum concessit in villa Porlos et se ipsum transtulit in partes Tolosanas; ipse etiam Bartholomaeus creat episcopos et ecclesias perfide ordinare contendit; rogat itaque, ut veniant Senonam octavis Petri et Pauli proxime futuri, ubi et alii praelati Franciae congregabuntur, et consilium praestabunt super negotio albigensi.

Fejer: Codex dipl. Hung. T. VII. 5, p. 231. Wenczel: Cod. dipl. Arpad. XI, 173.

Digitized by Google

CLVI. **Spalati**, *mense Martio 1223.* Existente Guncelo archiepiscopo spalatensi, Buyseno comite, Gregorio nepote, Vangigo (Vanlegino?) vicario, Stephanus Cazzetta vicecomes, iudices Drago de Pinosa, Lucarus Stresi, consules Bauclius Jornae, Lucarus Michaelis, Duimus Peccetae cum toto populo sacramentum perpetuo conservari firmarunt, quod a modo nullus civis vel extraneus vinum Spaletum, nec per mare neque per terram, apportet; e contrafacientibus solvet extraneus communi de uno centenario decem yperperos, civis autem bannum duodecim romanatorum; in vindemiis nullus partem sui socii emat, suam partem afferat et partem socii derelinquat; similiter qui frumentum attulerit, hic vendat et extra non portet, qui aliter fecerit solvat banum 12 romanatos. Presbiter Sobanus notarius scripsit.

Lucius: Memorie di Trau. p 191.

CLVII. **Signiae**, *10. Julii 1223.* Honorius III papa Primogenito subdiacono et praeposito zagrabiensi, exusta ecclesia cathedrali et propter exiles eius proventus oblatum a georiensi (jauriensi?) episcopo canonicatum acceptandi facultatem largitur.

Katona: Histor. crit. V, 410. Fejer: Cod. diplom. III, p. 416,

CLVIII. **Signiae**, *11. Julii 1223.* Honorius III papa accepto nuntio a magistro Primogenito subdiacono suo et praeposito zagrabiensi ac capitulo de Chesma, quod zagrabiensis episcopus (Stephanus) ecclesiam ipsam incendio devastasset, homicidium perpetrasset, et pro iniectione manuum in quosdam ipsius ecclesiae canonicos violenta, vinculo excommunicationis astrictus, divina temere celebraverit, absolutionis beneficio non obtento, multisque aliis criminibus irretitus, committit abbatibus s. Egidii, s. Jacobi et s. Petri (de Posega) vesprimiensis et quinqueecclesiensis dioecesis super praemissis inquisitionem. Sed sicut dictus praepositus nuper exposuit, licet praefati abbates in negotio diligenter processerint, referentes fideliter sedi apostolicae, quae invenerunt, praefigentes partibus terminum, quo se conspectui pontificis praesentare debuissent; accedente praeposito cum quibusdam suis concanonicis ad sedem apostolicam, memoratus tamen episcopus, utpote sibi conscius nec venit nec misit aliquem responsalem; mandat igitur dictis abbatibus, ut ipsum episcopum cogant, ut in festo nativitatis dominicae proxime futuro per se vel per idoneum responsalem suo se conspectui praesentet.

Katona l. c. p. 408. Fejer: Codex dipl. III, p. 416. Farlati: Illyr. sacr. V, 361.

CLIX. **Signiae**, *27. Julii 1223.* Honorius III papa Guncello archiepiscopo mandat, ut abbatem monasterii s. Stephani de Spalato ex eo, quod illo apud sedem apostolicam constituto, per capitulum ejus confirmationem electionis obtinuerat et per suffraganeos ecclesiae spalatensis munus benedictionis acceperit non molestet, quia id in contemptum eius factum non extitit.

Farlatti: Illyr. sacr. T. III, p. 254.

CLX. **Signiae**, *27. Julii 1223.* Honorius III papa notificat magistro Acontio capellano et legato suo, quod per Guncellum electum olim spalatensem per scripta sua mandaverit, ut ei, quem restituta sibi gratia sua, remisit ad ecclesiam spalatensem, pallium dudum transmissum sine mora tradat, una cum bulla pontificali, et juramentum fidelitatis ab eo recipiat.

Farlati: Illyr. sacr. T. III, 254.

Digitized by Google

CLXI. *A. 1223.* Andreas II rex, cognita infidelitate jobagionis sui Domaldi de Chroacia, quam contra regiam coronam perpetraverat, consilio omnium jobagionium suorum, quandam possesionem suam, quae incipit ab aqua Cerca, descendens ad mare et venit usque Zadur, fidelibus comitibus Gregorio et Stephano (de Bribir) et fratribus eorundem propter indeciduae fidelitatis obsequia, maxime autem, quia dictus Domaldus praenominatorum fidelium terram, viribus exterorum regnorum requisitis, adducto exercitu devastavit, in recompensationem tantorum meritorum ipsis perpetuo contulit possidendam; quam terram nominatus Domaldus et cognati eiusdem ab avo suo caeco Zoloyna obtinuerunt. Introducti sunt iidem fratres per Georgium filium Jaduch in praedictam possessionem. Datum per manus Cleti cancellarii et agriensis praepositi, existente Stephano zagrabiensi episcopo, Salamone bano.

Wenzel: Cod. dipl. Arpadianus. T. VI, p. 419.

CLXII. *1223.* Andreas II rex donat Gvidoni, comiti de Vegla, et ejus haeredibus totam terram pertinentem infra ducatum Slavoniae, Vinodol et Modrus vocatam, cum omnibus pertinentiis et redditibus; una confirmat donationem praedictae terrae Modrus per regem Belam III factam.

Ex transumpto Mathiae regis de a. 1458. in actis pridem archivi regnic. croatici. N. R. A. Fasc. 371. nr. 34. Nunc Pestini. Fejér: cod. dipl. Hung. III, p. 403.

CLXIII. *A. 1223.* Andreas II rex confert fratribus s. sepulchri de Polonia terram Laga (Tkalec) in Slavonia in pertinentiis castri Kriss cum designatione metarum, quas Jonas filius Pauli de villa Gyog in parochia sumugiensi consignavit. Et quidem incipit prima meta iuxta fluvium Kamasnicha; et procedens per magnam viam, quae ducit versus Zagrabiam, venit ad arborem Gertayn, exinde ad fluvium Velyka, qui separat terram Gozthouch; deinde ad locum, ubi fluvius Wogircza incidit in fluvium Velika, et separatur a terra comitis Petko; deinde per fluvium Wogirzka superius ad terram subulcorum regis et ad Zopoth potoka; exinde super montem et viam, versus orientem ad vallem transit nemus Kamasniccha et cadit in fluvium Kamasnicha et per eundem ad primam metam redeundo. Datum per manus Cleti aulae cancellarii ecclesiae vaciensis praepositi. Existentibus: Stephano episcopo zagrabiensi, Salamone bano, Bothez curiali comite.

Ex transumpto capitali chasmensis de a. 1641. In archivo regni Croatiae: acta Jesuitarum zagrabiensium. Fasc. VIII, nr. 1.

CLXIV. *Circa 1223.* Philippus Palatinus comes de Scepus exactionem dimidiorum fertonum Johanni filio Uz et Lucachio filio Petri servientibus magistri Thomae proximi et castellani sui de Scepus relaxare petit universos exactores, quia ipsi servientes cum eo in Croatia in praesenti exercitu ei in suis seruitiis exstiterunt laborantes.

Fejer: Codex dipl. T. III. vol. II, p. 480.

CLXV. *9. kal. Januarii 1224.* Bela junior rex Hungariae ad preces Radus et fratrum suorum de Klokoch, videlicet Zonyan, Damiani, Cristani, Simeonis, Zlabech, Vrancho, Vlcaz, Friedrich, Dobrogost et Wlchan una cum omnibus fratribus suis, qui de filiis jobagionum s. regis de Goricza oriundi fuerant, ob fidelitatem ei et patri ejus praestitam donat praerogativam libertatis et terram de Klokoch; ita quod abhinc ad castrum (Goricha) nullum habeant respectum.

Digitized by Google

Meta prima inter Gorizam et Gay est Glave, inde ad campum Brezopolje, inde super caput fontis Illavecz, ad caput rivi Knezepotok, ad rivum Koranna, inde ad pedem montis Ozlycze, inde per cacumen montis descendit ad rivum Ivanpotok, et per viam ad campum Chistepole et ad dumum Velike greche, inde per viam ad Glinam ad caput rivi Pestenoga, inde per viam ad locum Poluchyscha, ubi antiquitus fuit ecclesia; inde ad montem Vtokanerch, ad locum, ubi rivus Tolstipotok cadit in Coraniza; inde ascendit montem Sucho, venit ad rivulum Gerstina et ad salicem super Glinam, et inde supra caput rivi Skopechna ad viam, quae venit de Seyne; et per viam supra silvam Krote Buchovia ad primam metam Glave. Porro constituit rex, quod ad exercitum quindecim loricatos et centum pedites vernaculos expedire debeant. Terram autem per pristaldum Petrum filium Jorcho de Zagrabia assignari facit. Testes: Chak comes bodrogiensis, Alladar magister, Martinus banus, Bachia comes zagrabiensis, Andreas magister terrae indigenae Guncellus archiepiscopus spalatensis, Martinus episcopus corbaviensis, Michus episcopus tiniensis, Herebertus abbas Toplicae, Boncelaus comes goricensis. Datum per Mathiam praepositum zagrabiensem aulae regiae cancellarium.

Hoc privilegium confirmatum est a rege Ludovico I a. 1381, Sigism. 1412, Ferd. I a. 1550.

Orig. in archivo comitum Wojkfi.

CLXVI. **Venetiis,** *15. Martii 1224.* Marcus Contarenus de confinio s. Silvestri stat plegius et pagator domino duci ad partem communis Venetiarum pro Stepacia et Zunio de Ragusia et de eorum duobus platis, qui fuerunt ad ripam ipsius Marci, sub pena 1000 librarum veneciarum.

Ljubić: Mon. hist. Slav. mer. I. p. 32.

CLXVII. **Veneciis,** *mense aprili 1224.* Dux Venetiarum facit recordationem cum suo consilio de eo, quod, sicut dicit Leonardus Semitecolo de s. Vito, cum jam dudum transiisset in quadam barca Ancona versus Piscairam, homines de Spalato, et homines, qui dicuntur esse Cacicii, existentes in uno barcoso in mari supra montem Anconae, agressi et persecuti sint eum, sagittando et proeliando usque in terram, et tunc dimissa barca fugit in terram et ipsi Spalatini et Cacicii coeperunt barcam et negociationem dicti Leonardi et Dominici Valerii de s. Raphaele. Inter drapum et ferrum et ramum fuerunt res in valore 1600 librarum veneticarum. Dux mandaverat per litteras Mafeo Feriolo capitaneo gallearum inquirere in Spalato de praedictis rebus ablatis; sed quid postea super praemissis factum ignorat; Leonardus autem dicit, quod Mafeus nullam inde potuerit consequi vel habere racionem.

Ljubić: Monumenta hist. Slav. merid. I., p. 33.

CLVIII. **Toplichae (Topusko),** *26 Mai 1224.* Domaldus comes notificat, quod in praesentia regis Belae et B(elus) bani (aut potius Banco bani) et Julae comitis et multorum nobilium Hungarorum, fratres Toplicae conquaesti sint, quod ille quandam terram dederit templariis, nomine Mogos in comitatu Gorae, quae in privilegio dictorum fratrum continetur. Interrogatus coram rege et nobilibus testatus est, illum nunquam aliquam terram in Gora possedisse vel templariis dedisse; et si templarii aliquo modo litteras impetraverunt, litteras falsas esse, et per fraudem impetratas declarat.

Tkalčić: Mon. epis. zagr. I, p. 52.

*

Digitized by Google

CLXIX. **Venetiis,** *28. Maii 1224.* Dux Venetiarum cum suo consilio ordinat, quod infrascripti homines de Arbe per sacramentum teneantur venire ante praesentiam suam, eius mandatis parituri die 20 intrante mense Junio et quidem Doimo filius de Zofolino, Gualcina Zamoga, Gambe Grosse, Filippus judex, Filiol, Marinus Papamilio, Bertaldus filius de Grade, Petrixa de Mace Bobe Cristoforus de Malo Dener, Madius de Alberto, Galzegna, Petrus Pelenga, Nicola de Rufaldo, Flascon, Vizeni de Gotopalgna, Zorzi filius Mathaei de Candi, Madius Bertaldo, P. de Perina, Calenda, P. Bozola.

Ljubić: Mon. hist. Slav. merid. I., p. 33.

CLXX. **Venetiis,** *16. Julii 1224.* Johannes Verero de Ragusia promittit duci Venetiarum et communitati sub paena totius heris eius et suae personae, quod in viatico, quod facturus est cum suo panzono, in terram Alexandriae vel Egipti iturus non sit, et ita jurat per s. evangelia. Idem sacramentum fecerunt et Petrus Novelo nauclerus dicti patizoni, qui Petrus Venetus est, ac Paulus et Dominicus de Ragusio.

Ljubić: Mon. Slav. mer. I, p. 33.

CLXXI. **In monasterio s. Stephani,** *26. Mai 1224.* M. sancti Stephani, D. sancti Petri abbates et J. canonicus traguriensis suscepta delegationis auctoritate a pontifice in cuiusdam terrae causa, quae inter canonicos s. Domnii (Spalatenses) et conventum monasterii s. Benedicti vertebatur, curarunt audire allegationes utriusque partis. Canonici proponebant, quod quaedam domina Strija, olim Gaudii Kalendae relicta legavit terram canonicis et hoc testamentum publico instrumento firmavit, quod canonici ostendebant. Moniales respondebant hanc terram monasterio prius a viro ipsius Strijae esse legatam et hoc testimonio quarumdam feminarum probare conabantur. Demum cum Strija iterum ad exitum propinquasset, ab abbatissa monachalem habitum postulabat. Abbatissa vero minime concedebat, nisi monasterio conferret ipsam terram, quam a suo viro collatam asserebant. Super hoc introducebant testes presbyterum Sabe Calixti, et Petrum Ruffum. Legati pronuntiarunt hanc sententiam: Cum mulieres secundum antiquam civitatis consuetudinem in conficiendis testamentis ad testimonium admitti non possint, maxime in civitate, ubi clerici vel fideles laici possent vocari, alii autem testes ad irritandum instrumentum canonicorum non sufficiunt, praesertim cum Petrus Ruffus nota furti infamatus sit, adjudicatur ipsa terra canonicis perpetue possidenda. Pars adversa appellavit ad sedem apostolicam. Testes: Apollinaris Cacanfolli, Mathaeus Maurutae, et quam plures clerici et monachi ejusdem monasterii s. Stephani.

Ex archivo aulico vindobonensi. Acta spalatensia. Carrara: Archivio capit. p. 11. habet quoque Wenczel: Cod dipl. arpadianus. I, p. 206.

CLXXII. **Venetiis,** *11. Aprilis 1225.* Joannes Contareni filius Marci Contareni stat plegius et pagator domino duci pro Desa de Prodanello, de Jadra, sub poena librarum C. videlicet quod ipse Desa monstraturus sit in Jadra coram M Dandulo aut ejus Joanne suo vicario homines, qui sibi vendiderunt ceram, de qua erat quaestio inter eum et Stephanum Babilonium, quae erat de navi et quae, ut dicitur, rapta fuit in partibus Sibenici.

Ljubić: Mon Slav. mer. I, p. 34.

Digitized by Google

CLXXIII. **Tiburae,** *15. Maii 1225.* Honorius III papa scribit Ugrino archiepiscopo colocensi, gratum se accepisse, quod catholicae fidei ductus amore, ad profligandos haereticos de Bozna, Soy (Sol) et Vssora, ubi tamquam lamiae nudatis mammis publicae catulos suos lactant, ad exhortationem bonae memoriae Acontii legati et aliorum virorum viriliter se accinxerit.

Farlati: Illyr. sacr. T. IV., p. 48. Theiner: Monum. Hungar. hist. I, p. 55.

CLXXIV. **Crapinae,** *2 Junii 1225.* Guncellus archiepiscopus spalatensis et Martinus episcopus corbaviensis attestantur, quod terra Mogos, quam comes Domaldus ignorans et incaute contulerat templariis, quod idem etiam ipse comes Domaldus affirmavit et confessus est, esset castrensium comitatus de Gora et in nullo sibi aut cognatis pertineret. Actum in praesentia d. regis in loco Crapinae in festo beatorum Marcellini et Petri in capella domini regis. Pristaldo Medilo existente.

Tkalčić: Mon. episcopatus zagrab. I. p. 54.

CLXXV. **Venetiis,** *3. Julii 1225.* Bartholomaeus Barocius de confinio s. Mariae Formosae stat plegius d. duci ad partem communis Veneciarum pro Miroslavo de Jadra sub poena librarum mille ven., quod ipse Mirus intra xxx dies aut in propria persona rediturus sit Venetias pro obside aut vero mittet filium Bogdani de Xigla de Jadra. — Item Bartholomaeus de Canale stat plegius pro Simone Desa Zotto de Jadra sub poena librarum 500 ven. et Joannes Badoaro stat pro Marino de Bertholdo de Jadra sub poena 1500 librarum ven. scilicet 1000 pro Marino et 500 librarum pro Simone — qui potest mandare pro obside nepotem suum Petrignam, Marinus vero filium Michae de Picenigo de Jadra. Item Andreas Georgio stat plegius et pagator pro Johanne Zavata de Jadra sub poena mille libr. ven. — Joannes de Jadra de confinio s. Mariae novae recipit a duce obsidem filium Dese de Picega de Jadra. — Idem Desa dimittit filium suum pro plegio pro eo in manu Joannis de Jadra de confinio s. Mariae Formosae.

Ljubić: Mon. Slav. mer. I, p. 35.

CLXXVI. **Venetiis,** *3. Julii 1225.* Marinus Michael de s. Sophia stat plegius et pagator d. duci ad partem communis Veneciarum pro Martino de Melgaca de Jadra sub poena mille librarum veneticarum, videlicet quod intra xxx dies ipse Martinus rediturus sit in virtute domini ducis pro obside in Venetias vel unum filiorum ejus mittet. — Eodem die stat plegius d. duci L. Gradenigo de confinio s. Silurii pro Stefano de Picega de Jadra sub poena librarum 1000 veneticarum, quod intra xxx dies in propria persona rediturus sit pro obside Venetias, aut mandabit suo loco Prestem filium Michae de Jadra.

Ljubić: Mon. Slav. mer. I, p. 34.

CLXXVII. **Venetiis,** *mense Augusto 1225.* Per ducem Venetiarum et minus consilium ordinatum, quod Arbenses pro questione Golli et Arte solvant pro duobus annis, qui elapsi erant, libras ccc. et a mense 1. Augusti usque vi annos dictae insulae inter comitem M. arbensem et arbenses communes remaneant secundum datum eis factum a d. duce.

Ljubić: Mon. Slav. merid. I, p. 36.

Digitized by Google

CLXXVIII. *A. 1225.* Bela rex junior primogenitus regis Andreae considerans multitudinem servitiorum Budunae et fratrum suorum Iwan et Leucha, nec non cognatorum suorum Georgii, Iwan filii Ladizlai, Birbizlai, Nicolai, Dobche, Miluani, Rodus, Tole, Roscoe et aliorum iuxta eiusdem generationis lineam descedentium, eximit eos ab obligatoria servitute castri zagrabiensis, volens ut in futurum honesta societate servientium regis gaudeant, et libertatis nobilitas in totam successionis posteritatem transfundatur. Datum per manus Mathiae praepositi zagrabiensis aulae cancellarii; existentibus Stephano episcopo zagrabiensi, Alader totius Slavoniae, Vonic de maritimis banis.

Fejér: Cod. dipl. T. III, v II., p. 481.

CLXXIX. *A. 1225.* Bela rex junior, ecclesiae b. M. V. de Topulcha cisterciensis ordinis, a patre rege Andrea fundatae, pro salute matris suae Gertrudis confert in usus fratrum et pauperum sustentationem, marturinas sex generationum comitatus de Gora, et quidem Pribislai de Bojna et fratrum, Alpreth, Martini filii Brochonis, Ratae, Bislai et Trucha et fratrum et cognatorum suorum; donat etiam xx marcas, quas annuatim iidem jobagiones solvere debebant. Testes: Guchulinus (sic) archiepiscopus spalatensis, Micha tiniensis, Martinus corbaviensis episcopi, N. marchio Istriae avunculus ac rector regis, nec non comes mosoniensis, Chak bodrugiensis, Pousa castri ferrei, Michael symigiensis, Wakiam zagrabiensis, Aladanus tavernicorum mag. Andreas dapiferorum, Bagamerius pincerna, Mathias zagrabiensis ecclesiae praepositus et aulae cancellarius, Stephanus electus episcopus zagrabiensis.

Tkalčić: Monumenta epp. zagrab. I. p. 54.

CLXXX. *A 1225.* Bela rex junior concedit hospitibus de Pernia (Perina) hanc libertatem: ut per septem annos in nullo ei teneantur, nec forum quod ibi celebratur per septennium tributum persolvat; transactis vero his annis, annuatim centum pensas regi persolvant, vel dexterarium tot pensis valentem; tributi autem tertia pars maiori eiusdem villae spectet jurisdictioni, residuas autem partes regi debeant administrari, nec aliquis eos praeter defensorem ipsorum, a rege statutum, audeat iudicare, appellatio autem causae fiat ad regem. Si Banus eis ad valorem unius marcae dampnum fecerit, in centuplo restituere debet, bano non aliud quam domos suas occasione descensus dare teneantur, pro aliis necessitatibus praecium recipiunt; bona sua quilibet cuilibet testandi habeat facultatem; si prolibus caruerit, domum suam vendere et emigrare cuiquam licitum. Sacerdotem, quemcumque voluerint, recipere possunt. Praeterea assignat illis montem Grachie nec non terram Zalac pro plantandis vineis. Terrarum autem termini hi sunt: ab oriente, ubi minor Chemenica cadit in magnam Pernia; exinde minor Pernica, dirigitur versus occidentem per viam, quae ad cruciferos vadit; ubi ipsa via et Prichlisnica et Perna simul veniunt, ibi est meta: Prichlisnica autem ascendit ad caput ipsius fontis, ibi est meta; iuxta semitam dextrorsum vadit ad caput aquae Jelesnicha; aqua autem ista confluit iuxta villam Drasen, cadit in viam, quae venit de foro regis; et villa ascendit iuxta minorem Chemernicha et coniungitur cum prima meta. Pristaldi: Petrus comes pilisiensis, et Mirizlaus de Goricha terrigena. Datum per manus Mathiae praepositi zagrabiensis aulae cancellarii. Existentibus Ugrino colocensi, Gunzulino spalatensi archiepiscopis, Stephano zagrabiensi, Martino corbaviensi, Micus piseciensi (tinniniensi) episcopis, Chak

Digitized by Google

budrugiensi, Pol bachiensi, Buzad ferrei castri, Gecha zaladiensi, Mikka simigiensi, Paulo tavernico, Andrea dapiferorum, Bogomilo Pincernarum, Johanne agazonum magistris.

Ex transumpto capituli zagrabiensis de a. 1362 N. R. A. fasc. 1531. N. 2. Per banum Khuen-Hedervàry ex archivo regni Pestinum transmissum.

CLXXXI. *A. 1225.* Bela rex primogenitus regis Hungariae notificat, quod cum Motmirus quandam terram suam circa Toplica canonicorum zagrabiensium via iudicii contra Christianum perdidisset, tunc mater ejusdem Motmiri de iniuria et verecundia sibi illata graviter impetebat. Est quoque ad duellum adiudicatum et compositio in praesentia regis tali modo facta: ut duas partes terrae dictus Christianus matri M. restituat; mater autem M. eandem terram capitulo zagrabiensi pro remedio animae suae assignet retentis proventibus vita durante. Rex habito consilio jobagionum tam Ungarorum quam Sclavorum annuit hanc dispositionem. Metae terrae: A Bedna usque rivulum Cocosinec cadentem in illam, inde sursum per rivulum ad caput ejusdem, et ibidem est meta, quae dividit terram crisiensis castri, inde ad latus montis Lubel, usque semitam pastoralem; inde versus orientem ad viam magnam Coziherbet, qui de Cris ducit in Worosd; inde descendit in vallem et ascendit in Studenc, inde a via magna divertit ad sinistrum et vadit, ubi Camieniza et Yelsavec oriuntur, et conjungitur terrae Petconis (Petkovec), per montem venit ad Cerovoberdo et descendit ad metam Osl, protenditur ad ulmum, ubi oritur rivulus Slatynic, per quem vertitur in Bedna. Pristaldus super his Petco comes crisiensis, cancellarius Mathias praepositus, banus Aladar.

Tkalčić: Monumenta epp. zagrab. I, 53.

CLXXXII. **Venetiis,** *initio mense Aprilis 1226.* Petrus Ziani dux Venetiarum scribit Joanni Dandulo propinquo suo et comiti ragusiensi et toti populo ragusino, quod litteras eorum per missos acceperit magna cum displicentia, cum ex iisdem litteris et missis intellexerit, quod de obsidibus et caeteris, quae fieri et transmitti expetivit, nihil adimplere velint; at cum missi eorum assererent, quod illi parati sint obsides destinare et inimicos venetos verius et non ficte pro suis inimicis habere; et contra Cacicios totum id facere, quod Zadra et caeterae insulae Venetorum facerent, ragusinae civitati a gravedine eius retraxerint manus. Qua de causa mandat, quatenus quae dicta sunt adimplere studiosus satagant. Si autem infrascriptos obsides non miserint, solvent de omnibus rebus, quas Venecias adduxerint, quadragesimum, et quae de aliis partibus adduxerint, illa facient aufferi. Nomina obsidum sunt haec: Nicoliza filius Jacobi de Corvo, Grobissa de Balisclava, Grai filius comitis Zudae (Judae), gener de Bubbagna Susinus, Stefanus filius comitis Luccari. filius Laurencii de Pisino, filius de Damiano de Gondola, filius de Domegna de Ragno, filius Nicolae de Morexa, filius de Damiano de Bucego, filius Todori Grosso, filius Mathaei de Bodaza, filius de Baglaza, Kalendus de Cerneca, filius de Benzola de Bodaza, unus ex illis de Gaglopa, unus de Ostiglia, filius de Damitro de Rusfis, Blasius gener de Jacobo, de Cerva, filius Petri de Morexa. Mandat dux insuper, ut omnes suas ballistas dirigant Venetias; in terram inimicorum veneticorum non pergant et cum inimicis non faciant mercatum.

Ljubić: Mon. Slav. merid. I, p. 37.

Digitized by Google

CLXXXIII. **Venetiis,** *25 Aprilis 1226.* Per ducem Venetiarum et consilium minus et mais ordinatum est, quod nullus Venetus, neque forinsecus, per se vel ejus nuntium audeat comparare de rebus vel mercibus Ragusiensium, neque de illis, quae fuerunt in navisollis Ragusiae, quae noviter venerunt in Zadra, vel contritis illis, videlicet de Zadra intra et quicumque repertus fuerit habere vel comparasse de mercibus ipsorum de illis, quae fuerunt de Slavonia, solvet quadragesimum.

Ljubić: Mon. Slav. mer. I, p. 37.

CLXXXIV. **Phari,** *30. Aprilis 1226.* Existente Micha episcopo pharensi, Pribislavo comite, Desislavo jupano et Nicolao judice. Idem Desislavus jupanus cum iudice et omni populo pharensi donat monasterio s. Silvestri de Busi quemdam locum, tali tenore, ut frater praedicti monasterii tempore hyemis usque ad carniprivium, vel si aliquando humor extiterit, nullatenus vetet adaquare bestias pharensium. Testes: jupanus Antomirae filius, et Dragoslaus, Petrus filius jupani de Slavogostis, Cheperna Chranco filius Nicolai, Stanoje filius Robe, Vladimirus filius Veleche, Drasemur Chranotta filius Cepcone, Bernardus notarius.

Ex antiquo manuscripto prof. Sim. Ljubić.

CLXXXV. **Venetiis,** *29. Mai 1226.* Petrus Ziani dux Venetiarum concedit mercatoribus ex regno Ungariae, qui Venetias venire vellent, quod secure veniant et recedant in personis et rebus, ita tamen, ut fisco persolvant ad rationem cujusquam centenarii xxx libras venetas.

Ljubić: Mon. Slav. mer. I, p. 38.

CLXXXVI. **Romae Laterani,** *11. Juni 1226.* Honorius III papa acceptis litteris archiepiscopi spalatensis et eius suffraganeorum intellexit, quod Caeclii Almissiani piratae ad eorum praedicationis instantiam promiserint se piraticam tirannidem de caetero dimissuros, dummodo ecclesiae romanae gratiam valeant rehabere, ac per eam possint sedes patrimoniorum suorum a rege recipere, quibus ab eo se asserunt spoliatos; mandat ergo praefatis, quatenus Caciclos prudenter inducant, ut cessent a malo, quia mater ecclesia poenitentibus veniam tribuit.

Theiner: Mon. Slav. merid. I., 73.

CLXXXVII. **Spalati,** *1. Augusti 1226.* Colomanus Ruthenorum rex et dux Dalmatiae atque Croatiae, cum ad partes maritimas descendisset, postulavit eum Treguanus episcopus traguriensis, ut ob salutem animae suae et ob requiem matris suae Gertrudae reginae locum Drid ecclesiae traguriensi intuitu elemosynae donet, cujus postulationi assensum praebens dictum Drid cum omnibus pertinentiis fato episcopo et ecclesiae in perpetuum donat, reducens in irritum omnem actionem et jurisdictionem, quam Ulcinna Tragurii quondam comes in eum locum ex commissione patrui sui Henrici quondam regis, vel Petrus de Chelmo ex concessione fratris sui Belae regis, seu alii quicumque dignoscuntur habuisse. Metae autem sunt: ab oriente maria, ab occidente Stelpona, ab aquilone terrae Tragurii quae Mezlime appellantur, ab austro vero terrae monasterii traguriensis. Hanc autem donationem contulit dux episcopo per Stephanum comitem. Acta iu praesentia Guncelli archiepiscopi spalatensis, Mikussi episcopi tiniensis, Nicolai scardonensis, Valegini bani, Sala-

Digitized by Google

monis Dimici comitis, Joannis comitis, Pauli comitis, Vladislai comitis, Gregorii comitis de Breberio. Scriptum in archiepiscopali palatio per manus magistri Barnabae aulae regiae vicecancellarii.

Farlati: Illyr. sacr. T. IV., p. 337.

CLXXXVIII. *Post 1. Augusti 1226—1242.* Bela rex, ad petitionem Treguani episcopi traguriensis, Cherne rectoris et omnium civium Tragurii confirmat privilegium Colomani regis et ducis totius Slavoniae a. 1226 extradatum super praedio Drid civitati Tragurii collato et etiam per regem Andream confirmato; extinguit quoque omnem iurisdictionem, quam comes Budislauus aut alii usurparunt. Eandem terram facit rex Bela restitui per comitem Petrum filium Gil, magistrum tavernicorum filii sui ducis Stephani, Colomanus autem ex largitate gloriosi patris sui Andreae regis dux Dalmatiae atque Croatiae contulit dictam terram cum ad partes maritimas descendisset, pro salute animae suae et matris suae Gertrudae, reducens in irritum omnem iurisdictionem, quam Volcinna traguriensis quondam comes, ex commissione regis q. Henrici, vel Petrus de Chelmo ex concessione regis Belae dignoscuntur habuisse. Testes privilegii Colomani regis erant: Gunzello archiepiscopus spalatensis, Michussa episcopus tinniniensis, Nicolaus episcopus scard., Valeginnus banus, Salamon banns, Dimitria comes, Michael comes, Paulus comes, Vidislav comes, Gregorius comes de Berberio, Barnabas vicecancellarius ducis.

Privilegium Belae regis fuit consignatum aurea bulla pendente. Cancellarius Benedictus electus archiepiscopus colocensis. Dionisius banus totius Sclavoniae et Maritimarum.

Ex transumpto Joannis cancellarii tragur. a. 1323. In mea collectione.

CLXXXIX. **Venetiis,** *8. Augusti 1226.* Joannes archiepiscopus Jadrae iurat in praesentia ducis et Jacobi de Molino, M. Storlati, P. Barbi, S. Mariglioni et Petri Barbi consiliorum suorum, quod per ullum ingenium per se vel ejus nuntium nec aliquam personam hujus mundi aliquam conventionem vel conspirationem cum hominibus aliquibus Jadrae vel alterius partis non fecerit, nec fieri fecit, nec consensit, quae aliquo modo esse possint in damnum et detrimentum Venetiarum aut Jadrae; item nec in futurum facturum aliquid contra damnum dominationis venetae.

Ljubić: Mon. Slav. mer. I, p. 39.

CXC. **Venetiis,** *9. Octobris 1226.* Andreas Marino stat plegius et pagator d. ducis et communis Venetiarum sub poena librarum 50. ven. pro Johanne filio Mathaei de Cherso, qui venerat Venetias cum obsidibus Chersi, videlicet quod idem Johannes sine mandato d. ducis et consilii de Veneciis non sit exiturus et quando quaesitus fuerit se presentabit.

Sequuntur et alii obsides chersani: 1. Prema de Cherso. — 2 Ceprian nepos Mathaei Marini de Cherso, qui venerat pro obside occasione crudelis mortis nobilis viri comitis N. 3. Dominicus Mathaei Marini de Cherso, qui venerat pro obside eadem occasione.

Ljubić: Mon. Slav. mer. I, p. 39.

CXCI. **Venetiis,** *10. Octobris 1226.* Obsides Ragusii, quos dux et consilium Venetiis petiit sibi dari: Unus ex fratribus Baisclavae, unus filius Jacobi de Cerna, unus filius de Martinuso, unus ex fratribus de Gaglopis, unus filiorum

Digitized by Google

Todori de Crosse, unus filiorum et fratrum de Naimerio, unus de Raigna unus de Rosigna, unus de Dobranica, unus de Gondola et de Morra, unus filius Damiani vel Junii de Gleia, unus de Bucignola nomine, filius Damjani; praeterea Nicolaus de Moresa et Petrus eius frater, unus de Stiglo et Slaba de Lampo, unus de Bonaza, Mathaeus vel Mencola, unus de Vitali Prasso et de Carnixe, unus de Macino, unus filiorum de Lampi et de Stopacha, unus filiorum de Pecoraro (Ovčarević) et de Rastij, Nicolaus de Pecenico cum fratribus dent unum ex filiis, unus de Manduca vicina et de Zars-Zers.

Ljubić: Mon Slav. mer. I, p. 40.

CXCII. **Venetiis,** *29. Octobris 1226.* Per ducem Venetiarum et suum consilium ordinatum et stridatum est publice super scalas Rivoalti: quod nullus homo Venetiarum, nec forensis, audeat in antea per se vel suum nuntium per aliquod ingenium recipere in sua domo aliquem Ragusinum, nec aliqua mercimonia Ragusanorum nisi in prima vel seeunda die fecerit hoc notum vicedomino Venetiarum sub poena librarum xxx et solidorum xu et duplum quantum solverit Ragusinus.

Ljubić: Mon. Slav. mer. I, p. 41.

CXCIII. **Venetiis,** *29. Novembris 1226.* Ordinatum fuit, quod nullus Venetus aut forensis audeat comparare aut facere comparare in Jadra nec a Jadra infra mercimonia deducta in Venetias in poena xxx libr. ven. et solidos xii.

Ljubić: Mon. Slav. merid. I, p. 41.

CXCIV. *A. 1226.* Colomanus rex Rutheniae nec non Croatiae Dalmatiaeque dux confert ecclesiae s. Laurentii de Hoy (Háj), quam avia ejus construxit, portum qui dicitur Paul pro remedio animae defunctae matris suae Gertrudis. concedente patre ejus rege Andrea.

Fejer: Cod. dipl. T. VI, vol. 2, p. 363.

CXCV. *A. 1226.* Bela rex junior, cum quidam Egidius propter privationem oculorum sui fratris per Muterinum filium Moterini ad judicium regis petiisset, judicavit illos rex cum consilio suorum jobagionum ad examen duelli exequendum. Et quia dictus Muterinus ad dictum terminum non venit, nec misit, ipsum in CC marcis tam pro privacione oculorum quam in factis damnis condemnavit. Sed quia magistro Stephano episcopo zagrabiensi attinebat, ad petitionem ipsius commisit, ut inter eos pacem laeviorem reformaret, et ut dictus Muterinus adversario CL. marcas persolvat; sed quia non habuit unde posset persolvere, praefatum episcopum coram pristaldo regis Chete comite et coram multis aliis rogavit, ut ipse pro toto suo praedio, quod inter Dravam et Muram habebat, praefatam pecuniam adversario suo solveret, tali conditione, ut si usque ad nativitatem domini proxime venturum non redderet, tunc et totum praedium perderet et contra episcopum reclamationem non haberet. Et quia dictam pecuniam nec usque dictum terminum, nec ad prolongatum usque pascham solvere voluit, habito consilio omnium magnatum regis et consensu dictum Muterini praedium Bistric et Otok Sciget, rex episcopo in perpetuum adiudicavit Pristaldo comite Chete, et cancellario Mathia praeposito zagrab.

Tkalčić: Monumenta epp. zagrab. I, 57.

Digitized by Google

CXCVI. *A. 1226.* Stephanus episcopus zagrabiensis concedit cruciferis s. sepulchri decimas de villa eorundem Caluch (Thalec) dicta, cum omnibus suis pertinentiis.

Ex actis Soc. Jesu zagr. in archivo zagr. fasc. VIII, N. 2.

CXCVII. *A. 1224—1226.* Andreas II rex jobagionibus suis Wegeslov filiis Welcheta, filiis Beriov, et Dachun filio Vislov, et filiis Mortunus in Banatu existentibus, eo quod coronae regiae in solita fidelitate eos perseverasse compererit, illos quadraginta duos fresaticos, quos pro denariis marturinalibus de populis suis de singulis mansionibus fisco debebant, liberalitate regia ellevat et disponit, ut in posterum duodecim tantummodo frisaticos de qualibet mansione populorum suorum sicut tempore regis Colomani consvetum fuerat usui regio dare teneantur. Subscripti: Thomas strigoniensis, Ugrinus calocensis archiepiscopus, inter episcopos Stephanus zagrabiensis. Salamon banus et comes saladiensis. Datum per manus magistri Stephani, d. papae subdiaconi et aulae cancellarii. Confirmatum per Karolum regem a. 1326.

Originale in mea collectione.

CXCVIII. *11. Januarii 1227.* Honorius III papa adjudicat Ugrino archiepiscopo et capitulo colocensi castrum Posega cum suis pertinentiis, specialiter pro haereticis de finibus illis penitus profligandis, consentientibus rege Ungariae et Bela ejus primogenito.

Tkalčić: Monum. episc. zagr. I, 57.

CXCIX. **Venetiis,** *9. Februarii 1227.* Consilium venetum facit recordationem, quod Andreas II rex Ungariae per litteras significaverit, ablationem rerum mercatorum Venetorum in illius terra ignorari, dedit tamen in mandatis, ut per episcopum georiensem illos, per quos damna sunt illata, plenius intiment.

Ljubić: Mon. Slav. merid. I, p. 42.

CC. **Romae, Laterani,** *15. Januarii 1227.* Honorius III papa monet Joannem (ulterioris Sirmii dominum) et natum Margaritae quondam imperatricis constantinopolitanae, ad implementum voti expeditionem sacram contra haereticos de Bosna suscipiendi, cum ab archiepiscopo colocensi ducentas marcas receperit eo fine, ut se crucis signaculo insignet; sed ab eo pluries requisitus, contra haerettcos procedere non curavit. Mandat insimul praeposito et magistro Ypolito, canonicis albensibus, vesprimiensis dioecesis, ut eum ad complendum promissum per censuram ecclesiasticam compellant.

Fejer: Cod. dipl. Hung. t. III, vol. II, p. 101. Theiner: Mon. Hung. I, 72.

CCI. **Venetiis,** *mense Martio 1227.* Petrus Ziani dux Venetiarum cum suo consilio, ad petitionem legatorum jadrensium Cerne de Carboro et Joanne Ragni ex parte comitis et communis Jadrae, concedit, quod Jadra possit dare a tribus usque sex obsides romano imperatori, si evenerit, quod ipse faceret eos per suos nuntios requiri pro facto guerrae Caciciorum.

Ljubić: Mon. Slav. merid. I, p. 42.

CCII. **Spalati,** *14. Aprilis 1227.* Temporibus Guncelli archiepiscopi spalatensis, Gregorii illustrissimi comitis, Michae Zadali vicarii, Petrus filius quondam zupani Ursici recognoscit, quod a Gregorio comite et tota commu-

Digitized by Google

nitate nobilium populoque spalatensi receperit castellum de Clissa pro conservatione ad honorem coronae regni Hungariae et ad salutem civitatum Spalati et Tragurii, promittens se conservare velle idem castellum contra quemlibet hominum. Pro majori autem cautella et securitate deposuerunt titulo pignoris quidam nobiles mille perperos; et quidem Madius civis spal. socer dicti Petri 150, Micha frater ejus 50, Stepo cognatus ejus 50, Cuzeta 50, Dessa Michaelis 50, Cusan 50, Leonardus Michae 50, Stire Mager 50, Martinus Luccari 50, Vulcinna Desazzae 50, Bucassin 50, Theodosius nepos Drimi 50, Petrus de Camercio 50, Stanicca Jancii 50, Jacobus Leonardi 50, Forminus Tessae 50, Jacobus traguriensis 50. Hi omnes juraverunt quoque in praesentia Gregorii dicti comitis, Stephani et Michae iudicum, Dragonis de Pinsa, Georgii Mattaei de Grute, Dirmi Formini, Dragonis Nicolae, Gregorii Lucae, Murgia et aliorum. De Tragurio: Desa de Luca, Casotti Milae etc Scripsit Thomas clericus juratus notarius communitatis de Spalato.

Lucius: Memorie di Traù. p. 34.

CCIII. **Romae, Laterani,** *a. 1227.* Honorius III papa ad petitionem magistri et fratrum templi in Ungaria grato concurrens assensu, domum de Luz cum portu et piscariis suis, Rassan et Kar, piscariam Soroud, Vesice, Licenica, Odohila et Wodicha villas cum pertinentiis, apostolica auctoritate confirmat.

Wenzel: Codex dipl. Arpad. T. XI., p. 201.

CCIV. **Spalati,** *11. Mai 1227.* Gregorius comes spalatensis et Guncellus archiepiscopus spalatensis terminant causam inter fratres domus militiae templi de Urana et Forminum nepotem Petri Strisii et alios patronos ecclesiae circa possessionem ecclesiae s. Petri de Bada. Praesentibus Stephano et Micha judicibus, Drago Primore, Lucaro Stresii, Duimo Formino et aliis.

Farlati: Illyr. sacr. T. III., p. 255.

CCV. **Anagniae,** *25. Junii 1227.* Gregorius IX papa confirmat episcopo et capitulo zagrabiensi ad petitionem illorum privilegia collata ecclesiae zagrabiensi per reges Hungariae et Croatiae, per duces et alios fideles, in specie privilegium Emerici regis de a. 1201, Andreae regis de a. 1217, et Belae ducis de a. 1222.

Theiner: Mon. Slav. merid. I, 79.

CCVI. **Anagniae,** *9. Julii 1227.* Gregorius IX papa confirmat capitulo zagrabiensi omnia privilegia et donationes possessionum, collata ei a regibus et aliis et in specie a Hemerico et Andrea rege (a. 1199 et 1217).

Theiner: Monum. Hung. I, 73. Tkalčić: Mon. episc. zagr. I, p. 59.

CCVII. **Anagniae,** *10. Julii 1227.* Gregorius IX papa confirmat episcopo zagrabiensi privilegia et donationes, collata ei per reges Hemericum, Andream II, et Belam regem juniorem.

Theiner l. c. 79. Tkalčić: Mon. episc. zagr. I, 60.

CCVIII. **Anagniae,** *18 Julii 1227.* Gregorius IX papa edoctus, quod clarae memoriae Ladislaus rex Ungariae populum de Dumbroa cum terra et silva

Digitized by Google

ecclesiae zagrabiensi contulerit, cum eadem silva fuisset per quemdam Sudegnam ecclesiae subtracta, bonae memoriae Felicianus archiepiscopus strigoniensis, causa sibi super hoc regia auctoritate commissa, per sententiam ecclesiae restituit. Super qua processu temporis Adilbreth frater Kaladini comitis symegiensis et quidam alii moverunt contra dictam ecclesiam coram dicto archiepiscopo quaestionem. Qui pro ecclesia sententiam promulgavit. Hanc sententiam factam a 1134 approbat nunc papa.

Tkalčić: Mon. episc. zagr. I, p. 61. Theiner: Mon. Hung. I, p. 85.

CCIX. **Anagniae,** *24. Julii 1227.* Gregorius IX papa annuens postulationibus Aringerii archiepiscopi ragusini, ad exemplum praedecessorum suorum Innocentii, Anastasii, Adriani, Alexandri et Urbani pontificum suscipit illum sub b. Petri et suam protectionem, possessiones ecclesiae eius confirmat, uti et omnes parochias ad eam pertinentes, scilicet regnum Zachulmiae, regnum Serviliae, quod est Bosna, et regnum Tribuniae, civitatem quoque catarinensem seu Rosae, budvanensem, antivarensem, liciniatensem, scodriensem, drivastinensem et polatensem cum abbatiis, ecclesiis et parochiis suis, ratas habet et confirmat; pallii quoque usum ultro quoque concedit. Subscripserunt cum Gregorio pontifice Gelagius albanensis episcopus, Conradus portuensis et s. rufiensis episcopus, Gvidus praenestinensis episcopus, Oliverus sabinensis episcopus, Stephanus basilicae 12 apostolorum presb. cardinalis, Thomas s. Sabinae presb. cardin., Octavius ss. Sergii et Bacchi dioec. card., Rainerius s. Mariae in Cosmidin diac card., Stephanus s. Adriani diac. card., Petrus s. Georgii ad velum aureum diac. card. Per manus magistri Sinibaldi s. rom. eccl. vicecancellarii.

Farlati: Illyr. sacr. VI, 96. Ex transumpto bullarum archivi ragusini. MSC. p. 8. in mea collectione.

CCX. **Reate,** *30. Julii 1227.* Gregorius IX papa accepta quaerimonia a magistro et fratribus militiae templi in Hungaria et Slavonia, quod ipsi domibus, villis, possessionibus et rebus aliis a Colomano rege et duce Slavoniae fuerfnt spoliati, mandat Bartholomaeo episcopo et praeposito, ac abbati cisterciensis ordinis, dioecesis quinqueecclesiensis, ut ipsi factam jam pridem inter ambas partes compositionem, remota appellatione, per censuram ecclesiasticam faciant firmiter observari.

Fejer: Codex dipl. Hung. III., vol. II, p. 112.

CCXI. *20. Augusti 1227.* Magister Nicolaus filius Petri de Ludbregh, volens saluti animae suae et proximorum suorum providere, donat suam possessionem empticiam Vrazilaz in districtu zagrabiensi de comitatu Morocha ecclesiae beati regis Stephani, et hanc offert in festo eiusdem, maioris missae officio existente. Si autem capitulum processu temporis voluerit hanc terram dare alicui, praediali more, non possit dare alteri, quam alicui de eius haeredibus; castra vero sua et suorum haeredum Zelna et Bistricha cum suis pertinenciis non possint aliquo colore per detentores eiusdem possessionis in aliquo offendi vel turbari.

Tkalčić: Mon. episc. zagr. I, p. 57.

Digitized by Google

CCXII. **Venetiis**, *29. Septembris 1227.* Ordinatum est per ducem et consilium venetum, ut P. Maurocenus qua legatus ducis eat ad Chersum pro facto comitis N. Quirini. Pro qua legatione recepit CL libras pro tribus mensibus.

Ljubić: Mon. Slav merid. I., p. 44.

CCXIII. **Venetiis**, *9. Octobris 1227.* Petrus Ziani dux Venetiarum cum suo consilio facit recordationem, quod J. Dauro, M. Donato et Filipus Julianus confessi sint, quod, quando ipsi de mandato consilii iverunt ad comitatum abserensem pro facto crudelis mortis N. Quirini, audiverint Marinum vicecomitem ab ore podzupani Permanae de Cherso, quod ante mortem dicti comitis fuerint interfecti boves et vaccae CXL ab hominibus de Cafisolo, comitis peccora cum lacte 80, multoni 184, agnelli 80, caprae 143, bici 38, caureoli 38. Ab archidiacono autem et a Mathaeo Marino vicecomite intellexerunt, quod 22 jumenta sint in insula, quae fuerunt comitis et quae sunt in custodia communis. Ab ore Draxicae podzupani de Absero audiverunt, quod ipse habeat dicti comitis peccora 930 sine fructu huius anni. Et Drubagus fuit confessus, quod habuerit bestias 400 minus 6 a comite.

Ljubić: Monumenta Slavorum meridionalium. I. p. 44.

CCXIV. **Cathari**, *mense Octobri 1227.* Blasius catharensis episcopus una cum omni catharensi clero et communitate, sub tempore regis Radoslavi, faciunt breve Mathaeo de Bovali propter bonum servitium, quod gessit ecclesiae et civitati adducens caput sanctissimi Triphonis, patroni et protectoris sui, propter quod donant ei agrum de s. Theodoro. Absolvunt eum et haeredes suos ab omni datione communis in perpetuum. Et dum gesta de hac translatione scribere facient, ipsum in eisdem commemorabunt. Haec omnia jurarunt: Notarius capitularis Tryphon archidiaconus cum presbytero Jacobo, archipresbytero et presbytero Junio communis notario et multis aliis presbyteris et Triphone Bolizae et Milessa Dino judicibus juratis in civitate eo tempore. Testes: Serga Zudinus, Andreas catharensis, Marinus Moschae, Joannes Eutici, Joannes Jacobus, Petrus filius Joannis Dabronis.

Farlati: Illyr. Sacr. T. VI., p. 439. Trans. ex collectione D. Papafavae. MSC.

CCXV. **Venetiis**, *16. Novembris 1227.* Yvanus zupanus et Andreas de Petrizo de Jadra legati stant plegii d. duci et communi Venetiarum pro Domaldo de Volcina de Jadra et Petro Pogano filio Laurentii de Jadra sub poena yperpeporum auri 500 pro unaquoque ipsorum, si contigerit eos facere aliquid contra honorem ducis vel comitis Jadrae aut ejus fflii.

Ljubić: Mon. Slav. merid. I, p. 45.

CCXVI. *A. 1227.* Andreas II rex confirmat donationem Colomani ducis filii sui factam episcopo et ecclesiae traguriensi de praedio et terra Drid prope civitatem Tragurii, cassans omnem jurisdictionem, quam vel Vulciuna quondam traguriensis comes, vel Budislaus Gregorii comitis consobrinus, vel alius quispiam in eundem locum dignoscitur habuisse.

Farlati: Illyr. sacr. T. IV., p. 337.

CCXVII. *A. 1227.* Stephanus episcopus zagrabiensis proventus decimarum suarum, cultelli scilicet zagrabiensis parochiae provenientes, exceptis eis quae

Digitized by Google

ad cellarium eius solent deputari, scilicet frumento, avena, cera, melle, lino, fabis, agnis et nucibus, nec non fertone cancellarii et una marca pincernae, concessit capitulo zagrabiensi pro cappis suis singulis annis renovandis. Decimas quoque de Gercha (Gverche, Gorica?), exceptis supradictis accessoriis, et ducentos porcos et ducentos cubulos vini de cellario zagrabiensi eis contulit. Praeterea, cum canonici non habuerint habitacula communia, in qua convenientes ad divina officia in domo domini expedicius possint concurrere, curiam suam et omnes domos in eadem existentes eisdem perpetuo contulit inhabitandas, ut in unum convenientes valeant salubriter cotidianum officium decantare.

Tkalčić: Mon. episc. zagr. I, p. 58

CCXVIII. *1225—1228.* Cum nonnulli ex iis fratribus praedicatorum, qui ad terram sanctam destinati fuerant, Ragusium appulissent, Arringerius Romanus archiepiscopus et Nicolaus de Sorrento rector seu comes Ragusii ditinuerunt illos in civitate, et tradiderunt illis quoddam sacellum ad moenia civitatis s. Jacobo apostolo sacratum, domosque, quae circum erant, pro conventu destinaverunt. Cum autem numerus fratrum in brevi usque ad 40 crevit, donavit illis a. 1228 nobilis civis de Palmota ecclesiam b. virginis in coelos assumptae et domum et hortum extra muros civitatis iuxta sacellum s. Jacobi.

Farlati: Illyr. sacr. T. VI. p. 95.

CCXIX. **Braciae,** *21 Martii 1228.* Temporibus regis Andreae II, Drasinae comitis Braciae, Dragoslav jupani, et Parvoslov et Gregorii Dragosii judicum, comparuit ante curiam in Nerezi Ivan Bloy et praesentavit pecuniam prout in sudbina, pro vinea viverinae, et licentiatus fuit. Barnabas archipresbiter juratus scriba communitatis scripsit.

Cicarelli: Osservazioni sulla Isolla di Brazza, p. 106.

CCXX. *27. Augusti 1228.* Capitulum zagrabiense attestatur, quod Volcheta nobili viro, una cum fratribus suis Szida et Merga filiis Mezten ab una parte, et Roberto comite filii Abel personaliter constitutis, idem Volcheta cum fratribus confessi sint, quod ipsi vinculum proximitatis cum ipso comite Roberto contrahere volentes, per filiam praefati Volcheta nomine Dragozt, possessionem suam culpateum cum omnibus pertinentiis contulerint eidem Roberto. Pro maiori cautela exmiserunt magistrum Dragozlaum pro inspiciendis metis. Cui commissioni astiterunt etiam proximi Vlchetae comitis et fratrum suorum, scilicet: Cocurina et Volchetk filii Mestina, Gerdimer et Vranesco filii Crisan, Volk et Nork filii Norsa, Junosa filius Kobeda, Predizlaus cum fratribus et proximis, Orcun, Dragos, Ertesa, Cherneht, Odola, Zorislav filii Chuchuk, Volkouoy et Volk filii Stoislai, qui donationem ratificarunt. Metarum prima incipit ubi quidam alveus Szavae Struzeht vocatus cadit in Savam, per quem venit ad unum Cheret, a quo vadit ad fluvium Cerita; inde venit ad quoddam ium(?) inde ad locum Pyavichna per unum fluvium ad silvam Megnakea, inde ad fluvium Cherenchina, per viam vadit per unum Siget bona longitudine et venit ad viam antiquam versus septemtrionem, per quam procedit nimia longitudine a sinistra parte terra abbatis de Toplica, a dextra terra Roberti comitis. Per eandem viam ad rivum Szlepeht et per eundem cadit in fluvium Moschenicha, per quem cadit in Culpam, hinc per eandem

Digitized by Google

Culpam exit directe inter Rakov et Goricha, venit ad locum Vruit et per quandam viam versus Sciteht et ad rivulum Cozopor cadit in Culpam, et in eodem fluvio descendit et pervenit ad eum locum, ubi Sava et Culpa coniunguntur seu commiscentur; per Savam in magno spatio venit ad lacum Lokov et per medium lacum in magna longitudine venit ad lacum Crepche, et per medium vadit ad arborem Dobri dub — per terram Loca in fluvium Scepcina, ubi limites nobilium Domonoslav a metis Roberti comitis separantur; hinc per Scepcina, ubi nobiles de Blina commetantur, per quem fluvium cadit in Savam, et per magnum spatium iterum ad alveum Struzeht (Stružec).

Tkalčić: Mon. episc. zagr. I, p. 61.

CCXXI. **Perusii,** *9. Julii 1228.* Gregorius IX papa mandat omnibus praelatis ecclesiarum per Istriam, Dalmatiam et Slavoniam, quatenus devotionem fidelium ad venerationem beati Francisci institutoris fratrum minorum excitantes festivitatem eidem 4 nonis Octobris annis singulis excolant et pronuntient.

Fabianich: Storia dei frati minori in Dalmatia e Bosna. I, 407.

CCXXII. **Venetiis,** *25. Decembris 1228.* Ordinatum est per ducem et consilium venetum, minus et maius, et stridatum publice Rivoalti in scalis, quod nullus Venetus a modo in antea usque ad s. Petrum proximum in Junio in persona vel per suum missum audeat ire aut mandare per terram vel per aquam a Jadra supra, nec a civitati Firmi nec in Ancona.

Ljubić: Mon. Slav. merid. I, p. 45.

CCXXIII. *A. 1228.* Andreas II rex notificat, quod comes Marcellus filius Petri filii comitis de Pukur (Pakrac) et de genere Tecun, una cum Mychaele et Benedicto fratribus suis quaerulando supplicarint, ut cum idem comes Marcellus in regiis servitiis ultra mare cum rege fuisset, quidam vicini possessionis ipsorum Oziagh metas eiusdem in multis locis destruxissent, supplicarunt itaque regem ut easdem veras et antiquas metas de novo circumdari facere dignaretur. Rex confirmando eis possessionem praefatam, misit hominem suum cum homine capituli quinqueecclesiensis, qui dictas metas reambularunt et segregarunt. Prima itaque meta incipit in littore Dravae a parte septentrionali, in vicinitate possessionis nobilium de Raholka, Bogonov vocatae, in fine cuiusdam silvae ilicum Tulherdeu nuncupatae; ab occidente vadit ad plagam meridionalem per lacus et per prata ad dumos viminum, Requitye (Rakitje) dictorum; inde ad unum portum penes terras possessionis Bogonov et Ozyagh; ibi transit magnam viam in meridie; inde tendit ad stagnum Stoysentherith ad magnam viam, per quam itur de Ozyagh ad villam Wyllow: inde ad puteum Hvalen et silvam Saas (šaš), et tendit in parte meridionali in lacum Ivahon malakya, et intrat ad unam viam magnam, per quam itur de Ozyagh in Willow, deinde ad silvam Slosye. Tendit ad terras minor Palana dictas, et venit ad lacum Ragtonicha. In magno spatio cadit in fluvium Crasow, transit ad lacum et fluvium Clocochuch et de ipso ad lacum Rezna et ad alium lacum Pezye mlaka; inde prope magnam viam, per quam itur ab Raholcha ad Ozyak. Eundo prope lacum Cheruch vadit ad maiorem et minorem Dragoztryuch et iuxta pontem Scurubuch hyda, cadit ad fluvium Pezchyna, et ad alium fluvium Wlchyche procedendo ad fluvium Lokanech, ubi terrae nobilium de Raholcha

Digitized by Google

terminantur. Incipit tenere cum Matuchyna, in parte septentrionali venit ad lacum Rogtouicha et silvam memorosam Kanachyn, cadit in fluvium Mathuchyna et per unam silvam ad magnam viam in qua itur ad Ozyagh. In bono spatio cadit in oriente ad fluvium Fluniz bekoyk et per fluvium Bakoyk tenet metam cum Nekche (Našice) et cadit in magno spacio in fluvium Nekche. Venit in oriente ad lacum Byztra et ad alium lacum Machlyn. Deinde ad lacum Kathkona et cadit in fluvium Brezthnyche. Incipit tenere cum terra Kos et cadit ad fluvium Wlchyche. Intrat ad aquam Medves, tenet commetaneitatem cum cruciferis de dicto Crassov et intrat ad fluvium Crassov ubi meta cruciferorum terminatur. In magno spatio venit ad metam terrae Serech usque ad unum monticulum, sub quo est magna via per quam itur de Ozyagh ad Serech (Šerec?). Intrat in stagnum Martyna. Inde ad duas magnas arbores iuxta fluvium Dravae cadit in ipsum fluvium et contra cursum eiusdem nimis longe pergit in suo abyssu et pervenit ad priores metas in littore Dravae ineoatas, ubi terminantur. Datum per manus Alberti aulae cancellarii praepositi orodiensis. Existentibus Stephano episcopo zagrabiensi, Jula bano et comite supruniensi, Ocys (Ochich) curiali comite reginae.

Fejer: Cod. dipl. Hung. III, vol. II, p. 134.

CCXXIV. *A. 1228.* Dionisius comes palatinus manifestat, quod inter Rubinum filium comitis Job de genere Woyk et ejus generationem ab una parte, ab altera comitem Petrum filium Marcelli de genere Thethen (Tecun?) et totam generationem suam, fomes discordiae per longum tempus pro terra inter fluvios Puxker (Pakra) et Thopolcha (Toplica) adiacente et aliis rebus ac damnis processisset, tandem ad regem fuit deducta, quum rex, vice sua, eidem commisit audiendam et fine debito terminandam, Rubinus allegavit quod dicta terra per comitem Petrum sit vi occupata, produxitque instrumenta authentica Stephani et Belae Belyn regum condam Hungariae, quae comes Petrus improbare conabatur. Sed quia nullum privilegium ad juris sui defensionem produxit, nec proceres inter Dravum et Savum commorantes pro parte ipsius quidquam responderunt, sua improbacio locum habere non potuit. Appellavit ergo Petrus iteratim ad regem et astiterunt ambae partes in praesencia domini regis et exposita fuerunt instrumenta filiorum Woyk, quorum vigore spanatum sive knezatum iam in fata terra tenuerant, altereantibus ambobus partibus inventus fuit comes Petrus tamquam calumniator, rex tamen ei poenam remisit, et ambas partes ad concordiam revocavit. Comes ergo Petrus partem praedictae terrae, supra quam villa Keresztor ad generationem Woyk pertinens extitit fundata, cum omnibus pertinentiis Rubino concessit, aliam vera partem terrae, supra quam villa Megeriwch (Medjurečje) exstitit fundata, cum omnibus pertinentiis Rubinus comiti Petro annuit. Litteras quoque mortuas et innanes proclamarunt. Ad revidendas metas terrarum comes Zochud exmissus. Et quidem incipit prima meta terrae Woykonis in fluvio Toplicha, ubi aqua Mechchencha cadit in eandem et per longum spatium pervenit ad locum, ubi rivulus Zuha Mechencha cadit in Mechencham et per varias metas ad viam magnam, quae venit de Pukur, et per vallem nemorosam in aquam pluvialem Werbnichapothok et iterum in Toplicha. Consensum quoque praebuerunt: Woyna filius Woynae, Johannes filius Fabiani, Zazlan et Mark filii Buza, filii comitis Job

Digitized by Google

de generatione Woyk. Item Arnoldus f. Peterd, Leukus f. Deschan, de generatione comitis Petri et Stephanus et Ivan de genere Tholonygh.

Feyer: Croatiae et Slavoniae. p. 128 Wenczel. Cod. arpad. VI, p. 457.

CCXXV. *A. 1228.* Ugrinus archiepiscopus colocensis suscipiens delegatam a rege causam cognoscendam inter abbatem s. Martini de Pannonia et abbatem s. Demetrii de Sirmia super quadam piscina sita juxta Knesa, quae vulgariter Miruth vocatur. Cum enim ventum esset ad processum negotii, abbas de Pannonia piscacionem in dicta piscina violenter esse factam a jobbagionibus abbatis s. Demetrii ad damnum marcarum XVI et hoc testimonio provincialium comprobavit, asserens per autenticum (privilegium) s. Ladislai se probaturum, quod piscina sit monasterii s. Martini, abbas tamen s. Demetrii et ejus populi reclamarunt et dixerunt, quod eadem piscina esset jus eorum ecclesiae, et quod hoc demonstrare velint privilegio, quod haberent apud episcopum quinqueecclesiensem et comitem Cletum. Statuto termino abbas de Pannonia exemplar sui privilegii praesentavit, paratus etiam autenticum praesentare, altera parte nullo innitente instrumento. Terminus abbati s. Demetrii prolongatus fuit usque ad pascha. Usus tamen piscinae relictus abbati s. Martini. Damnum et judicium persolvere habuit abbas s. Demetrii. Hanc sententiam confirmavit et rex Andreas II pro Urio seu Urosio abbate s. Martini.

Wenczel: Codex dipl. Arpad. T. I., p. 248.

CCXXVI. *Circa 1228.* Treguanus episcopus traguriensis scribit Guncello archiepiscopo spalatensi: cum propter valetudinem corporis lecto affixus Spalatum adire non posset, et cum audiverit eum curiam romanam visitare velle, sed cum plures ecclesiae spalatensis archiepiscopatus suo pastore vacent, opportet extendere sollicitudinem ad subrogationem earum, dat ei propterea consilium, ut per nuntios et litteras studeat efficere, ut ad vacantem sedem nullus eligatur absque sua conscientia et capituli spalatensis.

Farlati: Illyr. sacr. T. IV., p. 338.

CCXXVII. *Circa 1228.* Treguanus episcopus traguriensis scribit C. archidiacono spalatensi et capitulo, rogans propensius, quatenus suorum obsequiorum intuitu Prodanum servientem suum et concanonicum in jure beneficiorum sibi ab illis collatorum manutenere dignarentur.

Farlati: Illyr. Sacr. T. IV., p. 338.

CCXXVIII. *Circa 1228.* Colomanus rex Ruthenorum et dux totius Slavoniae statuit primo Laurentium filium Ompud in comitem de Gerha (Gora?); sed cum nihil boni, multa tamen mala fecisset, abstulit ab eo eumdem comitatum, inferens ei poenam ut meruit. Postmodum ad preces fratrum eiusdem Dionisii palatini et Michaelis magistri recepit illum in gratiam suam et contulit ei comitatum Maris de Podogola (Podolja?). Sed ille non oblitus nequiciarum 24 villas ad idem castrum pertinentes personaliter combussit, ac duas ecclesias, putans pecuniam in ea invenire, destruxit. Ad hoc statuit dux, licet de eo sibi satisfacere potuisset, ipsum coram patre suo rege Andrea ac omnium jobagionum suorum judicio tradere. Quem pater suus et omnes fere barones regni reum proclamarunt et ad ammissionem omnium suarum possessionum condemnarunt. Ad multas tamen preces, maxime patris sui, pepercit illi dux et de possessionibus eius solummodo praedium Lipow (Lipovac), cum

Digitized by Google

idem Laurentius et pater ducis et alii instantes rogassent, accepit. Quod praedium Demetrio magistro alienatum fuit cum aggravatione patris eiusdem. Vendidit ergo illud dux pro mille marcis.

Wenzel: Cod. dipl. Arpad. I, p. 256.

CCXXIX. *A. 1228.* Bela rex junior confert Stephano episcopo zagrabiensi ad recompensationem ejusdem servitiorum villam Vertus cum suis cohabitatoribus a castro symegiensi exceptam, et fecit illum per comitem Iseph filium Joanis introduci. Datum per manus Mathiae praepositi zagrabiensis aulae cancellarii.

Ex archivo archiepiscopi zagrabiensis. Liber privileg. p. 39. Tkalčić: Mon. episc. zagr. p. 56 ad a. 1226.

CCXXX. **Jaderae,** *circa 1228.* G. archiepiscopus spalatensis promittit se firmiter stare ad omnia, quae inter eum et capitulum eius frater Gvarinus cum suis fratribus decreverit ordinandum. Libros autem, quos apud se habet, promittit firmiter, quod absque omni lite usque ad festum s. Martini ecclesiae restiturus sit, scilicet: . . epistolare, ordinarium sermocinale, institutiones et tapetem. Praesentibus procurantibus causam capituli Vita primicerio, Petro et Desa diaconibus, Thoma subdiacono testimonio Bartholi nonensis et Nicolai scardonensis, Nicolai et Jacomini fratrum minorum et abbatis Chranae, laicorum vero Grubae spalatensis et Cernae carl. civis jadrensis.

Ex archivo aulico viennensi. Act. spal. cap. Carrara: Archiv. capit. p. 11.

CCXXXI. **Perusii,** *20. Januarii 1229.* Gregorius IX papa concedit Ugrino archiepiscopo colociensi facultatem novam sedem episcopalem in monasterio Cuchet (Ku, Kow, Kö) statuendi authoritate apostolica.

Farlati: Illyr. sacr. T. VII., p. 544. Theiner: Mon. Hung. I, 88.

CCXXXII. **Arbi,** *3. Februarii 1229.* Temporibus Jacobi Teupolo ducis Veneciarum, et Jordani episcopi arbensis et Petri comitis, dictus episcopus scriptum recordationis fieri jubet de terris et vineis et aliis jurisdictionibus episcopatus arbensis et cum penitus ignorentur jura episcopatus et ecclesiae, fecit jurare tres clericos et tres laicos, quorum nomina sunt: Ursus quondam abbas s. Petri, Designa archipresbyter, Stephanus presbyter, Philippus filius quondam Fusci judex, Julianus atque Designa filius quondam Micali, ut secundum suum scire jura ei probarent et demonstrarent. Inprimis Designa archipresbyter juravit, quod locus Salbinus iuxta montem s. Damiani, cum loco Potueto et Pulveraria tota usque ad Lapisum, et vinea, quam tenet potestas Andreas prope fontem Bonifacii et totus mons de Sciro, et locellus Catilla et totum Pluginum usque ad Drinduli et campus de Pino et terra de Vallicella et terra de Pertamo et terra Sassi sint et extiterint ecclesiae s. Mariae. Item vinea, quam tenet Ugolus frater quondam Prodani episcopi de Lauro, ac quondam episcopus Andreas eam tenebat. Et vallis plana et vinea uxoris Lampridii qu. de Bagnolo et Gurgum quondam Catalella de Marano, et monticellus de Cupellago, quem tenet Marius Gissani.

Designa dixit, quod cum esset quartarius episcopi Prodani, vendidit terram, in qua presbyter Drasimerus habet vineam in Sabuno, vinea Marinae Gerdussae et vinea quondam Fanfognae et vineae Bivaldi, Petri Buzolae, Cipriani veglensis, Joannis Fligulini, Locavae, filiorum Maltravae, Nicolae Mignorelli, Joannis presbyteri de Bencina et Drasignae Stannae . . . . et vendidit locum,

*

Digitized by Google

quem tenet Ragaza cum episcopo Andrea et cum Brugnolo quondam quartario et vineae Madii Bertaldi et Calendae et pastinum orient et vinea Designae Vilzi et filiorum Lampridii Costizzae, quae omnes sunt in Galbano et fuerunt in terris ecclesiae s. Mariae.

Philippus judex juravit, se a patre suo audivisse, quod a via, qua venitur a monte s. Damiani usque ad viam publicam et eundo versus austrum usque ad vineam s. Petri et Cotopagnae, totum fuit de quarto et vinea Vezoli et vinea uxoris Lampridii et Gurgium Vazatrichi, quod tenet Vitus Zadolini, erant ecclesiae s. Mariae. Item Salinae in capite Comorcarii et molendinum prope monasterium s. Petri et terra in Marano. Testis Stephanus archidiaconus etc.

Farlati: Illyr. sacr. V. 246.

CCXXXIII. **Perusii,** *3. Martii 1229.* Gregorius IX papa scribit legato suo Egidio subdiacono et capellano, quomodo colocensis archiepiscopus in sua praesentia fecerit recitari, quod nobilis mulier . . soror regis Ungariae acquisiverit terram ulteriorem Sirmiam, ratione partis Ungariae quae citerior Sirmia nuncupatur, quae ad nutum dictae sororis regis regitur adeo, quod quidam de clericis archiepiscopo ipsi subjectis, per eam in maiori ecclesia, quam terrae illius homines episcopalem nominant, provisor sit deputatus ad tempus, donec de ipsa, quae Graecorum ritum tenet et nondum sedi apostolicae obediuit, ipsa sedes disponet. Quare archiepiscopus supplicavit, ut cum praefata ecclesia colocensis vicinior et conterminata esse noscatur, ipsam novo episcopatui, qui de licéntia pontificis in citeriori Sirmia debet creari, per ipsum annectere dignaretur. Cum ad honorem apostolicae sedis pertineat, ut Sclavi et Graeci, qui terram illam inhabitant, ad latinorum ritum et obedientiam romanae ecclesiae, si fieri potest, convertantur; mandat legato, si in ecclesia illa sit episcopus et sub obedientia ecclesiae romanae esse voluerit, eum recipiat, si autem non sit episcopus, vel si noluerit obedire Romae, dicto novo episcopatui adjiciat ecclesias.

Theiner: Mon. Hung. I. p. 88. Farlati: op. cit. VII, 545.

CCXXXIV. **Venetiis,** *6. Martii 1229.* Jacobus Teupolo dux Venetiarum post suam electionem et introitum statuit, quod debeat habere qua dux annuatim 2800 denariorum venetorum quousque in ducatu steterit, et 350 romanatos de redditu comitatus Vegloe et pro regaliis eiusdem comitatus romanatos 60 eo tempore annuatim, quo continetur in promissionibus illis, quas Joannes, Vido et Henricus comites Veglae fecerunt praedecessori suo Henrico Dandulo — et habere debet inter caetera regalia tam Chersi et Auseri quam de comitatu Arbae, Ragusii et Sansegi.

Ljubić: Mon. Slav. mer. I, p. 46.

CCXXXV. **Jaderae,** *8. Augusti 1229.* Tempore Jacobi Theupuli ducis Venetiarum, Johannis archiepiscopi jadrensis, Marini Danduli comitis, Gaja abbatissa monasterii s. Nicholai una cum monialibus Marina, Dobrica, Denza, Stana, Dessa, Velcilla, Honorata, Procha, Duna, Fumia et Honorata affirmat, se accepisse a Jurcone pro libertate Milae disti monasterii formulae emptae pro perperis sex, uxoris vero eiusdem Jurconis perperos duodecim, nec sit illis licitum eandem pro servitio repetere. Praesentibus abbate s. Chrisogoni, presbitero Michaele s. Eliae, Desa presbitero dicti monasterii s. Nicolai, pres-

Digitized by Google

bitero Bartholomaeo, laicis Bubeo, Mendino, Draximir. Scripsit Filippus filius Jacobi Petri mortui, interfuit Rainerius, jadrensis notarius.

Ex mea collectione.

CCXXXVI. *Mense Septembris 1229.* Guncellus archiepiscopus commemorat qualiter sit processum in causa, quae inter templarios ex una parte et Robertum abbatem de Rogova ex parte altera levata fuit. Quoniam cum nuper in curia d. Colomani regis et Julae bani ejusdem multa controversia super quibusdam possessionibus ad Rogovam pertinentibus inter templarios et R. abbatem orta fuisset, pro bono pacis ambae partes, videlicet magister Ranardus argentarius et Johannes de ... cum fratribus suis, et Stephanus comes Tragurii procurator ejusdem abbatis solemniter compositum scripserunt; nimirum: quod in festo nativitatis b. M. virginis magistro et fratribus domus militiae templi ex parte una et abbati et monachis s. Cosmae et Damiani in Dalmatia ex altera super quibusdam possessionibus de Rogova, pro quibus inter partes coram Jula bano totius Sclavoniae questio vertebatur, tandem magister domus templi stante pro parte sua ac Stephano de Breberio comiti, Tragurii procuratore stante pro abbate et monachis coram archiepiscopo spalatensi de forma pacis in hunc modum extitit ordinatum: quod dictus magister venerit ad partes maritimas in Vranam, convocatis praefato archiepiscopo nec non aliis tam spiritualibus et ecclesiasticis personis quam saecularibus bonis viris, quos partes voluerunt communiter evocare. Si de plano potuerit fieri compositio de sexaginta romanatis aureis, quos dictus comes S. pro liberatione bonorum monasterii ex parte bani confiscatorum eidem bano solvere promisit, dicti magister et fratres templarii sive partem sive totum cum ratione praevia abbati et monachis reddere teneantur. Quod si autem causa amicabiliter non potuerit terminari, electi sunt arbitri: dictus archiepiscopus, R. nonensis episcopus cum fratre monacho de Thopliza et alio fratre domus hospitalis, nec non duobus fratribus praedicatorum et duobus fratribus minoribus, a quorum judicio appelata ultro non permittitur; juraverunt namque ambae partes judicio arbitrorum penitus se subjicere velle; annotatur etiam, quod electus Stephanus comes nomine etiam fratris sui Gregorii comitis spalatensis et nomine fratrum et cognatorum suorum manu firmiter promisit, quod de possessionibus ad Albam maritimam desolatam spectantibus, quae civitas ad fratres templarios pertinere dignoscitur, in subsidium seu patrocinium abbatis et monachorum contra templarios non opponent. Templariis tamen non comparentibus ad iudicium, lata est sententia per arbitros in favorem monachorum.

Farlati: Illyr. sacr. T. III., p. 257.

VVXXXII. **Cathari**, *11. Octobris 1229.* Blasius episcopus catharensis cum Triphone archidiacono et reliquis clericis cum judicibus et nobilibus civitatis instituunt decretum, ut in antea nullus homo ex ciuitate praesumat credere aliquam causam abbati Matthaeo s. Georgii, nec ipsius monachis super causis s. Georgii. Nec ullus homo audeat emere terras aut vineas de s. Georgio ab illis, nec credere illis aliquam pecuniam super paramentis monasterii. Qui contra fecerit, perdat pretium illis datum et subiaceat poenae excommunicationis.

Farlati: Illyr. sacr. T. VI, p. 439.

CCXXXVIII. *A. 1229.* Andreas II rex donat servienti suo Michaeli filio Abrahe, qui a primis suae pueritiae temporibus tum in regno, tum extra

Digitized by Google

regnum et maxime in expeditione Rasciae, rege personaliter ibidem existente, indefesse perservissent, et totiens se suaque mortis exposuisset periculo, terram Chokol, vacantem incolis et a castro albensi exemptam.

Tkalčić: Mon. episc. zagr. I., p. 64.

CCXXXIX. **Spalati,** *1229.* Michael farensis episcopus, Treguanus episcopus traguriensis et Cataldus electus archidiaconus spalatensis cum Vita primicerio et cum toto capitulo, electi per Guncellum archiepiscopum spalatensem, ad consecrationem Nicolai electi scardonensis, consulunt ei et suggerunt modis omnibus, ipsum qua episcopum tertium, absque dubio procedere posse consecrationem. Et hoc fecerunt ex consensu omnium suffraganeorum, qui consultationi interesse non potuerant, propter Slavos totam Dalmatiam destruentes.

Farlati: Illyr. Sacr. T. III. p. 256.

CCXXXX. *A. 1229.* Andreas II rex accedente ad suam curiam et in conspectum suorum etiam jobagionum Stephano episcopo zagrabiensi, qui a rege postulavit, ut aut secundum instituta veteris testamenti totam suam dioecesim iustas decimas omnium frugum, aut secundum antiquam consvetudinem Ungariae singula pondera pro singulis capeciis persolvi faceret. Rex autem statuit, licet hoc episcopo grave videbatur, habito consilio jobagionum, ut iustas decimas omnium frugum in specie, aut pro duabus capeciis unum pondus persolvatur. Ita tamen, ut quicunque solvere noluerit, excommunicari possit. Per Bulchu gevriensem praepositum et aulae cancellarium; existentibus Stephano zagrabiensi episcopo, Ochuz curiali comite reginae etc.

Tkalčić: Mon. episc. zagr. I, p. 63.

CCXXXXI. *6. Decembris 1229.* Capitulum chasmensis ecclesiae commendat memoriae, quod comes Germanus a parte una, ab altera autem Paulus et Gregorius filii Ilij coram constituti, idem comes Germanus quandam terram in Kamacha (Kamarcha) prope ecclesiam b. Virginis iuxta aquam Kamarha, ad ipsum ex parte dicti Pauli pro 25 marcis titulo pignoris devolutam, quam Paulus in termino non redemerat, amore cognationis reliquit eidem Paulo, relaxatis quinque marcis; pro residuis 20 marcis iidem fratres Paulus et Gregorius confessi sunt terram ad quinque aratra cum sessione Ilija patris eorum in monte et fundo unius molendini pignori obligasse Dominico filio comitis Garmani.

Wenzel: Cod. dipl. arpad. VI, p. 479.

CCXXXXII. *A. 1229.* Colomanus Haliciae rex ac dux Slavoniae notificat, quod terram quandam exceptam de villa Thomae, ad quatuor aratra, quam Dominicus quondam comes filius Rugas, Don et Mathiae contulerat, ab eis non abstulerit verum cognita fidelitate eorum, eis possidendam et suis haeredibus contulit, assignatis metis per pristaldum Polen.

Wenzel: Cod. dipl. arpad. VI, p. 477.

CCXXXXIII. *Circa 1229.* Colomanus dux Croatiae et Dalmatiae mandat comiti et communitati spalatensis civitatis, ut cum omnibus suis navibus, tam parvis quam magnis, decenter apparati, dum nuntium ad eos miserit contra Domaldum inimicum regis in auxilium occurrant et de rebus eiusdem Domaldi nihil in suam custodiam recipere praesumant.

Ex archivo aulico vindobonnensi. Acta spal. XII/124. Carrara: Archiv. capit. di Spalato p. 73.

Digitized by Google

CCXXXXIV. *A. 1229.* Magnus iupanus (Rasciae) Stephanus cum suis filiis iurat comiti Ragusii Johanni Dandulo et toti communi ragusinae civitatis, quod eorum amicus cum suis filiis futurus sit donec ei recti fuerint. Si aliquis eorum inimicus ad eius terram fugerit et de illa ceperit eos molestare, dabit illum eis. Homines cum mercimoniis possunt venire sine ullo timore, quod est mercatorum consvetudo, dabunt ei. Et Slavus non apprehendet Raguseum sine iudicio. Si factum fuerit iniustum, inter civitatem ragusinam et terram eius positi erunt judices, ubi est consvetudo et judicabunt.

Ex archivo aulico vindobonensi. Ragusa rub. serb. 163/5.

CCXXXXV. *Circa 1230.(?)* Zellovellus gratia Venetiarum ducis comes ragusiensis, scribit nobili viro, eadem gratia spalatensi potestati Velcinno et traguriensi comiti et nobilibus eiusdem civitatis: cum Judas olim ragusiensis comes nec suis nec illorum civibus justitiam facere voluerit, et ideo dissensio et pignora inter eos et Raguseos de die in diem crescebant, nunc autem quia civitas ragasensis gratia dei de confinibus Venetiarum habetur, volunt ut mala omnia cessent et pax firma perduret.

In archivo aulico viennensi inter acta ragusina. Carrara: Archiv. capit. di Spalato p. 73.

CCXXXXVI. *9. Februarii 1230.* Farcasius praepositus quinqueecclesiensis et totum capitulum notificat, quod Abraam comes filius Marcelli, homo magistri File praepositi zagrabiensis et cancellarii Colomani regis, coram illis fuerit protestatus, quod terras ipsius Donat et Drauch, quas habuit iuxta Ruch (Rovišće?) emptitias et terram ex altera parte Ruch nominatam Cudumred, regi Colomanno, duci totius Sclavoniae in commutationem terrarum Pucruch ab eodem rege receptarum, predicto magistro File eo tenore remisisset, ut ipse comes Abraam praedictum magistrum File super terris iam praefatis, si aliquis eas impetere praesumeret, ab eius vexatione eximere et liberare teneatur.

N. R. A. Fasc. 1501. N. 8. ex actis archivi regni per banum Khuen-Hedervary deportatis.

CCXXXXVII. **Colocae,** *m. majo 1230.* Ugrinus archiepiscopus colocensis, cum inter Stephanum episcopum zagrabiensem et eius ecclesiae capitulum ex una parte, ex altera autem inter magistrum et fratres domus militiae templi per regnum Ungariae et Slavoniae super quadam terra Rasecha coram Colomano rege (et duce) quaestio diutius verteretur, tandem amicabiliter ita composuit: Quod dicti magister et fratres totam illam terram, quam habent ultra Dravam versus Slavoniam, terrae dicti episcopi, quae Vasca dicitur, contiguam, quam Benedictus quondam banus dictae domui templi pro salute animae suae contulit, zagrabiensi ecclesiae dimiserint, tali conditione, quod dictus episcopus zagrabiensis et capitulum bona fide promiserint, quod super Rasecha permanente templariis nihil de caetero reclamabunt. Sub paena 200 marcarum illius partis, quae a composicione recederet.

Tkalčić: Mon. ep. zagrab. I. p. 65. Farlati: Illyr. sacr. T. V, p. 363.

CCXXXXVIII. **In Arascia,** *15. Juli 1230.* Radoslaus rex Serbiae et maritimi una cum fratribus suis Vla islavo et Urosio, attendentes servitia nobilium de Catharo, quae patri eorum Stephano primo coronato regi et avo eorum s. Simeoni Nemagnae praestiterunt et ipsis nunc praestant, confirmat eis privilegium regis Georgii de dato 15 Augusti a. 1215. super collatione terrae

Digitized by Google

Prevlacha cum concessione reaedificationis ecclesiae s. Archangeli et donatione locorum Lustiza et Pasiglav et cum tota planitie usque ad confinium de Gasral.

Rad. akad. jugosl. I, p. 130. Nani: De duobus nummis regis Rassiae, p. XLV.

CCXXXXIX. *A. 1230.* Nemilus vicebanus et comes zagrabiensis testatur, quod cum venisset ad eum jobagio Tersa cum litteris Colomani, ut praeceptum adimpleret, venit ad terram Zlatenich (Slatinić?) ad perambulandam eam. monachi autem prohibuerunt ei terram illam perambulare dicentes, quod esset data ecclesiae de Toplica per privilegium regis Andreae, quod etiam ostenderunt. Quo perlecto coram Martino corbaviensi episcopo et coram sex generationibus, invenit vicebanus dictam terram Terse in privilegio monachorum; Martinus tamen episcopus affirmavit, quod dicta terra esset castrensium. Habito consilio cum jobagionibus adiudicata est terra monachis. Ad hoc nominati sunt duo pristaldi, unus terrigena Yaresclav et alter Ungarus nomine Kesseu.

Tkalčić: Mon. episc. zagr. I, p. 68.

CCL. *A. 1230.* Capitulum ecclesine zagrabiensis notificat, quomodo Zibisclaus filius Cojan cum suo fratre Marco et cum parentibus suis agnovisset, quod terram Slatennic, ad monasterium de Toplica pertinentem, per aliquod tempus indebite occupasset. Impetente vero ipsum abbate, recognoscentes praefati terram non sui juris esse, coram capitulo dicto abbati resignassent. Metae terrae sunt: prima ubi Dramonin cadit in Glinam, inde descendit ad caput rivuli et vadit ad fossas Crenichischa, deinde ad rivulum Vulchi, inde supra domum Torse ad locum Caliche, inde ad locum Zlobinocancep, inde per viam in monte, quae vadit a Bayne a Bachuse, inde per eandem viam ad locum Prohod, inde supra magnam vineam ecclesiae toplicensis ad montem Vruit, inde ad arborem clenik, ubi terminatur. Existentibus: Andrea rege Belae filio eius regnum Hungariae gubernante, Colomanno totius Sclavoniae ducatum tenente, Stephano secundo episcopo zagrabiensi, Mathia praeposito, Pugrino cantore, Gabriele custode, Simeone decano et caeteris.

Tkalčić: Mon. ep. zagr. I, p. 66.

CCLI. *Mense Maio aut Junio 1231.* Colomanus Ruthenorum rex et Slavoniae dux considerans fratrum militiae templi religiosam devotionem et assiduos labores quos ab hostibus crucis Christi incessanter perferunt, dignum duxit omnes templarios, qui infra ducatum Slavoniae sunt, et omnes eorum terminos tam in Dalmatia quam in Croatia et omnia eorum bona mobilia et immobilia contra quemlibet hominem protegere. Concedens illis insignia privilegia et libertates.

Theiner: Mon. Hung. vetera I, p. 97. Ex confirmatoriis litteris Gregorii IX papae.

CCLII. **Reate,** *8. Julii 1231.* Gregorius IX papa ad petitionem fratrum militiae templi confirmat compositionem inter eos ex una parte et Colomanum Ruthenorum regem ex altera super quibusdam villis, domibus, possessionibus, animalibus et rebus aliis, quibus illi ab ipso causabantur, factam amicabiliter eodem anno 1231 In productis Colomanni regis et Slavoniae ducis litteris commemorat idem, quod considerans fratrum militiae templi religiosam devo-

Digitized by Google

tionem et assiduos labores, necessarium duxerit omnes templarios, qui infra ducatum suum Slavoniae sunt et terminos eorum tam in Dalmatia quam in Croatia et omnia eorundem bona mobilia et immobilia contra quemlibet hominem ubique protegere, ut regali gratia securi tranquilla pace Christo deserviant. Constituit itaque, ut nullus dux, nullus banus, nullus comes vel baiulus nec aliquis alius in ducatu Slavoniae, descensum, vel tributum, collectam, vel liberos denarios sive marturinas, vel denarios ponderis, vel hominum computum vel exactionem aliquam, a fratribus vel eius jobagionibus praesumat exigere. Confirmat illis omnes collationes praedecessorum suorum regum sive ducum Slavoniae. Insuper cum iidem fratres litteras apostolicas ad V. archiepiscopum colocenses, Bartholomaeum quinqueecclesiensem et S(tephanum) zagrabiensem episcopos obtinuissent, qui eum ad ablatas possessiones restituendas coercere debuissent, ille pacem litibus praeponens, eis omnia ablata in integrum restitui decrevit. Datum per manus Farcasii agriensis praepositi et aulae suae cancellarii.

Theiner: Mon. hist. Hung. vet. T. I. p. 97.

CCLIII. **Ragusii,** *15. Novembris 1231.* In ordinata curia, cum sonitu campanae, in praesentia d. Joannis Danduli militis Ragusii comitis, et coram subscriptis testibus comes Helias filius Grubessae, quondam comitis, concordavit cum communi Ragusii de omnibus suis causis et suorum hominum, quas tulerunt in Corcira. Testes sunt: comes Draganus de Almisso, Borco judex de Clissa, Joannes Gundulae, Gervasius Marini, Andreas Dabranae et Babona Petri, jurati judices et Petrus Ballislavae et Damianus Bocinolli et Thomas Pezane, consiliarii et Petrus Zicla, et presbiter paschalis juratus notarius qua scriptor.

Ex archivo aulico vienensi. Acta ragusana nr. 962. Ljubić: Mon. Slavor. merid. I, 46.

CCLIV. **Spalati,** *15 Octobris 1231.(?)* Temporibus Guncelli archiepiscopi spalatensis, Gregorii (de Briberio) comitis, Stephani curiae vicarii, ... inna relicta Gaudii concessit filiae suae Chatenae monachae tenere burnum in vita sua, post mortem autem eius vadit in proprietatem ambarum sororum eius, Marae et Slavae. Praesentes: praesbiter Ivan, Jurra, Mathias et alii. Scripsit notarius comitis Choas(?).

Ex archivo monialium s. Mariae Jaderae.

CCLV. *A 1231.* Colomanus rex et dux totius Sclavoniae concedit hospitibus juxta castrum Volkow, Teutonicis videlicet Saxonibus, Hungaris et Sclavis, talem libertatem, ut omnem causam, praeter effusionem sanguinis, major villae eorum, quem ipsimet exposuerint, iudicare teneatur, effusionem autem sanguinis cum janitore castri possit judicare. Porro, quod de qualibet porta dimidium fertonem dare teneantur. Item si quis sine haeredibus decedere contigerit, pecuniam suam cuicumque vellet possit disponere Item, quod nullus absque serie judicii de villa eorum ligatum aut vinctum possit quempiam extrahere; item contulit illis rex terram T. et libertatem piscandi in Danubio et fluvio Walkow, conceditque jus liberae emigrationis. Praesentibus jobagionibus: Jula bano, filioque ejus altero Jula, magistro tavernicorum suorum, Nicolao de Zala, Opoi de Simig, Petro de Walkow, Georgio de Barana, comitatus tenentibus. Per manus magistri File notarii.

Fejer: III, 237.

Digitized by Google

CCLVI. *A. 1231.* Bela rex (junior) primogenitus regis, cum per divinae dispositionis gratiam voluntate et auctoritate patris et maturo principum suorum consilio praesente suo Colomano rege et duce totius Slavoniae causam perpetuitatum discuteret, in detrimentum regiae coronae donationes terrarum factas revocans, Thomas quondam banus, Macharei comitis filius, super haereditatibus, pascuis et terris titulo emptionis, possessionis privilegia ei exhibuit, in quibus continebantur merita sua et fidelitatis obsequia, vulnerum in hostili conflicto receptorum, sanguinis effusio etc. Rex ergo communicato fratris sui et principum terrae consilo, omnia eius instrumenta et possessiones confirmat. Datum per manus Mathiae praepositi zagrabiensis aulae cancellarii.

Wenzel: Cod. dipl. Arpadianus. T. XI, p. 234.

CCLVII. *A. 1231.* Andreas II rex considerans indeciduum et indesinens meritorum obsequium, quod Thomas comes filius Macharei comitis a primaevis iuventutis suae temporibus semper exhibuit, et maxime propter eximia opera, quibus semper claruit et cum inter eum et Hemericum regem multiplices adversitatum fluctuationes emergerent, nec carceris erumnas pro eodem Andrea sustinere expavit, nec minas, nec vulnera, nec aliquod genus mortis, aut laborem et viarum tedia trepidavit, et demum cum rex ultra mare in subsidium sanctae terrae profectus fuisset et postea de ultramarinis partibus domum reversus, quam plurimis regnum hostiliter affligentibus Thomam comitem in solita fidelitate constanter perseverasse invenit. Propter quod confert ei primo terram Souncha in bachiensi comitatu, quae fuit terra Vros sine haerede defuncti, item terram et piscinam Sowala in comitatu volcoyensi, iuxta Danubium; item terram cum silva, quae fuit piscatorum de Zagrabia, cujus meta incipit in Odra, ubi cadit Rybnicha in Odram et venit ad Timenera Mlaca, dein in Zavam et descendit inferius, ubi exit de Zawa Netusla Mlaca et vadit in Chyrnich et ubi exit Golina Mlaca et ad Caminam, ubi eadem Mlaca cadit in Zavam et super Zavam ubi exit Mortincastrug et ad Ruscam et ubi Rusca venit in Odram. Haec sunt nomina camporum: Pola, Durnye, Lysnic, Ruffa, Pala, Polana, Crisna. Rex quoque facit per Petcu de villa Barasuha omnes possessiones Thomae comitis et fratrum et consangvineorum circumscribere. Et est in Syrma terra Solt, ubi stetit ecclesia s. Laurentii, alias tres partes donarunt fratres Nicolaus Stephanus et Egidius monasteriis s. Spiritus et s. Crucis. (Thomas nominatur in textu et banus.) Ultra vero Dravam in loco Monislov Thomas comes habet quartam partem, cujus prima meta est a confinio montis Garig, qui vocatur Rusych et vadit usque ad locum Chasma Berke iuxta domum Dragos, et per quandam viam ad fluvium Lakauch, super quem sedet Didislav et per viam in fine Las ad Chasma usque ad Johannem Scelpe; item terra Thola, cuius meta est iuxta Chasmam locus Protisca subtus Dragos fenery et inde usque ad caput Zidriach, ad locum Galgeia et ad locum Cheret, et in domum Cresse, item ad unam Mlacam, quae intrat in Golgovam. Porro praedium Cheresnew, quod vocatur Vni; item quarta pars in Nuach, quae est iuxta Dravam et villam Michaelis et villam Scelku. Aliam partem habet Johannes filius sororis Thomae Cheva, qui vendidit villam Dragun et Gongay comiti Thomae. Tertia soror est Jecha. Occurunt in metis villa Veretne, terra Lakavcy, praedium Bosol iuxta aquam Olma, villa Nigosloy et

Digitized by Google

Blasey, fluvius Zogovca, villa Pelesev et Varatie, vicus Mort et vallis Slatinik et portus Nuach et terra episcopi zagrabiensis.

Wenzel: Cod. dipl. Arpad. T. XI, p. 218.

CCLVIII. **Ragusii**, *13. Januarii et* **Venetiis**, *mense Maio 1232.* Cum Binzola Bobatiae et Gervasius Naimerii, viri nobiles et nuntii civitatis Ragusii ad praesentiam ducis Jacobi Teupoli venissent, petentes concordiam et reconciliationem et ostendentes commissionem quam habuerunt super hoc de dato 13 januarii a. c. quam illis dederant jurati judices civitatis ragusinae: Joannes Gundula, Gervasius Marini, Andreas Dabranae, Mathaeus Bobatiae, Bubanna Petri et consiliarii Damianus Bocinoli, Balatia Gervasii, Petrus Balislavae, Thomas Pezzanae, Joannes Lampri et totus populus ragusinus, dux et commune Venetiarum assenserunt in concordiam et pactum ad tres annos et tantum plus quantum dux voluerit. Inprimis subdunt se Ragusini veneto dominio et petierunt, ut possint eligere comitem de Venetis, Ragusani eligent semper et archiepiscopum ex Venetis, parati sunt etiam cum assensu sedis apostolicae confirmationem expetere a patriarcha gradensi, archiepiscopus jurabit fidelitatem dominio veneto, clerus ter in anno duci laudes cantabit. Omnes homines a tredecim annis et supra jurabunt etiam fidelitatem duci et comiti per Venetos posito. Dux habebit liberum in Ragusa descensum et hospitium. Exercitum usque Durachium et infra usque Brundusium et infra augent Ragusini secundum numerum virorum suorum. Si Veneti facient exercitum cum 30 lignis armatis, Ragusini facient tricesimam partem. Daciam de navibus extraneorum tollent in Ragusio eandem, quam et Veneti in Venetia, amicos et inimicos habebunt communes. Si Venetia miserit contra Caciclios et Dalmesanios (Almissanos), galleas, Ragusini debent mittere lignum cum 50 hominibus decenter armatis. Pro regaliis dabunt duci omni anno in festo oo. sanctorum yperperos 12, et communi Venetiarum yperperos aureos 100 et comiti yperperos 400. Obsides dabunt 12 de 12 nobilibus parentatibus, e quibus morabuntur Venetiis semper 6 cum cambio omni medio anno. Si aliquis moreretur aut fugerit dabunt alium in loco ejus. De mercibus romanis apportatis Venetias dabunt Ragusini quinque pro centenario. De mercibus ultramarinis et terris Egipti, Tonissi et Barbariae dabunt quintum, de mercibus Sclavoniae in Ve neciis nihil solvere debent. Tantum cum quatvor navigialis debent Ragusini venire per annum et si aliter venerint, solvent quintum de omnibus mercibus Romaniae. Tempore guerrae et pacis licitum est Ragusinis ire ad mercandum a Culfo Coranti infra. In aliis partibus vetitis non audent ire, nisi secundum quod fecerint Veneti. Venetiis non audent facere mercatum cum foristeriis.

Ljubić: Mon. Slav. mer. I, p. 46. In variis exemplaribus varie. Suspectum.

CCLIX. **Reate**, *20. Martii 1232.* Gregorius IX papa in litteris ad Ugrinum archiepiscopum colocensem datis miratur non modicum, quod cum ex monasterio de Cuchet suae dioecesis ecclesiam erexerit cathedralem, episcopum ad titulum eiusdem ecclesiae in episcopum (Innocentium) consecrando archidiaconus sirmiensis (Oliverius) in tantam proruperit temeritatis audaciam, ut in eundem episcopum et ecclesiam suam iurisdictionem exercere praesumat. Cum igitur idem episcopus supplicaverit, ut super hoc sibi providere dignaretur, mandat archiepiscopo, quatenus praefato archidiacono, ne in eum et ecclesiam iuris-

Digitized by Google

dictionem aliquam exercere praesumat, ex parte rom. pontificis districte studeat inhibere.

Farlati: Illyr. sacr. T. VII. p. 548. Theiner: Mon. vet. Hung. I, p. 103.

CCLX. **Jaderae,** *14. Aprilis 1232.* Temporibus ducis Venetiarum Joannis Theupolo, archiepiscopi jadrensis Johannis et comitis ... Petrus de sancto Georgio, habens commissionem a Bonsegno percipiendi ab Andrea de Petrizo quandam pecuniariam summam pro eodem Bonsegno, aut cartam securitatis, fatetur, quod acceperit a dicto Andrea libras denariorum veneticorum quadraginta, unam minus, denarios decem et octo, et confirmat hoc cum carta securitatis. Praesentibus testibus Michaele Gastaldo et Negoy proprio nepote, Dumnus Martini examinator subscribit, Rainerius jadrensis notarius cartam scribit et signo consveto roborat.

Ex mea collectione.

CCLXI. **Tragurii** *20. Aprilis 1232.* Tempore Treguani episcopi, Stephani comitis, Casotto et Luca Theodosii judicibus, Stana uxor Petrissae cum filiis suis profitetur, se percepisse a domino episcopo 20 perperos pro domo, quae fuit viri sui. Sita est domus iuxta illam, quam Venna obtulit beato Laurentio. Testes: Urso archidiaconus, Innocentius presbyter, Theodorus Rugia et Elias filius Mathaei, Joannes juratus notarius traguriensis et canonicus s. Laurentii.

Farlati: Illyr. sacr. IV, 338.

CCLXII. **Quinqueecclesiis,** *mense Aprili 1232.* Garinus praepositus et totum capitulum quinqueecclesiense notificat, quod Ivanka filius Abraham de genere Sudan ex una parte, et Mortun et Wolko filius Gordassa, Christofol filius Kyris et Laurycz fiiius Mycola ex altera confessi sint, quod quatvor postremi iam dicti sub testimonio et voluntate colocensis archiepiscopi terram Bedech et Terpycz, quae ad 30 aratra protenditur, Ivanka filio Abraham pro 50 marcis vendiderint. Meta incipit in Zelemen et subtus est puteus, qui vocatur Kenez kuta et inde iuxta terram Drusko ad locum, ubi rivulus Papugh cadit in Cirkonik a parte orientis sub Fenes berek et pervenit ad rivulum, qui cadit in Cirkonik et ibi terra Drusko finitur et commetatur Abraham jobagionis castri. — Per varias metas pervenit in occidente ad Pales potoka, venit ad siccam vallem et in magno spatio ad Zelemen et iterum in magno spatio cadit in magnum potok et in Pukur et iuxta montem Suoysam in aquilone ad magnum Zelemen, ubi commetatur terrae magistri Julae et ad primam metam. Subscripti: Georgius cantor, Lyka custos, Pethe decanus et Thomas lector quinqueecclesiensis.

Wenzel: Cod. dipl. Arpad. VI, p. 512.

CCLXIII. **Laterani,** *30. Maii 1232.* Gregorius IX papa mandat Jacobo prenestino electo, apostolicae sedis legato, ut episcopum de Bosna, qui, prout ex processu inquisitionis eiusdem legati didicit, legem Christi damnabiliter praevaricavit, a regimine ecclesiae amoveat, et tam in eadem ecclesia quam in locis aliis bosnensis dioecesis, quae ut dicitur non modicum est diffusa, duos vel tres aut quatuor, prout viderit expediens, doctos in lege domini, studeat in episcopos ordinare, eidem iniungendo, ut cum habitatores illius terrae dicantur in facultatibus tenues et in malititia locupletes, qui pro magna parte sunt infecti haeretica pravitate, eos ab errore exemplo boni operis et documento sermonis revocet.

Theiner: Mon. Hung. I, p. 113.

Digitized by Google

CCLXIV. **Spoleti,** *5. Junii 1232.* Gregorius IX papa scribit archiepiscopo colocensi, episcopo zagrabiensi et praeposito s. Laurentii colocensis dioecesis: Cum graves et enormes episcopi de Bosna excessus et maculas non potuisset obaudire; idem enim, utpote litteralis expers scientiae ac haereticorum publicus defensator, per quemdam haereticum simonie vitio in episcopum procuravit assummi, item nullum in ecclesia sua celebrat divinum officium, nec ministrat ecclesiasticum sacramentum, adeoque factus esse dicitur ecclesiasticis officiis alienus, quod baptismi ferme penitus sit ignarus, et sicut asseritur in quadam villa moretur et fratrem suum carnalem manifestum haeresiarcam in suo ore foveat et defendat. Idcirco mandat, ut super hanc rem inquirant, et veritatem diligenter referat.

Wenzel: Cod. dipl. Arpad. I, p. 298.

CCLXV. *A. 1232.* Jula banus totius Slavoniae, comes curiae regiae, declarat, quod cum coram eo inter comites Marcellum et Abraham de Pukur et totam cognationem eorum, ex una parte, et inter Dursan, comitem Martinum, Devcher et Wlchie, filios Radovan, ac comitem Hodos et eorum cognationem ex altera parte, causa super terra Topolovec in Pukur habita, fuisset ventilata, cum consensu eiusdem bani ad pacem pervenerunt tali conditione: Quod si altera pars iterato litem moveret, 200 penzas aliae parti persolveret, terram autem comiti Dursan et fratribus suis in pace dimiserunt possidendam. Meta terrae incipit in monticulo Babina Gorycha, inde versus meridiem transeundo viam descendit ad silvam Raven, inde ad aquam Pukur, inde per cursum ipsius ad aquam Mlakam et iterum in Pukur et per eius meatum in commetatione terrae Toide et Retzlan venit, ubi fluvius Zdenichnik cadit in Pukur. Tendit contra Zdenichnik et venit in bono spatio ubi fluvius Rakovez cadit in ipsum, inde in caput eiusdem ad metam terream in magna silva Raven et per multas metas arboreas ad siccam Mechenicam ad fluvium Gradinovecz et per campum in quandam vallem ad fluvim Bucovecz, per cuius decursum intrat in aquam Mechenicza et eundo superius venit ubi fluvius Dobovecz cadit in ipsam aquam et sursum usque ad vadum Rigi brod, inde per viam in oriente supra montem in bono spatio venit ad fluvium Radmis et transiens eum venit per viam ad vallem et tendit ad caput alterius vallis Clopetnik et per viam magnam ad priorem metam. Pristaldus bani Daniel, pristaldus nobilium Cacanus comes terrigena de Cus.

Wenzel: Cod. dipl. Arpad VI, p. 507.

CCLXVI. **Reate,** *23. Julii 1232.* Gregorius IX papa abbatibus de Bochon et de Tichon et archidiaconis de Roba vesprimiensis et jauriensis dioecesis scribit, quod tempore Innocentii III papae praedecessoris sui abbas s. Martini de Pannonia pro se ac suo coventu petierit ab episcopo et canonicis zagrabiensis ecclesiae, quorum procurator ad hoc in judicio comparebat, decimas omnium frugum et aliarum rerum partis comitatus simigiensis, quae est ultra Dravam, nec non et capellarum s. Barnabae, s. Crucis et s. Trinitatis existentium in vesprimiensi dioecesi citra Dravam, producens privilegium s. Stephani regis et confirmationes Alexandri, Urbani et Clementis pontificum. Procurator partis adversae respondit in contrarium. Post longi temporis tractum, post diversa rescripta a pontificibus obtenta, tandem ad apostolicae sedis examen deventum est, cui finalem sententiam dare non potuit eo, quod litis

Digitized by Google

contestationem legitimam acta judicii non haberent Tandem partes concordi tractatu inter se habito ad compositionem pervenerunt: Abbas videlicet pro se et monasterio suo decimas et omnia alia, quae comprehendere poterat eius petitio, ultra fluvium Dravam, infra zagrabiensem dioecesim versus Slavoniam episcopo et ecclesiae zagrabiensi ex toto pacifice dimisit. Episcopus vero pro se et sua ecclesia decimas quatuor capellarum scilicet s. Mariae, s. Trinitatis, s. Barnabae et s. Crucis versus Hungariam et quidquid juris in iis capellis habebat abbati et monasterio praedicto dimisit pacifice et quiete. Caeterum pro quibusdam fructibus et expensis 500 marcas argenti ad pondus Hungariae bonorum et electorum frisaticorum vendentium et ementium abbati se promisit episcopus soluturum.

Mikotzy: Hist. banorum. Farlatti: Illyr. sacr. T. V, p. 366. Theiner: Mon. Hung. I, p. 105. Tkalčić: Mon. episc. zagr. I, 73.

CCLXVII. **Anagniae,** *22. Augusti 1232.* Gregorius IX papa inclinatus precibus nobilis mulieris Helenae uxoris Julae bani indulget illi, ut cum generale interdictum terrae fuerit, liceat ei audire divina in ecclesiis, monasteriis seu capellis, quibus est eo tempore ex pontificum permissione concessum divina officia celebrare, dummodo causam non dederit interdicto.

Fejer: Codex dipl. Hung. III, vol. II, p. 303. Theiner: Mon. Hung. I, 106.

CCLXVIII. *Circa 1232.* Gregorius spalatensis et sibenicensis comes cum judicibus et universo populo, scribit Joanni Dandulo comiti et communi ragusinae civitatis, cum inter eos antiqua amicitia et societas stabilita sit, oportet etiam ut inter eos justitia fiat, ut dum fuerunt in guerra cum suo communi inimico comite Petro, dederunt omnes eorum res de illius insulis et eius districtibus ragusinis, et restituerunt omues res ragusinas, sed ragusini non ita fecerunt, nec restituerunt, quae ab illis ablata fuerunt, idcirco miserunt Ragusium Johannem judicem cum domino Cazetta, cui sunt res ablatae et rogant ut eas restituant. Gaudent, si resistere poterint inimico regi, qui et illis insidiatur.

Ex archivo aulico viennensi acta ragusana. Ljubić: Mon. Slav. I, p. 55.

CCLXIX. *A. 1232.* Colomanus rex Ruthenorum et dux totius Sclavoniae ad petitionem Dragani et filii eius Draguech adolescentis jobagionibus castri sui de Roicha (Rovišće), qui magnum illi servitium cum effusione sanguinis tempore illo, dum frater eius Andreas dux a quibusdam vesano ductus consilio, in regnum eius Sclavoniae violenter irruisset, praebuerunt, donat terram quamdam Konzka vocatam in comitatu de Roicha consilio omnium jobagionum, praesertim Julae bani, Julae magistri tavernicorum, Demetrii magistri dapiferorum, Nicolai comitis de Zala, Opoy comitis de Symigio, Petri comitis de Wlkow, Georgii comitis de Barana, per cancellarium Farcassium praepositum agriensiem (sic).

Krčelić: Not. Prael. p. 497. Historia Illyrici Msc.

CCLXX. **In ponte Kehid,** *1232.* Universi servientes regis citra et ultra Zalam constituti notificant, quod dum in partibus suis multa mala, iniuriae, damna et gravamina perpetrabantur et multi potentiores opprimebantur, qui ius suum prosequi non poterant propter distanciam judicum et multa alia impedimenta, petierint a rege licentiam judicandi, quorum preces rex ex-

Digitized by Google

audivit Obtenta licentia dum inter se discutere malefacta cepissent, Bartholomaeus episcopus vesprimiensis, Ochuz banum, qui unus erat ex eis, traxit in causam coram eis, quia quamdam terram ecclesiae vesprimiensis nomine Wesmech a prima fundatrice ecclesiae suae regina Gysla donatam, quae est inter Dravam et Muram citra portum Worosd, iniuste occupasset et detineret. Ochuz autem banus respondit, quod eadem terra esset sua haereditaria. Evocatus banus ad praestandam comprobationem, ad iudicium non comparuit nec testes produxit, episcopus autem produxit testes pro parte sua, inter quos fuerunt: capitulum zagrabiense, Buzad banus et Michael frater eius Wulchuk, Marcus de genere Gordon, Georgius filius comitis Lucae, Jacobus major exercitus zaladiensis etc. Cum autem ipsi judices misissent pristaldum Ondornuch de Opath et duos socios suos ad introductionem episcopi in possessionem, ipsi manu violentia per Ochuz banum prohibiti sunt. Et sic banus in nullo penitus sententiam judicum observavit contra suum juramentum

Wenzel: Cod. dipl. Arpad XI, p. 249. Fejer: C. d. III, vol. II, p. 315.

CCLXXI. *A. 1232.* Stephanus II episcopus zagrabiensis licet inter silvestres et indomitas gentes positus, in primo introitu suo, quaedam bonae spei principia incipiens inchoare, nolens terrori supradicti populi cederc, »quos licet per multos labores Christi fides iam suscepit diligendos«, construxit ecclesiam s. Spiritus in nova Chasma, in villa per eum congregata, ubi creavit et stabilivit praeposituram et capitulum ex duodecim canonicis. Pro sustentatione praepositurae annectit ei archidiaconatum de Gesse cum quarta omnium proventuum, item praedium Byenig cum omnibus suis redditibus, capitulo autem confert terram de veteri Chasma cum omnibus redditibus, pertinenciis et marturinis. Hujus metae sunt: a ponte super fluvium Morovcha per viam ad s. Elisabet, inde per eundem fluvium et rivulum Pothoc inter dumos avellanorum versus occidentem ad fluvium Ravenn, inde versus ecclesiam s. Crucis inferius ad Pothoc, qui dicitur Botha potocha, deinde per fluvios Scelna et Morovcha iterum ad pontem jam dictum. Praeterea donat terram Radicha de s. Martino pro concambio terrae de Kasna, cujus metae vadunt per pontem super Dobnichizam per magnam viam, quae ducit in Garig, usque terram Dursan, inde versus novam Chasmam et versus septentrionem cadit in fluvium Raquitnicam parvam, ad quemdam fluvium, qui cadit in Dobnichizam ad dictam partem. Confert etiam immunitates populo capituli. Liberat eum ab exactione et descensu suo et banorum et omnium aliorum. Tribuit capitulo omnes decimas, omnia judicia spiritualia, item omnes decimas de Monoslov simul cum tributo, qui pohisna dicitur, decimas de Sabnicha; item tres vineas: Jalsova, Dobnicha et terciam super veteri Chasma; item quamdam clausuram piscium in Chasma, quae Scelep dicitur; item molendinum in Grabronca juxta magnam viam, praeterea quaedam mancipia una cum suis haeredibus et successoribus et quidem Dragilo, Malca, Stanka, Precana, Cakan, Cacumera, Danco, Quoislav, Brathovan, Stoislav, Stoidrag, Banko, Dragona, Zoimera, Cupivoy, Pervech, Lubna, Goden, Godislav, Pethco, Gudislava, Pethna, Dominco, Stanislava, Curisa, Demenca, Stanko, Deslov, Dreghna, Svethina, Dragonica, Suoyha: item confert pulsatores, quorum nomina: Rufus et filius eius Stojan, Pelesch et filius Halaputa, Wlchina, Cerne et frater eius Seinarc; item

Digitized by Google

duas capellas s. Joannis Batt et s. Martini, praeterea ecclesiam s. Crucis de Kyriz confert cantoriae.

Ex archivo archiepiscopatus zagrabiensis inter fundationalia et archiv. capit. časm. Transumptum de a. 1544 Fasc. I, nr. 1. Tkalčić: Mon. episc. zagr. I, 68.

CCLXXII. **Jaderae**, *1. Decembris 1232.* Temporibus Jacobi Theupoli ducis Venetiarum, Joannis archiepiscopi jadrensis, Joannis Michaelis comitis jadrensis, pertractata est in curia comitis civitatis, praesentibus judicibus Bogdano de Zloradi, Georgio fratre Jurislavi, et aliis nobilibus causa inter Duimum de Ragia et Pellegrinum de Valle super facto cuiusdam muri sedilis positi inter casamatum dicti Duimi et Pellegrini, quem mediante sententia pro comuni ambarum partium declararunt communiter reparare et sustentare velle Subscripti cum signo crucis Joannes Michael dei gratia comes jadrensis et Gregorius judex, Rainerius jadrensis notarius scripsit.

In mea collectione.

CCLXXIII. **Venetiis**, *mense Decembri 1232.* Johannes, Gvido et Henricus comites veglenses, consanguinitatis vinculo connexi, citati per ducem Veneciarum et eius consilium, et coram eis personaliter astantes ad componendas inter se discordias et litigia, convenerunt in hoc pacto: I. quod regimen totius comitatus Veglae taliter regatur per eos, quód unus eorum regat civitatem a kalendis mensis Januarii proxime venturi usque ad festum ss. apostolorum Petri et Pauli primo venturum, et alius castellum Muscum, Dobregna, Verbenicum et Besca, tertius autem insulam Parviki, et qui rexerit eandem insulam regat et civitatem. II. Hoc tenentur observare usque ad sex annos. III. Si aliquis eorum absens fuerit, vel aegritudine aut aliquo negotio praepeditus, liceat ei vel eis vicem suam committere uxori, sorori, filio vel filiis, filiae vel filiabus, fratri, nepoti, genero, sive consanguineo germano. IV. Quilibet in regimine tenetur facere justicias et rationes de suis hominibus terrae secundum consvetudinem ejusdem, exceptis hominibus propriae familiae et iis qui aluntur eorum pane et vino. Hi debent judicari per tres homines ad hoc ordinatos per eos, quorum unum quilibet per se eligere debet, sententia autem secundum consvetudinem terrae enuntiabitur per comitem. V. Electione omnes debent fieri justae. VI Redditus et proventus comitatus communiter sine fraude inter eos dividetur. VII. Inter duos litigantes habet tercius jus judicandi usque ad 50 Bizantios valoris; quod fuerit supra, liceat appellare ad curiam ducis. VIII. Remittunt sibi omnes offensas et injurias factas vicissim et omnibus hominibus ejusdem terrae, salvis sententiis quondam latis. IX. Si vero aliqua quaestio inter eos orta fuerit, tam in faciendo pacem vel guerram, quam in faciendis bannis supra terra alterius, et in mutandis rebus ipsius terrae, illam sententiam, quam Martinucius frater comitis Johannis tulerit supra praemissis, firmam et ratam habebunt. Si autem ille nolluerit aut praepeditus esset, alium eligere infra unum mensem debent. Ad haec omnia juraverunt sub poena 1000 librarum veneticorum. Subscripti testes venetici.

Ljubić: Mon. Slav. merid. I, p. 49.

Digitized by Google

STARINE

NA SVIET IZDAJE

JUGOSLAVENSKA AKADEMIJA ZNANOSTI
I UMJETNOSTI.

KNJIGA XXII.

U ZAGREBU 1890.

U AKADEMIČKOJ KNJIŽARI L. HARTMANA (KUGLI I DEUTSCH) NA PRODAJU.

Digitized by Google

Dionička tiskara u Zagrebu.

Digitized by Google

SADRŽAJ.

	Strana
Chronicon observantis provinciae Bosnae Argentinae ordinis s. Francisci Seraphici. — Priobćio o. E. Fermendžin	1
Putopis Marka Antuna Pigafette u Carigrad od god. 1567. — Priobćio dr. Petar Matković	68
Opisi i izvodi iz nekoliko jugoslavenskih rukopisa u Pragu. — Nastavio dr. Gjuro Polívka:	
VII. Afroditijana Persijanca priča o rogjenju Hristovu .	195
VIII. Priča o prepiranju Isusa Hrista sa djavolom . . .	200
IX. Pitanja o sedam glavnih grijeha	203
X. Dvanaest petaka	204
XI. Život čovjeka božjega sv. Aleksija	208
Regesta documentorum regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae saeculi XIII. — Sabrao i uredio Ivan Kukuljević Sakcinski. (Nastavak)	221

Digitized by Google

Digitized by Google

Chronicon observantis provinciae Bosnae Argentinae ordinis s. Francisci Seraphici.

SASTAVIO O. E. FERMENDŽIN.

Predano u sjednici filologičko-historičkoga razreda dne 17. travnja 1888. god.

Ovaj Ljetopis redne države Bosanske reda sv. Franje (od godine 1339—1735) sastavljen je iz raznih spomenika do sada većom stranom ne tiskanih. Ti spomenici su ili kronike ili pako druge manje isprave, razprave i bilježke, koje eto nabrajam:

1. *Ljetopis Gyöngyöški* „Cronica seu origo fratrum minorum de observantia Bozne et Hungarie Christo Jesu militantium". Počima doduše godinom 1313. te se bavi jedino opisivanjem zgoda zbivših se u Francezkoj i drugdje, a o Bosni neima ni riečice sve do god. 1339.; završuje pako viešću o Luterovoj smrti († 1546), te se iz toga i drugih podataka pravom izvadja, da je oko godine 1547. dovršena.

Spisatelj, komu imena neznamo, bi franjevac redne države presvetoga Spasitelja, koja u predtursko doba posjedova jedno trinaest samostana po Slavoniji i Hrvatskoj.[1] Bijaše inače muž bistre glave, poduzetna duha i hrabra srca. Godine 1500 vidimo ga, gdje nuz svoga provincijala neumorno radi oko rješavanja zakučastih pitanja svoga reda, koja zanimahu i isti sabor na Rakošu.[2] God. 1523—5. nalazimo ga u Sriemu kod Slankamena u vojsci Tomorijevoj.[3]

---

[1] Registar tih samostana je u jednom rukopisu iz 16. stoljeća knjižnice biskupijske u erdeljskom Beogradu pod br. 133. Samostani su ovi: „Vijlak, Atya (Opatovac), Pereczke (Berak), Diako, Alsany, Atyna, Polyancz, (Poljanska u Požeškom polju), Zent-Laszlo, Varallia, Petrocz, Remetincz, Ivancz, Gyergi (Sveti Gjuragj).

[2] „In cuius legatione in hac parte fatigatus ego laboravi non modicum. (Chronicon Gyöngyösiense). Radilo se je o ujedinjenju franjevaca observanta sa konventuali (Minoriti).

[3] „Egregius Paulus de Thomor . . . . in inferioribus partibus Hungarie . . . . . habitum religionis semper tulit . . . . . et ita humiliter vixit, ut si vidisses, miratus valde fuisses; cuius testis ego ipse sum, qui cum sua paternitate in confinibus dictis socius existens quasi per annum et medium steti. (Ibid.) Tomori pošao je u Sriem oko 10. Jula 1523., te se je ondje zadržavao neprekidno do početka 1525. (Fraknoi: Tomori Pál Élete. p. 31. seq.)

Digitized by Google

Glavna namjera piscu je bila pobijati njeke predsude o začetku vikarije i provincije presvetog Spasitelja, pak to ga je prinukalo, da je i začetak bosanske vikarije izpitao.[1]

Izvori, kojimi se je bezimeni pisac služio, često puta sám napominje, a to su:

a) Bilješke otca Blaža Zalke,[2] vikara bosanskoga (1420—1425)., kojih, na žalost, danas neimamo.

b) „Chronica XXIV. Generalium" pisana u Francezkoj g. 1373., koja do danas još nije tiskana;[3] pisac ju je izcrpio, a na mjestih doslovce prepisao.

c) Razne pečatnice svetom stolicom izdane u prilog bosanskoj vikariji.[4]

d) Zvanične naredbe izdane na glavnih skupštinah franjevačkih.[5]

e) Živo pripoviedanje očevidca poštovanoga starca, otca Grge iz Iloka.[6]

Jedan priepis toga ljetopisa nalazi se u knjižnici častnih otaca franjevaca u samostanu Gyöngyöškom. Chronic. Gyöngyösiense.

2. Drugi izvor je *Ljetopis otca Leonarda Losteinera,* erdeljskog franjevca, pisan godine 1786—9. na temelju isprava, koje se čuvaju u samostanskom arkivu častnih o. o. franjevaca u Kološvaru; naslov mu je „Propago vitis seraphicae in Transilvania . . . seu Historia Chronologico-topographica Provinciae seraphicae Transilvaniae ord. s. Franc . . . . Chronic. Losteiner.

3. *Ljetopis otca Ivana Velikanovića, Brodjanina,* koji je na kraju istoga zabilježio: „Haec omnia ex variis memoriarum reliquiis atque fragmentis studiose collegit . . . pater Joannes Velikanovich, actualis minister provincialis [Provinciae Capistranae] anno 1774". Otac Velikanović poznat je inače ne samo kano uzoran redovnik, nego

---

[1] . . . Ut innotescat universis et audientibus patefiat ac latrantium ora obturentur et dicentium, quod minorum sancte observantie de Hungaria fundatorem neminem haberet, sed quidam fratres contra suorum prelatorum voluntatem fugientes in Ceri [Čerević u Sriemu]. Ibidem in Prologo. O mjestu „Ceri" vid. Acta Bulgariae p. VI.

[2] „Cogitavi . . . ut solum gesta vicariorum [Bozne scriberem] sicut in libro reverendi patris fr. Blasii de Zalka, quondam vicarii de Bozna in loco Ozora . . . . resignato comperi". (Chronic. Gyöngyösiense in Prologo).

[3] Prepisa ima mlogo, jedan u Rimu u knjižnici „Angelica" iz 15. stoljeća, nije označen brojem. O toj kronici vidi P. Denifle Archiv für Litteratur und Kirchengeschichte I. p. 147. Analecta Franciscana, Quaracchi prope Florentiam 1887., tom. II. XXIV—XXV.

[4] Vidi u ovom ljetopisu godine: 1408. i 1420.

[5] Vidi godinu 1514.

[6] . . „Et [gesta quae] a venerabili sene videlicet fratre Gregorio de Vylac didici, qui sub obedientia omnium vicariorum observantiae de Hungaria, dempto . . . fratre Fabiano . . . primo vicario eiusdem familie, vixit laudabiliter [od prilike od god. 1452. —] duxi ut describerem". (Chronic. Gyöngyösiense in Prologo).

Digitized by Google

i vrstan hrvatski i latinski spisatelj († 1803.)[1] Ljetopis mu počima godinom 1406., pa dovršuje god. 1690. Pisac se posve držao o. Andrije Šipračića iz Dubočca.[2] — I. Chronicon Velikanović.

4. *Drugi Ljetopis istim otcem Velikanovićem* napisan počima sa godinom 1702., a dovršuje god. 1735. Pisac se je služio podatci povadjenimi iz arkiva bosanske države u Šibeniku i Osieku; pisao ga je u Vukovaru; a kano ovaj, tako i onaj prvi, čuva se u budimskoj knjižnici častnih o. o. franjevaca. — II. Chronic. Velikanović.

5. *Bezimeni Ljetopis redodržave Dubrovačke* „Origo et progressus primo custodiae, deinde huius Ragusinae provinciae minorum de observantia s. Francisci", pisan je oko godine 1779.; važan je u toliko, u koliko je pisac svoje podatke, koje se tiču bosanske vikarije, povadio iz službenih zapisnika te za franjevački red i katoličku crkvu na Balkanu veoma zaslužne republike. Rukopis se čuva u knjižnici Jugoslavenske akademije u Zagrebu pod brojem: II. b. 81. Orig. etc. Prov. Ragusinae.

Da pako mnoge praznine popunim rabili su mi još i sliedeći izvori:

6. Trideset debelih svezaka *iz arkiva Vjeroplodnice* (Sacr. congregatio de fide propaganda) obilježenih brojevi: 56, 57, 72, 73, 75, 79, 80, 85, 87, 90, 94, 127, 148, 152, 157, 160, 172, 178, 179, 218, 219, 305, 310, 330, 382, 384, 385, 388, 390, i jedan, koji je označen samo nadpisom „Relazioni". Svi ti svezci sadržavaju mnoge izvorne dopise iz Bosne ili o Bosni, te spadaju u red „Scritture Originali". Ako Bog dragi bude htjeo, ja sam voljan u svoje vrieme izdati ih. Sve podatke iz tih svezaka pocrpane navadjam riečmi: Vol. n. pr. „Vol. 305. fol. 91."

7. *Codex mss. Politicorum CXXIX.* u tajnom arkivu Vatikanskom.

8. *Lettere di Vescovi* mss. Vol. 10. Ibidem.

9. *Epistolae catholicor. Bosnae* et mercatorum Ragusinorum. Armar. VII. Capst. VII. N-ris. 3. 4. 5. 7. 8. 9. mss. Ibid.

10. *Epistolae Gregorii XIII. ad Principes* mss. Vol. 28. Ibid.

11. *Acta Capituli generalis fratrum minorum an. 1639.* u arkivu franjevačkog reda u Rimu u samostanu S. Isidora. — Tabularium Ordinis.

12. *Comportata de miraculis s. Joannis Capistrani* notatis et examinatis 1521. mss. Ibid.

13. *Acta Canonizationis b. Jacobi de Marchia* mss. Ibidem.

14. *Diversae epistolae Brevia etc.* mss. Ibid.

---

[1] O njemu i njegovih knjigah vidi: Ivana Kukuljevića Bibliografiju hrvatsku str. 170. i Šematizam redodržave sv. Ivana Kapistrana od godine 1886., gdje su u Prilogu zabilježene knjige redovnicima te države napisane; Batinićevo: Djelovanje Franjevaca III. str. 104.

[2] Godine 1885. službeno pohadjajuć bosanske samostane vidih Šipračićev Ljetopis, kako ga je vele zaslužni otac Benić († 1785) bio prepisao; ali poslovi zapriečen nisam mogao, van samo nješta malo iz njega zabilježiti. Čuva ga u Sutjesci mlogopoštovani otac Dominik Andrić, vriedni eksprovincijal bosanske redodržave.

Digitized by Google

15. *Cod. Ottob.* mss. 927. komu je naslov: „Compendio delle attestationi e privilegij della casa Bernacovich, quali sono esibiti alla sacra Congregatione di propaganda fide . . . . Autentiche originali u 8-mini ima 53 lista. Čuva se u knjižnici Vatikanskoj.

16. *Cod. mss.* XXXVI. 22. u knjižnici knezova Barberini u Rimu.

17. *Cod. mss.* X. V. 19. u knjižnici „Casanat"-skoj ad Minervam u Rimu.

18. *Regesta cismontanae familiae ord. s. Francisci.* mss. kod o. Prukuratora reda.

19. *Epistolae s. Joannis Capistrani,* mss. u knjižnici našeg kolegija pri sv. Antunu u Rimu.

20. *Chronica* XXIV. Generalium, mss. Ibid.

21. *P. Bartholomaei a Pisa.* Liber Conformitatum s. Francisci mss. (saec. XV.) Ibid.

22. *Constitutiones familie Hungarie fratrum minor.* nr. 133. mss. saec. XV. in 8° fol. 101. u biskupijskoj knjižnici u Erdeljskom Beogradu (Karlsburg.)

23. *Liber Consiliorum Reipublicae* (Ragusinae) de anno 1334—35. mss. u knjižnici častnih o. o. franjevaca u Dubrovniku.

24. *Liber Consilii Rogatorum,* mss. nr. 416, 266. Ibid.

25. *Libro del Consiglio de Pregati,* mss. Zibaldone 416, 267. Ibid.

26. *Epistolarium fratrum minor. Provinciae ss. Salvatoris* (od god. 1470—1545.) mss. u knjižnici častnih o. o. franjevaca u Pešti.

27. *Ljetopis o. fr. Nikole Lašvanina* mss., prepisan nalazi se u sbirci fra Mate Mikića, čuva se u samostanu Sutjeskom.

28. O. *Filipa Lastrića* „Catalogus episcoporum qui assumpti fuere ex religiosis Bosnae" mss. u Mikićevoj sbirci. Ibid.

29. *Necrologium conv. Sutjescensis* mss. prvobitno za svu redodržavu sastavljen otcem Antunom Bačićem, Slavoncem, († u Našicah 1758.) Ibid.

30. *Recensio conventuum Provinciae observ. s. Joannis Capistranensis ord. minor.* e veteribus mss. collecta a P. Fr. Joseph Pauissevich, lectore iubilato et eiusdem Provinciae Custode 1783., mss. Čuva se u knjižnici častnih o. o. franjevaca u Budimu. Pavišević Recensio Conv. Prov. Capistr.

31. Periphrastica et topographica *expositio totius . . Provinciae Bosnae Argentinae . .* ex antiquis manuscriptis fratrum [Fr. Nicolai a Plumbo, episcopi Bosnen. et Fr. Andrea a Dubocsacz] . . Velicae 1730. mss.; čuva se u Vukovaru u knjižnici častnih oo. franjevaca.

32. *De limitibus ecclesiarum Zagrabiensis et Bosnensis,* Mss., u knjižnici Jugoslavenske Akademije u Zagrebu pod brojem IV. C. 10.

33. *Liber memorialis conv. Vukovariensis,* mss. u vukov. samostanu.

34. *Historia domus Požeganae* fratrum minorum mss. čuva u Požežkom samostanu.

35. *Izvodi* iz njekih isprava, koje se čuvaju u Gyöngyöškom arkivu. — Tabularium Gyöngyösiense.

36. *Necrologium convent. Beckoviensis* in Hungaria superiori. Mss., u istom samostanu.

Digitized by Google

37. *Historia domus fratrum minor. Kremniciensis,* mss. čuva se u istom samostanu.

38. *Historia domus convent. Maria-Gyüdensis.* mss. u istom samostanu.

39. Njeke bilježke *iz arkiva redodržave sv Ladislava u Zagrebu* kod častnih oo. franjevaca.

40. Njeke opet *iz arkiva franjevačkog u Baji.*

41. Njeke takodjer *iz arkiva rimskog sbora* nazvanog „Brevium".

Knjige tiskane, kojima sam se služio za popunitbu ili razjašnjenje:

Acta Sanctorum, mens. Maii, tomus V., Parisiis et Romae, 1866.

Analecta Franciscana tomus II. Quaracchi, 1887.

Arturus a Monasterio, Martyrologium franciscanum, Parisiis, II. Ed. 1653.

Batinić Mijo, Djelovanje Franjevaca u Bosni i Hercegovini, svezak III. Zagreb 1887.

Brüsztle I. Recensio Cleri Quinqueecclesiensis, 1873.

Csaplovics Johann: Slavonien, Pesth 1819.

Čevapović Gregor. Catalogus . . Provinciae s. Joannis a Capistrano Budae 1823.

Civezza (da) Marcellino, m. o. Saggio di Bibliografia Sanfrancescana, Prato 1879.

Fabianich Donato m. oss. Storia dei Frati minori in Dalmazia e Bossina. Zara 1863.

Farlati Daniel S. J. Illyricum Sacrum, tomus IV. Venetiis 1769.

Fasciculi Ecclesiastico-litterarii, tomus II. 1841. Pestini.

Fejér Georgius, Codex diplomaticus Hungariae ecclesiasticus ac civilis, tomus IX. Budae 1833—42.

Fermendžin E. Acta Bulgariae ecclesiastica. Zagrabiae 1887.

Fraknoi Vil. Tomori Pál Élete, Pest. 1881.

Danko Joseph: De S. Scriptura eiusque interpretatione commentarius, Vindobonae 1867.

Denifle Heinrich O. P. Archiv für Litteratur und Kirchengeschichte des Mittlalters etc. Berlin I.

Döbrentei, Régi Magyar Emlékek, Budán 1838.

Ganóczy Anton. Episcopi Varadienses. Pars I-a Viennae 1776.

Glassberger Nicolaus, O. minor. ob., Chronica etc Quaracchi, 1887.

Glavinić Francisc. Or. min. Ob. R. Origine della Provincia di Bosna etc. Udine 1648.

Gubernatis (de) Dominicus, Ord. min. Ob. Ref. Orbis Seraficus, tomus III, Romae, 1684.

Horváth Stephanus, Tudományos Gyüjtemény, Pesten 1830 svezčić V.

Hueber Fortunatus, O. min. Obs. Ref. Menologium franciscanum, Monachii 1698.

Jireček Constantin, Geschichte der Bulgaren, Prag, 1876.

Istvanfi Nicolai Pannonij, Historiarum de rebus Hungaricis libri XXXIV. Coloniae Agrippinae 1622.

Klaić V. Poviest Bosne. Zagreb, 1882.

Klaić V. Slavonija od X. do XIII. stoljeća. Zagreb, 1882.

Digitized by Google

Kemény I. u „Magazin für Geschichte Siebenbürgens", II. Band. I. Heft, Hermanstadt.

Kovachich M. G. Supplementa ad Vestigia comitiorum. Tomus III. Budae 1801.

Krčelić A. B. De regnis Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae Notitiae Praeliminares. Zagrabiae.

Lampe Fridericus (pravo mu ime: Paulus Ember) Historia .. Reformatae Ecclesiae in Hungaria et Transilvania, Trajecti ad Rhenum, 1728.

Magliano (da) Pamfilo min. Oss. R. Storia di S. Francesco e de Francescani. Roma 1876.

Magyar Könyvszemle od godine 1883. Pest.

Miklosich Fr. (Dr.) Monumenta Serbica, Viennae 1858.

Monumenta Ragusina, tomus II. Zagrabiae 1882.

Očevja (de) Philippus, Epitome Vetustatum Bosnensis Provinciae, Anconae 1776.

Péterfy Car. Collectio Conciliorum Hungariae, Posonii 1741.

Rački Fr. (Dr.) u Radu Jugosl. Akademije svez. VII., VIII., — u Starinah I., V., XIV., — u Književniku III. god.

Sbaraglia Hyacinthus Supplementum ad scriptores trium ordinum s. Francisci, Romae 1806.

Sirmiensis Georgius, Epistola de perdicione Regni Hungaror. edid. Gustav Wenzel, Pest. 1857.

Theiner Aug. Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia, tomus II., Romae, 1859.

Theiner Aug. Vetera monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia, tomus I., Romae, 1863. tomus II., Zagrabiae, 1875.

Ughelli Italia Sacra, Romae 1643—62.

Ulysipponensis Marcus, Chroniche.

Waddingus L. Annales Minorum, Romae 1731. Neapoli 1680.

Van den Hauten P. Breviarium Historicum ordinis, Romae, 1777.

Vitezović P. Kronika aliti spomen svega svieta vikov, u Zagrebu 1696.

Zlatović Stjepan franjevac „Franovci" u Zagrebu 1887.

A. 1339. Incipit vicaria minorum observantium de Bozna. Anno igitur 1339 fuit Assisii capitulum generale[1] celebratum, et post

[1] Mlogi pišu, da je taj kapitulum prije Gerardovog polazka u Bosnu bio držan god. 1340. Marianus Florentin. (Chronic. antiqu. cap. 11.) Marcus Ulyssiponen. (Chronc. P. II. libr. 8. cap. 44. p. 482.) Dominic. de Gubernatis (Orbis Seraph. tom. III. p. 47.); ob istom kapitulu te godine govore sliedeći priepisi 15-og stoljeća kronike 24. gjenerala, i to: Asiški del sagro convento, Asiški samostana degli Angeli (sada se nalazi u rimskoj knjižniei zvanoj Angelica) i Fiorentinski knjižnice Lorenziane. Iz toga se vidi, da se je naš ljetopisac služio sasma drugim i to korektnijim priepisom kronike 24 gjenerala; jer da pomenuti kapitulum nije mogao godine 1340. držan biti, već je Wadding opazio razmatrajuć odviš kratko vrieme, za koje bi o. Gerardo morao na kapitulumu biti, Ugarsku i Bosnu pohoditi, papu u Avignonu pismeno izviestiti i odgovor primiti, a to sve za dva mjeseca. S toga je

Digitized by Google

idem capitulum, dum idem generalis [Gerardus Oddonis] ad provinciam Hungariae pergeret per Sclavoniam, transivit per Boznam, quam videns quasi totam hereticis populatam, zelo fidei succensus ad dominum banum eiusdem Bozne principem accessit et ipsum ad fidem convertit et ad ecclesie romane unitatem reduxit; deinde multos fratres illuc ad predicandum hereticis de diversis partibus ordinis destinavit, qui ibidem multos converterunt et ecclesias erexerunt; et diversis captis ibi locis facta est una et prima familia minorum vicaria, que hodie Boznensium appellatur,[1] cuius bona fama crevit in tantum, ut postea, scilicet tempore Ludovici regis Hungarie, devoti Hungari eiusdem familie fratribus propter eorum sinceram paupertatem et vitam omnibus admirabilem laudabilemque et multis divinis miraculis coruscantem, in Hungaria plurima construxerunt domicilia, quorum primus locus in Cheri erat constructus, unde et familia minorum observancie de Hungaria Cheriensis usque modo nuncupatur.

Quando ergo frater Gerardus predictus minister generalis ad visitandos fratres suos, scilicet conventuales,[2] in Hungariam veniebat, quia tunc observantia minorum in toto mundo non inveniebatur, scribebant autem tunc anno domini 1339. et eodem anno idem generalis, ut predixi, transeundo ad Hungariam primam vicariam observancie minorum in regno Bozne instituit et socium sui itineris

---

Wadding dvojio, da li je u obće medju godinom 1337. i 1340. u Asisu kapitulum držan bio. (Annal. Minor. tom. III. p. 465. Edit. I.). Sve pako poteškoće izčezavaju, ako uzmeš god. 1339. našim ljetopiscem navedenu.

[1] Što naš ljetopisac od početka sve dovle piše, izvadio je skoro doslovce iz kronike 24 gjenerala. Pošto mnogi pisuć o Bosni (Očevija Epitome Vetusta p. 1. Čevapović Catalog. Prov. Capistranae p. 9. i. t. d.) navode Marka Lisbonskoga rieči, pak ih zatim na svojü tumače, evo što on sam piše: Celebrò si in Asisi dal medesimo ministro generale l' anno 1340., dopo il quale andando il ministro in Schiavonia, nella provincia d' Ungar'a, passò per la Bosna, dove erano de gli heretici. Questo buon padre, ch era acceso di vivo zelo della fede, alla presenza del principe e popolo di quella terra predicando i misterij della fede cattolica lo converti ridducendo all' ubbidienza della chiesa santa. Dopo mandò de' Frati di diverse provincie a predicare la parola di Dio a quegli heretici, che non erano convertiti, e fecero gran frutto, edificando molte chiese e monasterij. Ivi si fece una vicaria chiamata Bosnese et haveva sotto di se sette custodie . . . . . (Chron. P. II. libr. 8. cap. 44. pag. 482—3.). „1339. Doidosse sada najpri u Bosnu i tu se nastanisse Bratya Reda sz. Ferencza, kim Ban Stefan uzida Klostar u Millesevom, u komu se i zakopat učini.“ Vitezović Kronika. str. 102.

[2] U vrieme Gerardovo red nije bio razdieljen, te nije ni bilo u tom smislu konventuala, kakvi su danas i kakvih je bilo u ljetopiščevo vrieme t. j. oko 1518—1540. U vrieme Gerardovo franjevci su bili jednostavno nazivani „fratres minores“.

Digitized by Google

fratrem Peregrinum primum vicarium prefecit . . . Primus vicarius in observantia Bozne fuit frater Peregrinus de Saxonia a fratre Gerardo XVIII. ministro generali post beatum Franciscum institutus, qui Boznam personaliter intravit tempore Stephani bani, patris regine Hungarie et ibi observantiam minorum primus incepit, et dictum fratrem Peregrinum vicarium fecit anno domini 1339. quinto die Octobris; et rexit familiam decem annis et fuit episcopus Bozne,[1] ut dicunt, et depositus quiescit in Diaco in ecclesia minorum observancie. *Chronic. Gyöngyösiense.*

A. 1349. Secundus vicarius frater Martinus de Asth, institutus a Gulielmo [ministro generali] anno domini 1349. octavo die mensis Aprilis. *Ibid.*

A. 1360. Tertius vicarius frater Franciscus de Florencia, institutus a predicto Gulielmo anno domini 1360. die Maii . . . *Ibid.*

A. 1361. Quartus vicarius frater Lucas de Hungaria, institutus a fratre Marco generali ministro anno domini 1361. *Ibid.*

---

[1] Godine 1335. kalugjeri Stonski svojevoljno ili pako prisiljeni ostaviše samostan sv. Nikole, a Dubrovački senat iste godine naredbom od 22. kolovoza pošalje tamo jednog svećenika katoličkog: „M. Min. C. quod debeat eligi unus presbyter, qui teneatur celebrare divina officia in episcopatu Stami cum uno clericello et recipere eos ad confessionem et dare eis poenitentiam et alia divina offitia prout precipit sancta mater ecclesia romana . . . (Ex libro Consil. de an. 1334—35. Mss. bibliot. Fratr. Min. Ragusin. pag. 79). God. 1346. Dubrovčani ponudiše bosanskim franjevcem taj samostan, vikar o Peregrin zamoli od Pape dozvolu da ga smije primiti, a sveta Stolica odpisom dne XII. kal. Aprilis 1347. *Ex dono caelesti* dozvoli mu primiti taj u *Stonu* i drugi u *Djakovu.* (Theiner. Mon. Hung. I. pag. 736).

Nu redovnici još neunidjoše u stonski samostan sve do god. 1349., jer god. 1346. 4. kolovoza u senatu (Cons. Rogator.) bje zaključeno „quod presbyter Nicolas Arbaness pro presenti habere debeat a Communi ypp. 20. et teneatur officiare continue ecclesiam monasterii Stagni et ab isto anno in antea nichil habere a Communi, nisi usum fructum vineae Communis, que est apud dictum monasterium. (Liber Consil. pag. 103. mss. biblioth. fratrum minor. Ragusin); a i god. 1348. bje potvrdjen „Dompnus Petrus Albanensis . . . presbyter monasterii de Stagno . . . qui [ibi] moratur ad serviendum monasterio . . . et ad cantandum divinum officium in ecclesia ipsius. (Monum. Ragusina tom. II. p. 35. i 54.). Istom god. 1349. 18. veljače bi u senatu konačno zaključeno: „quod frater Pelegrinus habeat licentiam possendi construere et construi facere unum monasterium de ordine fratrum minorum in puncta Stagni . . (Monum. Ragusina. tom. II. pag. 62.).

O. Peregrin bje iste godine 1349. imenovan spljetskim nadbiskupom (Farlati Illyr. Sacr. III. p. 325. Katona Histor. R. Hungar. X. p. 181.) a u skoro opet premješćen u Bosnu za biskupa. „Dum ad universas" Dt. Avinion. V. Kat. Febr. 1349. (Annales Minor. tom. III. ad hunc ann. Edit. I.). Umre pako god. 1356. 28. siečnja (Dr. Rački u Radu VII. str. 126. 3.) te počiva u Djakovu.

Digitized by Google

A. 1363. Quintus vicarius frater Zoltaldus de Florencia, *secundario* institutus a predicto Marco generali ministro anno domini 1363. et rexit vicariam per duas revolutiones. *Ibid.*

A. 1366. Sextus vicarius frater Franciscus de Florencia predictus. Istius autem tempore, videlicet anno domini 1366, invictissimus et devotissimus dominus Ludovicus rex Hungarorum Bulgariam et regna in confinibus Hungarie sue subiecit potestati, et tunc misit epistolam romano pontifici una cum vicario Bozne predicto, ut ad Bulgariam et alia regna in confinibus Hungarie eidem regi subiecta fratres mitteret in multa copia, in qua epistola narrabat quomodo vicarius predictus octo fratres misisset, ut inter schismaticos et hereticos verba vite predicando seminarent et [eos], qui ex ipsis converterentur, baptizarent; quorum predicatione dominus Jesus, sicut in primitiva ecclesia abundancius graciam sue immense pietatis effundit, ita quod ipsi octo fratres ad baptizandos scismaticos et hereticos in partibus illis non sufficerent.

Tunc summus pontifex admodum gavisus fratri Marco generali misit hanc epistolam: Carissime minister! Hesterno die ab inclito rege Hungarie et a vicario Bozne quasdam litteras[1] . . . *Ibid.*

A. 1368. Septimus vicarius frater Bertholus [Bartholomaeus] de Alverna anno 1368. ab eodem fratre Marco institutus, qui iam cardinalis erat[2] et vicarius ministri, quoad usque minister ordinis eli-

---

[1] Ne sveti otac papa, nego franjevački gjeneral je pisao taj list provincijalu „Provinciae Seraphicae"; isti list je doslovce otisnut kod Waddinga (Annales Minor. tom. VIII. p. 196. Edit II.).

[2] O. Marko je mjeseca rujna imenovan kardinalom, pak tim je prestao redom upravljati. Svjedok nam je kronika 24 gjenerala, koja piše: „Eodem anno [1366] 18 die Septembris supradictus fr. Marcus generalis factus est . . . titulo s. Praxedis presbyter cardinalis; dominus autem papa quamuis requisitus noluit dare aliquem vicarium, sed dominus protector [Nicolaus cardinalis Lemovicensis] facto speciali sigillo offitii quoad multa quasi vicarius ordinem gubernabat." Dakle ne Marko nego Nikola je Bartola potvrdio za vikara. Usljed čega držim, da je godina potvrde krivo pisana 1368. mjesto 1367., jer od 6-oga srpnja 1367. već novo izabrani gjeneral, Tomo iz Fariguana, braćom upravljao. (Annal. Minor. tom. VIII. p. 201, II. Edit.)

Iza Peregrina fra Bartol najdulje obnašao čast vikara bosanskoga, a u Bosni djelovao blizu 40 godina. On bje jedan od velikana franjevačkih na slavenskom jugu, koji ustroji vikariju, pak tim razvi ono opsežno djelovanje svoje braće, s kojega postigoše veliki ugled i upliv ne samo u Bosni nego i na čitavom Balkanu, od jadranskog mora sve do Besarabije, ondašnje Tartarije.

Još godine 1373. upravljao je (Theiner Mon. Slavor. Meridion. II. p 327.), god. 1376. 12. Juna bio je u Aquili na kapitulumu (Annal. Minor. VIII. p. 334.); iste je godine zvanično pohodio sv. zemlju. (Ibid. p. 335.); god. 1392. (Fabianič Storia dei Frati Minori p. 154.) i godine 1400. vikarovao je u Bosni (Annal. Minor. t. IX. p. 161.); god. 1404. još kao takav je djelovao, a to doznajemo iz sliedeće

Digitized by Google

geretur . . . Huius temporibus fuit magna guerra in confinibus Hungarie, quia devotissimus dominus rex Ludovicus, postquam defunctus est [an. 1382.] omnia regna, que ipse rex predictus debellaverat, contra Panoniam insurgentes ex omni parte [contra] eam bellare ceperunt; tunc eciam quinque fratres minores de vicaria Bozne in Bulgaria, Bodon martirizati sunt[1] per hunc modum.

---

bilješke Nikole biskupa Stonskoga, kojom te godine privoljuje: Che Dabissa e Tvardissa sua compagna possa e debbia con la gratia di Dio stare nella Chiesa di ss. Cosma e Damjano posta nelli confini di Vino (Vico?) in Stagno, possino stare le dette recluse in la di chiesa, o vero in recluso che e al presente o vero se fara . . . et pregare Dio per tutto della vita loro, et che nessuno per nessuno tempo le possa molestare; Padre misser lo vicario delli frati di Bosna Bartolomeo Aduumna [Alverna] concede tutto quello che e scritto di sopra per l' autorita che ha con li frati della vicaria di Bosna." Zibaldone (rukps. otaca franjevaca u Dubrovniku pod br. 416. 267.)

Dapače iz bule pape Martina V. *Sacrae religionis.* Datum V. kal. Augusti pontf. an. 8. = 1425. razabira se, da je isti još i godine 1407. vikarovao: „Exhibita siquidem pro parte vestra petitio continebat, quod dudum pro parte quondam Bartholomaei de Alberna, tunc vicarij quondam Antonij de Pereto, generalis ministri ordinis minorum, in provincia seu vicaria Bosnae . . . infra limites dictae vicariae tunc degentium, bonae memoriae Angelo, in universali ecclesia episcopo, tunc Gregorio XII. in eius obedientia, de qua partes illae tunc erant nuncupato . . . (Priepis n mojoj sbirki.) Papa Grgo XII. [prije zvan Angelo Corario] bi u prosincu god. 1406. izabran, a 18-og istog mjeseca i godine okrunjen; dakle Bartol je mogao samo god. 1407. podnieti molbu u ime vikarije. Te godine još kano vikara navadja ga o. Fr. Glavinić (Origine della prov. di Bosna Argentina p. 9.) i ljetopisac Veličkog samostana u Slavoniji (Paraphrastica Expositio . . . provinciae Bosnae Argent. p. 3.) o njegovoj smrti primeće: ille . . . post plurimos exantlatos pro ecclesia romano-catholica et instituto seraphico labores, cum opinione sanctitatis vita functus est in conventu nostro Cettinensi, in Croatia superiori, ibidemque in capella s. Catharinae sepultus. Koje li godine je umro, neznamo; godine 1414. 16. listopada u jednom listu čini se da ga kao mrtvoga spominje gjeneral o. Anto de Pereto pišuć: Item omnia statuta per venerabilem fratrem Bartholomeum de Alverna, *olim vicarium Bosgne,* auctoritate generalis capituli, Aquilae celebrati anno 1376. 12. die Junii, super . . . regimine fratrum sacri conventus Syon (Hierusalem) confecta de novo confirmo. (Izvornik u Arkivu Reda u Rimu).

Izvan pomenutih statuta za svetu zemlju napisao je „Tractatus, quomodo debemus nos ponere ad recipiendum corpus Christi. (Hyacinthi Sbarateae Supplementum ad Scriptores trium Ordinum s. Franc. Romae 1806. p. 112. i Montfaucon tom. I. Biblioth. mss. p. 305.).

[1] Naš je ljetopisac mučeničtvo petorice redovnika u krivu godinu ubilježio: oni su bo umrli god. 1369. a ne istom po smrti Ljudevitovoj 1382.) Kronika 24 gjenerala veli: Eodem anno [1369] in Bulgaria in

Digitized by Google

Passio quinque fratrum de observancia in civitate Bodon [Vidin]. Eodem anno in Bulgaria civitate Bodon passi sunt pro defensione vere fidei quinque fratres perfectissimi, videlicet: Anthonius de Saxonia, homo igniti eloquii et magne contemplationis et raptus. Fr. Georgius de Tragurio, interpres et sacerdos solemnis, humilitatis profundissimae et magnus zelator fidei orthodoxe. Fr. Nicolaus Hungarus, sacerdos, qui per XVI annos non comedit nisi semel in die post vesperas panem tantum et aquam, portando semper ad carnem circulos ferreos et loricam. Fr. Thomas de Fulgineo, laicus, vir devocionis maxime et penitencie rigidiose.

Cum christianissimus rex Hungarie Ludovicus portam ferream transiens supradictam Bodoni civitatem cepisset, que sita est in ripa Danubii fluminis, et per fratres nostros, ut in parte dictum est superius, quam plurimi fuissent baptizati et uniti ecclesie orthodoxe, processu temporis eadem civitas per regem Bozorad[1] scismaticum, consencientibus eidem nonnullis civibus, proditorie fuit capta; dictus enim rex [in] regione civitatis Bodon ultra Danubium principabatur. Morabantur tunc in civitate decem fratres minores perfectissimi, quotidie contra sacerdotes et calugeros, hoc est religiosos hereticos, disputando.

In ipsa igitur captione quinque ex eisdem decem fratribus cum multis christianis ad duo fortalitia dicti regis Hungarie, que ibi erant, pro tuitione suorum corporum confugerunt; supradictos tamen quinque fratres inimici fidei in quadam ecclesia invenerunt orantes, et in ipsa furioso impetu unum ex eis in frusta divisum crudeliter peremerunt, alios autem quatuor ligatis manibus ipsi regi Bozorad presentarunt; quos cernentes supradicti Calugeri, fidei catholice inimici, gaudentes et eis insultantes dixerunt: nunc est hora disputandi de fide, nunc audemus vobis respondere. Sancti vero martyres spiritus sancti unctione, qua ipsi, ut ita dicam, quasi vinculis ligati, audaciores effecti fidem catholicam viriliter defendebant et viribus totis eorum errorem cum audacia maxima condemnabant. Audientes autem eos quasi insanos de tanta constantia et vite presentis contemptu mirando nihilominus furore torquebantur. Cum igitur fratres sancti nollent fidem negare, inimici fidei, ut occiderentur, a rego Bozorad petierunt; rex vero de spoliis et captione civitatis magis sollicitus erat, ab eis faciem avertens penitus nihil respondit. Illi vero diaboli ministri statim sanctos martyres

---

civitate Vindin passi sunt pro defensione vere fidei perfectissimi quinque fratres, videlicet etc . . . I Wadding pristaje uz tu godinu: Hoc anno (1369) die XII. Februarii in Bulgaria et civitate Bindim passi sunt in testimonium fidei fratres quinque . . . (Annal. Minor. tom. VIII. p. 215. Ed. II.), a slažu se i drugi učenjaci o tom pišući. (Hueber Menolog. franciscan. p. 2384. — P. Pamfilo da Magliano Storia di s. Francesco e de' Francescani II. p. 487. — Dr. Jireček Geschichte d. Bulgaren. p. 324.)

[1] Bozorad = Bazarad, a na mjestih i Basaraba (Sravni Jireček Geschichte d. Bulg. p. 391. 13.) je Vlajko, Rumunjski vojvoda.

Digitized by Google

extra civitatem ad ripam Danubii fluminis adduxerunt [et] cum cognovissent eos a soliditate fidei non posse amoveri, eis capita amputaverunt et sic cum palma martirii Deo animas suas reddiderunt Et post hoc descendit super eorum corpora lux copiosa de celis, et audite fuerunt voces melodiose quasi resonancium puerorum; postea excrevit Danubius fluvius et dictorum quatuor martyrum corpora extra tulit; et post hec visa sunt ibi quatuor sepulcra non sine admiratione omnium, qui aderant et videbant; multis autem signis significavit dominus sanctus, cum quo regnabunt in eternum et ultra. *Ibid.*

A. 1366. Peractis igitur predictis per generalem ministrum, videlicet fratrem Marcum, secundum mandatum domini pape, multi fratres et zelo fidei et aliorum salute accensi ad summum pontificem veniebant, ibique adepta benedictione, cum humili obediencia ad presenciam devotissimi regis Hungarorum et patris vicarii de Bozna veniebant cum gaudio, quibus secundum paupertatem, sicut ipsi volebant, plurima loca in confinibus Hungarie construxerunt, videlicet: Orsova, Hatzhak,[1] Kw,[2] Kwnium, Alsan[3] vel Luko (sic) Harako, et in Hungaria: Cheri, Sebes, Jenuw de quo, scilicet Cheri,[4] eisdem simplex populus ad aliorum fratrum precipue conventualium differentiam nomen invenit, nec ipsos usque nunc Cherienses[5] nominare desinit. *Ibid.*

---

[1] Današnji Hatszeg u Erdelju.

[2] Kw čini se da je pogriešno pisano na mjesto Kwnium t. j. Kwvium, današnji Kovin u Banatu pri Dunavu.

[3] Alsan bijaše samostan posvećen sv. Franji, a oko god. 1376. podignut troškom i nastojanjem Valentina, biskupa Pećuskoga. Papina bula otiskana je u Fejérovom Cod. Doplom. IX. 5. p 104., i kod Theinera Mon. Slav. Merid. I. p. 301. Naš ljetopisac ne veli gdje je ležao, nu iz papine bule znamo, da je Alsan bio obkoljen pučanstvom grčko-neujedinjenim i bogomilskim (inter scismaticos et infideles), dakle svakako medju Savom i Dravom a u biskupiji Pecujskoj. U najstarijem katalogu samostana vikarije bosanske (Barthol. Pisani Liber Conformit. Mss.) Alšan je zabilježen na prvom mjestu u kustodiji Mačvanskoj. U buli Eugenija IV. *Romanus pontifex* od god. 1433. krivo je metnuto *Resan* mjesto *Alsan* (kod Wadding. Annal. Minor. XI. p. 288.) Izvornik te bule nalazeći se u arkivu ugarske redodržave Salvatorijanske ima: Alsni.

[4] Cheri današnji Čerević u Sriemu. „Emericus Therek de Ziketwara . . . concesserunt sibi in quarto loco iuxta Danubium flui [in] insula Sirmiensi arcem Cherwgh cum pertincijs suis . . . Gjuro Sriemac Epistola de perdicione regni. p. 35.

[5] Cherienses. „Ubi (kod Varne u Bugarskoj) et . . dominus Julianus cardinalis et legatus pontificius multique alii religiosae vitae visi maxime de ordine fratrum Cheriensium castra inter eadem ultima solvisse debita feruntur 1444 anno. „Joan. de Thwrocz (Chron. Hung. P. IV. pag. 422.) Ganóczy (Eppi. Varadienses, 1444. Viennae 1776. P. I. p. 336.) krivo misli, kada mjesto *Cheriensium* čita *Cisterciensium.* — [Paulus To-

Digitized by Google

A. 1382. Post mortem Ludovici († 1382) . . multi fratres Itali, qui de mandato generalis ministri fratris Marci . . . in Pannoniam et eius confinia regna venerant, propter meritum laboris inter infideles et scismaticos, et propter regularem observanciam, nam tunc sola vicaria Bozne de observantia minorum nominabatur, ad Italiam, patriam eorum, redierunt; de quibus quidam devotissimus frater, qui triginta annis in vicaria Bozne laboraverat omni virtute clarus et sanctitate fulgens, cum senesceret ad patriam Senensem remeavit; qui vita et sanctimonia clarus totam Senarum civitatem decorabat,[1] ita ut eius audita fama multi ad eum iuvenes devoti veniebant humiliter supplicantes, ut eos ad ordinem reciperet, de quibus quidam devotissimus iuvenis scientia preclarus et forma decorus nobili genere sed nobilior virtute nunc gloriosus in celis Bernardinus de Senijs[2] . . .; ad cuius exemplum . . . etiam quidam iuvenis et ipse [iam] beatus in celis, sicut miracula testantur, Joannes de Capistrano ordinem predictum intravit; qui postea pro magna parte mundi inquisitor heretice pravitatis et fidei catholice defensor maximus exstitit, sicut hec habentur in eius vita, ubi quiescit, in Uylak. *Ibid.*

A. 1393. Conventus Visitationis B. Mariae Umblae in littore maris fratres vicariae Bosnae sibi domicilium posuerunt, contemplationi et mentis tranquilitati opportunum. *Origo etc. Provinc. Ragusinae Mss.*

A. 1399. Conventus Slani, divo Hieronymo, Illyricae nationis lumini atque ornamento, consecratus, aedificatus fuit a fratribus vicariae Bosnae, eleemosynis Ragusinorum ex redditibus Bastiarum . . . de Lisacz. *Origo et Provinc. Ragusinae Mss.*

A. 1406. In quibusdam A. R. P. Marini de Spalato vicarii Bosnae vicariae anno adhuc 1406. manuscriptis legitur celebratum Scopiae fuisse per ipsum capitulum, ad quod regem Bosnae Ostojam venisse atque in eodem multa domus Omuchjevich et provinciae privilegia confirmassé, ex eodem habetur P. Marino; haec inter antiquissimas conventus Sutiscensis scipturas[3] reperta fuere. *I. Chronic. Velikanović.*

---

mori] . . Vilacum se contulit ad *Cherium* [monasterium] . . . ubi celebre Capistrani inter divos relati templum sepulchrumque habebatur. Istvanfi (Histor. R. Hung. lib. VII. p. 69.)

[1] Demum accessit (s Bernardinus) . . quemdam venerabilem virum religiosissimum ordinis minorum Joannem Restori, Senensem, probatum senem, fama celebrem, longa austeritate maceratum et experientia circumspectum, qui triginta annis in Bosna contra haereticos pugnando multos ad fidem attraxerat, et senio gravatus, terra sancta peragrata, Senas redierat . . . S. Antoninus († 1459.) III-a Parte Histor. tit. 24. cap. 5. §. 1. Vidi i Artura Martyrolog. Franciscan. pag. 71.

[2] Cum autem esset (s. Bernardinus) XXII. vel circa ab utero matris, id est anno circiter MCCCLXXXVI. fr. Joannem Ristorii in suum consultorem et confessorem assumpsit". Vitae a s. Bernardino actae Chronotaxis. *Acta Sanctor. Mens. Maii,* tom. V. p. 61. et 260.

[3] To je jedan list, koji počima riečmi: Nos frater Marinus de Spalato, vicarius totius Bosnae . . . . . a završuje: „Scriptum Veselae

Digitized by Google

A. 1408. Octavus vicarius fuit fr. Petrus de Skena,[1] institutus a fratre Antonio de Pereto anno domini 1408., qui anno 1411. fuit depositus in Diako, in festo beati Marci Evangeliste, et ibidem fuit electus vicarius frater Ambrosius[2] de Senijs; post huius electionem [in vicaria] fuit magna briga et divisio, nec fuit meritus confirmari, sed confusibiliter deiici et vicariam exire.[3]

---

decima quinta Maii a nativitate Christi 1406.“ U njemu se pripovieda, kako se je kralj Ostoja sa svom dvorskom pratnjom onud putujuć svratio k franjevcima u Veseloj Straži, koji su baš to vrieme držali kapitulum, te je pred vikarom i ostalima Brajanu Omućević-Grguriću i sinovom njegovim potvrdio sve povlastice, i to: propter illorum fidelia servitia tempore, quo me expulit Bosna, quo in sola civitate Bobovac detinebar“. Taj list je otiskan u djelcu Ivana de Rosatis (Napulj 1663.), u kom opisuje pleme Omućevića. Ja imam latinski prepis. Taj list a i njim navedeni vikar čini mi se veoma sumnjivimi. Medjutim sravni Fejéra (Cod. Diplom. IX. vol. I. p. 657—8.), koji iztiče povelje o plemenu Omućevića pod istom godinom 1406.

[1] Pietro Schiena Veneziano . . . della veneta provincia . . . rilevasi che fosse uomo dotto e virtuoso P. Sigismundo da Venezia Biografia serafica p. 190. Uslied papinog razkolja zametne se razdor i u samoj vikariji; svakako da su njeki stajali uz razkolnog gjenerala Janettia, a drugi se držali pravoga gjenerala Antuna Pereta, koga bje doduše Grga XII. god. 1408. s časti gjenerala skinuo, a Pisanski sabor 1409. i zatim Aleksandar V. iznovice ga u časti potvrdiše. Medjutim vidi se, da je skinuti Petar bio pristaša Grgin, jer ga ovaj imenuje još iste godine biskupom Fossae Clodii (Chiozza). Die XVI. Julii ad Clugien. in provincia Gradensi fratrem Petrum Schenam (Gregorius XII.) promovit. (Annal. Minor. tom. IX. p. 348. Edit. II.) Vidi i Pietro Antonio de Venezia (Gloriose Memorie. p. 12.) † 1414. (Ughelli Italia Sacra tom. V. pag. 1353.)

[2] B. Joannes Ristorius Senensis . . . et Ambrosius Conti concives, in regno Bosnae annis 30 contra haereticos praesert m Manchaeos strenue decertarunt, plurimos ad fidei veritatem reducerunt et indefesse in evangelio adlaborantes uberes dederunt fructus; tandem Ambrosius illis in partibus, Joannes vero in patria migrarunt ad Christum. Terrinca Theatr. Etrusco-Minoritic. p. 119.

[3] Ambrosij jamačno bi još pristaša Grgine stranke, te s toga nemogav se održati protiv vikaru, koga bje iste godine imenovao pravi gjeneral Antun, pristaša saborski i pape Aleksandra V., morade izaći iz Bosne, te se preseli u Mletke u samostan della Vigna. Tuj ga nalazimo još godine 1421., kako nam sviedoči jedna bilješka na rukopisu knjižnice sv. Marka u Mletcih označenom: Mss. lat. Class. II. LXIV. koju je izdao veleuč. dr. Rački: „Ego fr. Ambrosius conventus de Venetiis . . . concessi istum librum et dedi ad usum fr. Stephano de Tergestis, vicario Bosne, ex caritate et pro suis fidelibus servitiis mihi exhibitis, de licentia rmo. patrio magistri Angeli de Bonis [pravo: de Senis] generalis ministri [1421—23] decima die Septembris anno domini 1421. (Starine I. str. 100. i XIV. str. 4.) Naš ljetopisac

Digitized by Google

Sed unde fuit ista briga de Cronica Generalium non invenio, quoniam gesta ministrorum [generalium] non habeo nisi viginti quatuor, quorum iam cronicas excessi; sed secundum meam existimationem, sicut in quadam bulla Martini [V.] pape invenio, quod frater Blasius de Zalka, undecimus vicarius Bozne familie, in capitulo eiusdem Bozne presentaverat, cuius copiam idem capitulum vicario predicto et fratribus suis pro defensione contra ministrum generalem tradidit; quoniam ipse minister generalis vicariam Bozne sibi subiugare volebat; hoc idem patet ex gestis sanctorum Bernardini de Senijs et Joannis de Capistrania; eo namque tempore quidam zelatores ordinis, precipue qui de vicaria Bozne Italiam intraverant . . . modo . . . predicte regularis observantie informati et assueti, secundum regulam viventes, superflua abiicientes, sanctum Franciscum imitantes, insolentes [vero] et contra paupertatem viventes redarguendo, precipue et ipsum ministrum generalem; quare ipse minister voluit ipsum nomen vicariatus in nomen ministri provincialis mutare; et forte in hac sua voluntate ipse fr. Ambrosius de Senijs predictus condescenderat, ideo confusibiliter fuit deiectus et vicariam propter hanc perversam voluntatem exire compulsus tanquam [in]dignus. *Chronic. Gyöngyösiense.*

A. 1411. Nonus vicarius frater Henricus de Polonia, ab eodem fratre Antonio de Pereto ministro generali fuit institutus anno domini 1411. et donec ad eum venisset littera confirmationis mortuus fuit. *Ibid.*

Decimus vicarius frater Matthias de Anglia, ab eodem fratre Antonio ministro institutus. *Ibid.*

A. 1420. Undecimus vicarius frater Blasius de Hungaria[1] sive de Zalka, anno domini 1420. in festo annunciationis virginis gloriose[2] fratribus vicarie in Diako electus, et tandem per dictum fratrem Antonium de Pereto ministrum generalem confirmatus, qui constitutiones[3] papales, generales ac Bozne observanciales, quas

---

držao je o. Ambrosiju i Stjepana za šizmatičke vikare, pa s toga i nije njih u brojevnom redu naveo.

[1] Obnašao je tu čast za izviestno od god. 1420. do početka 1424., a vjerovatno je da je još i 1425. vikarom bio, ako se u obzir uzme bula Martina V., koju je on, po ljetopiščevoj tvrdnji, predao kaptolu bosanskomu.

[2] 25. Ožujka.

[3] Antun a Pereto umrie negdje u drugoj polovini god. 1420. (Annal. minor. t. X. p. 53.), a redovnici sakupljeni na kapitulu u Forliviu 1421. god. izabraše fra Angjela Salveti-a iz Siene gjeneralom (Van den Haute Breviarium historic. Ord. Minor. p 227.); tuj je većina t. j. stranka od god. 1415. službeno zvana „konventualskom“ (conventuales) radila, da glede siromaštva ublaži regulu u smislu već dobivenih raznih privilegija; njoj se je opirala manjina, koja je htjela da regulu obdržaje u svojoj prvobitnoj strogosti doslovce; ovoj god. 1415. zvanično ime je bilo „observanta (observantes)“. Da većina svoju svrhu postigne, pokuša kako bi najprije samoupravu observanta uništila. „Et quod ipsi

Digitized by Google

secum portabat loco Ozore,[1] tunc noviter per dominum Piponem, comitem de Tömösvar, fundato resignavit. Iste etiam frater Blasius multum laboravit pro sancta observantia contra ministrum generalem, qui bullam pape Martini quinti capitulo Boznensi presentavit, et eius transsumptum accepit, que habetur in loco minorum in Kosal[2] . . . *Ibid.*

A. 1422. Martinus V. concedit, ut fratres minores Bosnenses conventum pro ipsis in loco Kabol dioecesis „Baciensis" et alium in alio loco recipere possint. *Tabularium Gyöngyösiense.*

A. 1426. Nicolaus de Gara, palatinus regni, pro remedio animae suae fratribus minoribus vicariae Bosnae aedificat conventum in loco Vrok super fluvium Vágh. *Tabularium Gyöngyös.*

A. 1429. Sigismundus rex omnia privilegia guardianis conventuum Cherij (Čerević), Sebes, Hatsag et Orsova vicariae Bosnae, a Ludovico I. concessa, confirmat et declarat. *Tabularium Gyöngyös.*

Eodem anno conventus s. Blasii Canalium in ditione reipublicae Ragusinae originem habuit; die enim 15. Julii eiusdem anni a senatu Ragusino data fuit fratribus minoribus vicariae Bosnae ecclesia s. Georgii in Popovichie cum facultate inibi conventum pro ipsis construendi, ut in libro Viridi capit. 241. Anno supradicto die 29. Octobris ab eodem senatu permutatus fuit supradictus conventus s. Georgii in commodiorem s. Martini de Pridvorje, ut in eodem Viridi cap. 242., quam aediculam fratres permutarunt in ecclesiam s. Blasii ipsam simul cum conventu aedificantes ex proventibus Bastiarum de Popovichi et Uscopglie . . . . . *Origo Provinciae Ragusinae.*

A. 1432. 1. Aprilis. Fr. Guilelmus „*de Casali*" minister generalis ordinis „*fratrem Jacobum de Montebranduno de Esculo*" provinciae

---

conventuales quandoque fecerunt ipsos [ministros provinciales et custodes] iurare in electione, quod ipsos observantes ad modum aliorum reducerent, sicut magister Angelus de Senis generalis minister fecit et super hoc dispensationem diceretur se accepisse a Papa. (Glassberger Chronica p. 297) Da o. Blaž samoupravu svoje vikarije obrani, poče sakupljati o tom sloveće isprave i naredbe, koje u jedno sabrane sačinjavahu ono, što ljetopisac zove „Constitutiones papales et Bozne". Na temelju tih isprava dobi Blaž od Martina V. potvrdu neodvisnosti vikarije. Sacrae religionis. dat. Romae V. kal. Aug. an. octavo. 1425. te ju sjegurnosti radi pokaže kaptolu bosanskomu. Izvornik se nalazi u arkivu provincije ss. Salvatoris u Ugarskoj.

[1] Ozora mjesto u Ugarskoj na rieci Sió (Klaić Slavonija str. 39.); taj samostan je za Blaževog vikarijata predan redovnikom, kano što sam bilježi na jednoj pergameni. Ego fr. Blasius de Zalka vicarius Bozne anno 1423. undecimo die mensis Decembris presentavi istam Bullam Dno. Henrico Episcopo Quinqueecclesien. in specie, et ipse concessit viva voce locum de Ozzura ad usum nostrum, iuxta voluntatem apostolice sedis, ubi presentes fuerunt fere omnes Domini de capitulo ante valvas templi. Arkiv provincije ss. Salvatoris u Ugarskoj.

[2] Kosal mjesto u Erdelju.

Digitized by Google

Marchiae, nominat suum commissarium visitatorem vicariae Bosnae, cum plena potestate fratres in ea existentes „expropriandi et reformandi." *Ex Origin. in Tabulario Ordinis.*

A. 1433. Stephanus rex Bosnae epistola 1. Aprilis vertente anno scripta „Reverendissimo in Christo patri Jacobo de Italia sacri ordinis minorum" commendat eidem loca Bosnensium ad extirpandos haereticos et paganos. *Ex Actis Canonisationis b. Jacobi in Tabular. Ordin.*

A. 1434. Sacra Synodus Basiliensis edito decreto peculiari omnia monasteria vicariae Bosnae in Bosna, Dalmatia, Hungaria etc. existentia confirmat decernitque, ut ipsa vicaria Bosnae per proprium vicarium et deinceps gubernanda immediate a ministro generali ordinis dependeat. *Ex Orig. Tabularium Gyöngyösiense.*

A. 1434. Duodecimus vicarius frater Joannes de Korzula,[1] confirmatus per reverendissimum patrem Guilelmum ministrum generalem, qui tandem fuit electus in episcopum Varadinensem.[2]

Iste episcopus in spiritu apparens, si ita est sicut Farkas[3] eiusdem ecclesie episcopus narrat, circa annum domini 1499. vel 1498.; quando [enim] ipse predictus Farkas, episcopus Varadiensis, in suo cubili, in lecto post epistolas quiesceret, venit quidam vir ignotus, habitu minorum indutus et corda succinctus ac infula episcopali ornatus, [et] ipsum Varadiensem episcopum predictum Farkas flagellis cesum et verberatum reliquit in lecto, qui tunc morte preventus, in eadem infirmitate defunctus finivit dies suos. *Chronic. Gyöngyösiense.*

A. 1435. Tertius decimus vicarius frater Jacobus de Marchia, missus ab eodem fratre Guilelmo, ministro generali, qui vicariam visitavit[4] et utriusque sexus homines poenitentiales tertii ordinis in Papa constituit, et tandem factus vicarius,[5] et confirmatus a domino papa. *Chronic. Gyöngyösiense.*

[1] Vidi o njem dra. Miklošića Monumenta Serbica p. 379 i dra. Račkoga Bogomili u Radu VIII., str. 143.

[2] Biskupom Varadinskim bje imenovan god. 1435., Apostolatus officium, datum Florentiae anno 1435. VI. kalend. Augusti anno V. (Annal. Minor. tom. X. p. 545.) On držaše sjajni sprovod kralju Sigismundu 1437. 8. prosinca umrvšemu, a u Varadinu zakopanomu. Ganóczy (Episcopi Varadienses P. I. pag. 323.). Umrie pako na bojištu kod Varne u Bugarskoj 1444. (Thwrocz, Chronic. Hungar. P. IV. pag. 422,)

[3] Valentin Farkas je biskupovao od 1491. do godine od prilike 1494. Ganóczy l. c. p. 454 i 462. Dakle i godina ljetopiscem navedena ima se prema tomu izpravitĭ i to: „1493. vel 1494." na mjesto „1499. vel 1498."

[4] God. 1432. (Annal. minor. tom. X. p. 194).

[5] God. 1435. (Annal. minor. tom. X. p. 231).

Digitized by Google

A. 1436. Idem frater Jacobus habuit inquirere in hereticos, in qua inquisitione vicariatum resignavit.[1] Veniens autem ad Kamancz et in utraque parte Danubii subiacentes urbes et villas, ubi multos hereticos Hussitas nomine convertit, et effodere fecit et comburi; ubi etiam magister Blasius, magister capelle in predicto Kamancz, propterea [se in] fugam dedit; veniens autem Bachiam, ubi prepositus maior erat, vitam revocando finivit dies in bono laudabiliter. Item idem frater Jacobus plebanum de Zent Marton defunctum effodi fecit et comburi versus eandem Kamancz, et multos similiter. Item plebanum de bulchen contra fwtak et alios ibidem defunctos similiter.

Ita enim hec heresis Hussitarum, ut dicunt, venerat in Pannoniam, quod dum magister Blasius predictus puer docilis erat, tunc cives de Kamancz eidem subvenientes, miserunt eum ad studium, promittentes eidem ut plebaniam de Kamancz, si merebitur, eidem condonarent; tunc ipse puer ex desiderio studii transiens Bohemiam, intravit civitatem magnam Pragam, ibique humana sapientia [imbutus] et diabolica Hussitarum videlicet heresis pravitate infectus, tandem cum quibusdam suis ad Pannoniam tempore competenti regressus in suam patriam scilicet Kamancz, ibique illa Hussitarum heresis, sicut idem magister Blasius incusando se inquisitori predicto dixerat, non ab ipso, sed a suis in illa patria disseminata fuerit; et ipse dies suos ut predictum est laudabiliter finivit.

Tunc etiam duo litterati de eadem Kamancz, videlicet Thomas et Valentinus[2], cum quibusdam hominibus insanis et mulierculis, consilio inito, nocte recedentes ad regnum Modue [Moldaviae] intraverunt, ubi iidem duo clerici heresim predictam seminantes, utriusque testamenti scripta in hungaricum idioma transtulerunt. Quot ergo et quanta in eis apparet heresis, sicut et ego legi, nemo hominum numerare possit, ex quo fuerunt simplices litterati, iuxta proverbium vulgare *simplex theologus purus hereticus est;* nam istam dictionem *spiritus sanctus* exposuerunt sic *zent zelleth*; tunc iidem clerici iterum consilio inito, ut Christi discipuli, quod absit, unus eorum, videlicet Thomas, apud eundem populum per eosdem ad heresim conversum pro informatione remansit; alter, videlicet Valentinus, Turciam intravit et [ut] dum litteras eorum didicerit, tunc socium suum post se vocaret, et cum ibidem labori se dediset, ita ut eius fama usque ad imperatorem Turcorum venisset, tunc mandavit idem imperator ex consiliariorum suorum decreto, ne tale quid in detrimentum legis eorum exsurgeret, ut idem Valentinus vivus decoriaretur et sic factum est. Alter autem, videlicet

[1] Annales Minor. tom. X. p. 268.

[2] Toma i Valentin, Beočinski župnik, bijahu svjetovni svećenici, kako nam svjedoči izvornik ob iztragi proti njima povedenoj, koj imam pri ruci, premda ih Danko (De s. scriptura Commentar. p. 244) drži za Franjevce. Oni prevedoše sveto pismo na magjarski jezik u duhu husitskom. (Döbrentei Régi Magyar nyelvemlékek.)

Digitized by Google

Thomas, cum suo populo immobilis permansit, et tandem moriens secundum merita suorum operum diabolo cui famulatus est, animam tradidit, cuius penam nemo dicere posset. *Ibid.*

A. 1436. Die 2. Junii [in consilio Rogatorum Reipublicae Ragusinae captum est] de faciendo tres nobiles, qui forment litteras supplicationis Domino Pape pro conventibus vicarie Bosne, qui in iurisdictione nostra sunt. *Ex libro Consil. Rogator. Cod. Mss. pag. 24.*

Eodem anno die 25. Januarii Stephanus Tvrtko coram magnatibus Hungariae Albae regiae congregatis edito scripto promittit se loca fratrum minorum ordinis s. Francisci de observantia vicariae Bosnae . . . ac fratres in eisdem nunc et in futurum[1a] protecturum . . . *Katona: Historia Regni Crit. XII. p. 736.*

A. 1440. Quintus decimus vicarius fr. Joannes de Hungaria sive de Vaya electus fuit et ab eodem Guilelmo ministro generali confirmatus.[2] Haec usque ad hoc ex libro fratris Blasij de Zalka accepi, et que sequuntur a venerabili sene predicto [Fr. Gregorio de Uylak] qui sub obediencia omnium vicariorum familie observancie de Hungaria usque hodie militavit cum honore.

A. 1444. Quando iste frater Joanes de Vaya predictus foret vicarius Boznensium familie minorum, tunc inter reges Hungarorum et Bozne fuit magna guerra exorta, propter quod pro pace habenda frater Joannes, vicarius predictus, missus fuit ad regem Hungarorum eo videlicet anno, quo capitulum celebrare debebat;[3] veniens

---

[1] Na isti način je god. 1431. mjeseca veljače Ivan Vlad, Vlaški vojvoda, u Nürnbergu pred Sigismundom i velikaši obećao, da će bosanske franjevce u svakom pogledu braniti i štititi. (Vidi Magazin für Geschichte Siebenbürgens, II Band, I Heft, p. 45.)

[2] Ivan Vajac bje najprije imenovan komisarom Bosne. *Ex iniuncto* Datum Florentiae 9. Maii 1439 (Annal. Minor. tom. XI, pag. 7. II Edit.) sliedeće pako godine u srpnju mjesecu već je kao vikar djelovao „aliquos fratres . . . vicariae Bosnae deputatos per fratrem Dionysium de Uilach et fratrem Joannem de Waya, vicarium Bosnae, ad eundum ad regna Scythiae etc. Eugenius IV. *Cum ad salutem.* Datum Florentiae 1440 III kalend. Augusti an. 10. (U mojoj sbirci.) Njeki pišu: *Baja* mjesto *Vaja*, nu držim, da je vjernije Vaja. Tako god. 1484. dolazi „Andreas plebanus de Waya" Szabo K. Székely Oklevéltár, I. sv. str. 243. Medjutim šokci po Bačkoj rado meću b mjesto v, n. pr. kažu: Bukovar mjesto Vukovar, sravni današnji *Bukin* na Dunavu, preko od Šarengrada, na mjesto Vokin (Vochin), selo koje je njekoč ležalo, gdje je danas Šarengrad.

[3] T. j. 1443. godine, koje je bio znameniti rat medju ugarskim kraljem i Turčinom; u proljeću, dakle prije odlazka kraljeva u Srbiju i Bugarsku, morao je fra Ivan vikar u Budimu biti, da u ime dvora Bosanskoga obavi svoje poslove kod Vladislava i Hunyadia. (Sr. V. Klaića, Poviest Bosne. Zagreb 1882. str. 280.)

*

Digitized by Google

ergo in Hungariam et fratribus subtilioribus convocatis exhortabatur eos dilacionem capituli petens ab eis in hunc modum:

Fratres dilectissimi! novistis bonum pacis, pro quo et filius Dei altissimi veniens in hunc mundum plurima usque ad mortem pati voluit, ut inter Deum et hominem pacis tranquillitatem stabiliret, quod etiam nobis manifestum est et omnibus, quoniam inter regem Hungarorum et Bozne iam bella plurima fuerunt facta, ig tur ut capitulum ad annum futurum transferamus necesse est, ui inter reges predictos pacis concordia habeatur, que et in eis virtute Dei permaneat, pro qua et ego nunc missus sum. t

Hec dixit et statim inter fratres ex desiderio religionis et eorum simplicitate magnus rumor ortus fuit in consistorio, dicentibus quibusdam, quod non ideo facti sumus fratres, ut regum curas et principum varia verba specialiter curiosa proferamus . . . Et tunc quidam frater Hungarus nomine Michael de Szond irruit inter alios et manu violenta sigillum ab ipso vicario rapuit. Et ex tunc dominos Hungaros et barones adeunt, quos petunt humiliter, ut pro eis regi supplicarent, ut a domino papa impetrarent, quod in Hungaria fratribus de observancia minorum vicarium concederet, ipsi parem; et sicut fuit supplicatum ita et impetratum a domino papa Eugenio IV. et concessum, cuius bulla habetur Bude in conventu fratrum minorum de observancia; et hec facta fuerunt anno 1444.[1] *Ibid.*

Quo facto primum capitulum celebratum est in Jenew et ibi primus vicarius eligitur frater Fabianus de Kenieres et rexit familiam per quatuor revoluciones[2] . . . Item ut predicta credant esse vera, legitur in cronica Hungarorum, quod dum dux Bozne militaret, in curia regis Hungarorum factum est, ut a quodam barone, videlicet Paulo Chupor, delusus fuisset in hec verba: Bey thot nem ember, pogacza nem kenier; tunc ipse dux ita commotus exivit de curia regis et intravit in regnum Bozne indutus pelle bovina cornibus erectis et asinam in manu tenens dicebat: ego videbo, si thot nem ember, pogacza nem kenier, et sic commovit bellum aggrediens, in cuius conflictu multi milites regis Hungarorum fuerunt interfecti, sic hec habentur in cronica Hungarorum.[3] De quibus unum mili-

[1] Oni su se faktično odciepili od Bosanaca, te izabrali o. Fabijana Bačvanina svojim vikarom Hungariae; ali ga papa ne potvrdi kao takvoga, nego bulom *Et si ex debito.* Datum IX. kal. Februarii an. 1444. (Annal. Minor. XI. p. 474, II Edit.) digne razdieljenje vikarije, ujedini obe polovine, te ga potvrdi za vikara vikarije bosanske, kojom je dalje upravljao sve do god. 1447. (Annal. Minor. t. XI. p. 284—9.)

[2] Kao vikar vikarije bosanske upravljao je samo tri godine; vidi o njemu rečena za vikara Ivana Vajca pod 1.

[3] Thwrocz Chronica Hungar. P. IV. cap. XVI. p. 375. Inter cetera bella Dominicae Incarnationis, cum *quindecimus post mille quadringentos* instaret annus, magna vis armorum gentis Hungaricae adversus ducem Spalethi Herwoya denominatum mota est. Ovaj dakle ljetopiscem napomenuti boj spada u godinu 1415.

Digitized by Google

tem in armis cum puero suo fratres minores ad eorum claustrum in Diako portaverunt et ibi sepelierunt cum honore; et tunc frater Nicolaus de Hathad custos custodie Diako,[1] quando in nocte ante matutinum oraret ante altare, ecce miles, mirabile dictu, cum suo puero surrexerunt et cum predicto custode certare ceperunt per multum tempus, ita ut membra militis mortui in manibus custodis in illo certamine semper manerent, et tandem cum miles puero suo precepisset, ut gladio ipsum fratrem in tibijs percuteret, tunc predictus Nicolaus custos celeriter in crucifixi imagine inspexit, que et nunc habetur ibidem in pariete scripta, suspiravit et exclamavit dicens: Domine Jesu adiuva iam! et sic illi disparuerunt, ipse autem custos cecidit in terram; et circa matutinum venerunt fratres et invenerunt eum iacentem quasi mortuum et accipentes portaverunt ad lectum; et mane facto expergefactus et viribus reassumptis convocatisque fratribus predicta eis fideliter et conscientiose narravit, affirmans quod si effoderitis invenietis in corpore militis ipsa signa, quoniam putrida eius membra semper in manibus meis remanebant, et sic effossa ipsa corpora invenerunt, sicut ipse custos narraverat et tandem extra cimiterium proiecerunt; et sic propter predicta, ut ipse Hungarorum ipsi duci Boznensium condescenderet frater Joannes vicarius predictus missus fuit, ut dictum est supra.

Eo tempore omnipotencia Dei per fratres observantes de Hungaria multa miracula operabantur, de quibus aliqua adhuc narrare decrevi, quoniam multi ex fratribus divina suavitate repleti erant, ut aliquando raptum patiebantur, ita ut ipse imperator et rex Sigismundus ad videndum Dei magnalia sepius ad claustrum in Cherij fundatum accedebat et talia ibi patientes et diligenter comprobando auscultabat; et sic visis miraculis dominica virtute factis in singularem et eorum prerogativum exarsit amorem, ut ipsis et eorum desideriis apud summum pontificem paratum se promittendo offerebat; et sic eisdem omnia, sicut placitum erat, impetravit. *Ibid.*

1453. S. Jacobus de Marchia a ministro generali tertium mittitur in Bosnam, qua commissarius visitator cum potestatis plenitudine ad componenda iurgia inter Dalmatinos et Bosnenses circa coenobia Ragusina, qui auctoritate pontificia utrumque coenobium Ragusinum et Daxense Bosnensibus adiudicavit. *Origo etc. Prov. Ragusinae MSS.*

A. 1455. Die 21. Junii Jaurinum ad despotum Rascie venit tabellarius annuncians: civitatem Novobrdo a Mohameto iam esse occupatam. Erat in hac civitate auri et argenti fodina, quae domino suo annuatim, ut ferunt, centum et viginti millia ducatorum

[1] Kustodije Djakovačke nije bilo, nego je Djakovački kraj sa samostanom pripadao kustodiji Usorskoj (Bartholomaei a Pisa Conformitat. fol. 128): što se ona ovdje pojavlja, dokazuje, da je razkol po vikariji daleko razširen bio. Iz pripoviedanja razabira se, da je god. 1415. bojište bilo i medju Savom i Dravom.

Digitized by Google

reddebat. *Epist. S. Joannis Capistran. MSS. Bibliotheca Colleg. S. Antonii Romae.*

A. 1457. Calixtus PP. III. die 25. Octobris scribit b. Jacobo de Marchia, in Hungaria expeditionem „cruciatae" in Turcas praedicanti, se — ex consilio cardinalium — regnantes principes catholicos provocasse, ut Romam mittant oratores idoneos suffultos plena potestate, ut simul cum eis . . . consilium et auxilium, quod cito exequi possit, capiatur; hortaturque beatum, ut et ipse hoc sensu agat apud „Imperatorem, reges Hungarie, Bosne et Polonie et Datie". *Ex originali.*

A. 1459. . . In attestatione factà de anno 1459. patrum Franciscanorum Casini degentium [legitur], patrem Philippum a Cressevo fuisse vicarium vicariae Bosnensis, ut videri potest in archivio conventus [Sutiscensis].[1] *I. Chronic. Velikanović.*

A. 1462. Pius II. fratri Ludovico de Vincentia, vicario generali observantium, edito Brevi die 13. Maii praecipit, ut quamprimum commode fieri poterit, in Dalmatiam et Bosnam concederet, et ibidem pacem inter fratres Bosnenses et Dalmatinos componeret; fratres vero „*in loco Tersati et Vegle*" inobedientes compesceret. *Ex Origin. in Tabulario Ordinis.*

Senatus Reipublicae Ragusinae hoc anno 1462. die 5. Septembris decernit: ut „Fratres conventuum Racusii et Daxae curent impetrari loca eorum regulae: Stagni, Slani, Umble et Canalis, et amoveri a regimine fratrum Bossine, et cum eorum locis uniri; et in dicta impetratione animadvertant inseri, quod fratres, qui pro tempore erunt in dictis quatuor locis, possint et debeant ministrare curam animarum eo modo, quo habent fratres vicarie Bossine, et rector et consilium faveant eis pro dicta unione obtinenda". *Estratto del Consiglio de Pregati MSS., pag. 242.*

A. 1463 Pius II. edito die 16. Februarii Brevi statuit: a) Ut de duabus Provinciis Dalmatiae et Bosnae fiat una, quae vocetur Bosnae et Dalmatiae. b) Ut eidem praesit vicarius Italus per generalem vicarium et suos definitores eligendus. *Ex Orig. in Tabulario Ordinis.*

---

[1] O. Filip iz Dubrovnika bio je g. 1457. 21. travnja vikarom Bosne. [Theiner, Vet. Mon. Hungar. II., p. 291.] U jednom pako listu Stjepana Tomaševića kralja „Datum in nostra solita habitatione Bobovacii anno . . . 1461. Septembris die 18.", od kojega je jedan stari priepis u Vukovarskoj knjižnici franjevačkoj, medju ostalima je pisano: „omnia suprascripta tradimus in manus multum venerando patri Philippo vicario apostolico (?) regni nostri, ut scribat in annalibus ecclesiae . . . ut nullus audeat dicere aut disdicere, nec diminuere . . . quod non inquireret dictus vicarius et inquisitor sancti officii Bosnae cum suis fratribus s. Francisci . . . [I ovaj list mi je sumnjiv.] Godine pako 1462. podpisuje se „Ego fr. Philippus de Ragusio vicarius Bosnae" [Annal. Minor. tom. XIII. p. 250]. Sudeć po navedenih držim, da se mjesto *Kreševa* ima čitati Filip „a Ragusio".

Digitized by Google

A. 1464. Ragusini fratres . . . . Pio II. humillime supplicarunt, adiuvante ipsos fratre Mariano Resti, patricio Ragusino, eiusdem pontificis capellano . . . [et] pontifex annuit quatuor . . . coenobia: Slani, Umblae, Stagni et Canalium a Bosnensibus separari, eademque Ragusino et Dacensi uniri independenter a Bosnensibus et Dalmatinis. At fratres Bosnenses et Dalmatini iterum se in unam provinciam univerunt sub nomine Bosnae-Dalmatiae, ut sic et tertio fratribus Ragusinis dolo nocerent; et revera post tot iurgia cum Ragusinis ultimo moverunt P. [vicarium] generalem in Illyricum, qui convocato capitulo provinciali Pasmani Ragusinos voluntati Bosnensium et Dalmatinorum subiecit. *Origo etc. Prov. Ragus. MSS.*

Eodem anno Paulus PP. II. sub dato diei 18. Novembris scribens ad generalem congregationem Assisii habitam acta provincialis capituli, Pasmani celebrati, omnia rata habuit. *Ex Orig. Tabular. Ordinis.*

A. 1468. Paulus II. decernit, ut P. vicarius generalis fratrum minorum Ragusinos fratres a Bosnensibus et Dalmatinis separet. *Origo etc. Prov. Rag. ut supra.*

A. 1469. In capitulo generali in conventu Insulae Bisentinae, lacus Vulsenii, celebrato Bosnenses a Dalmatinis separantur. *Origo etc. Prov. Ragus. ut supra.*

A. 1498. Die 7-a. Junii. Fojnicae sanctissime obiit beatus frater Angelus Zvizdović, vitae sanctitate et zelo communis boni promovendi clarissimus. *P. Nicolai a Lašva, Chronic. Bosnense. MSS.*

A. 1504. In eodem capitulo [Mantuae celebrato] fuit quaestio mota contra Boznenses, qui citra[1] Zavam locum novum acceptarunt, super quo habita contencione coram quinque patribus . . . [qui] . . . determinarunt, quod Boznenses supersedeant ab omni fabrica praefati loci in castro Gywletiz[2] cepti ultra Zavam, sed veniant ad capitulum nostrum provinciale supplicaturi; quod si que cedetur, possint prosequi fabricam et alias non. *Chronic. Gyöngyösiense.*

A. 1514. 29. Junii divisa est totaliter et adaequate vicaria Bosnae Argentinae ab illa, quae olim Bosnae, Croatiae nunc vero Carnioliae dicitur.[3] *I. Chronic. Velikanović.*

---

[1] Ljetopisac ovdje a i pod godinom 1514. mieša sad *ultra* sad pako *citra* Zauam, čitatelji pako ne će se buniti znajući, da se u toj razpri radi o zemljištu ležećem medju Savom i Dravom.

[2] Taj samostan bi posvećen blaženoj Gospi, nu gdje li je ležao Gywletiz, ne znam; godine 1606. spominje se „Andreas Osztrossithy de Ghylethincz“ medju pristašami Stjepana Bočkaja. (Kovačić, Supplem. advestigia comitior. tom. III, p. 340.)

[3] Razdjelba je učinjena pod stanovitim uvjetom. „La qual scrittura della divisione (piše o. Franjo Glavinić, Origine della provincia Bosna Croazia, pag. 11.) si trova hoggi anco nel monasterio di Tersatto fatta con conditione però, che se di nuovo si ricuperasse il Regno di Bosna, devono parimente le provincie unirsi insieme“. Uzrok razdieljenju vidi kod Krčelića. (Notitiae Preliminares, pag. 420.)

Digitized by Google

A. 1514. Item in capitulo [Assisii die 13 Iunii celebrato] certatum est coram auditoribus causarum ... circa loca quae pretendebant Boznenses sive Croatini capere ultra [citra?] Zavam, et propterea coram eisdem auditoribus ex parte provincie nostre Hungarie oblate fuerunt bulle Nicolaij et Sixti[1] cum allegacionc molestiarum nostrarum contra ipsa privilegia, presentibus vicario, discretoque vicarie Bozne, per quos exhibita fuit bulla parva dicti Nicolay surreptitia; contra quam allegantibus nobis illam subreptitiam et consequenter litteras Sixti posteriores, allegarunt contra et ipsi se habere posteriores a Sixto[2] quasque non quieverunt ostendere, et eciam a Julio, quas in forma ibidem exhibuerunt, quibus concedebatur, inter alia, ipsis loca posse assummere usque ad Drauam et eciam acquirere posessiones et alia, nullam tamen faciebant mentionem saltem specialem de nostris privilegiis, faciebant autem de bulla Sixti, quam ipsi Boznenses se habere pretendebant; contra quas eciam alia allegata ipsorum Boznesium obiecta fuerunt plurima, partim ibidem allegata, partim vero seorsim inculcata; tum quia decisio facta fuit Mantue in contrarium, tum quia littere tam Nicolay quam Sixti eciam Julii subrepticie forent; et Breve Julii post decisionem iam dictam et eciam sine scitu generalis et commissarii sui et contra possessionem ipsorum procuratum, tum eciam quia non est habita mencio illius Brevis nec de aliis predictis nostris Bullis, sed neque [de] divisione consensione pape super metis, et quod littere ipsorum fuissent tacita et suspensa veritate obtente; nec quod quibusdam bullis, saltem sufficienter derogatum, presertim cum nostre fuerint eciam per Sixtum et Leonem X. modernum confirmate, neque possent pretextu Brevis et aliarum [bullarum] interrumpere questionem, propterea quod esset perpetua siue perpetuata, nec reclamatum [est] contra eandem saltem palam et legitime ab annis pluribus, hinc eciam prescriptio essent perpetuata obiecta. Fuerunt et alia, ast quia non poterant Boznenses accipere locum sine scitu et consensu vicarii generalis et contra constituciones cismontanas, et quia litteras Sixti et Julii hactenus semper occultarunt et plura hinc inde proposita.

Determinatum itaque fuit in capitulo iam fato ... quod stent sentencie date in capitulo Mantue celebrato 1504., videlicet locus s. Marie apud Zauam de benignitate concessus in confinibus Hungarie captus ab ipsis Boznensibus teneatur, et quod deniceps nullum

[1] Bula Sikste IV-oga. izdana u prilog vikariji ugarskoj je: *sedis apostolicae*. Datum Romae 1476., pridie kalend. Maii an. 5°.

[2] Bula istoga Sikste IV-oga., koju je bila dobila vikarija bosanska, glasi: Romanus pontifex. Datum Tibure 1473. pridie idus Augusti. Obje u priepisu kod mene. Izvornik prve je u arkivu oo. Franjevaca države Salvatorijanske u Ugarskoj, a druge original prošlog stoljeća nalazio se je u Ljubljani, odkale je biskup Nikola Olovčić priepis donio u Slavoniju i Budim, a ima ga i u nadbiskupskom arkivu u Zagrebu.

Digitized by Google

amplius locum capere debeant non obstantibus indultis et concessionibus, quas ostendunt Boznenses ... superinde exstant memoratorum auditorum in conventu Budensi sigillate per prefatum generalem vicarium cum apposicione manus proprie; similes littere habentur in eodem conventu Mantue et in aliis capitulis generalibus date super hac eadem re; huius tamen rei clarius et plenius habetur in Italia, in matrica, sive libro patrum cismontanorum, in quo solent acta capituli generalis annotari.

Item cum ex utraque parte delate fuerint querele, quod videlicet utrique uadunt ad ciuitates et provincias; consocii uadunt ad seculares absque licentia guardianorum et ibi comedunt et ueniunt domum etc. De mandato, quorum supra, determinatum est, quod deinceps si contigerit patribus de Hungaria accedere ad patres Croatos aut Boznenses, et e contra, non declinent ad seculares, nec discurrant huc illuc, sed primo se presentent guardiano loci, antequam discurrant, [et dein] cum sua bona licentia exeant domum et visitent et pertractent negocia sua; et hoc servetur inviolabiliter ex mandato reverendi patris vicarii generalis et sub pena ad arbitrium reverendi patris, et privationis officiorum, si sunt prelati. Ego fr. Xoferus q. s. manu propria scripsi. *Chronic. Gyöngyösiense.*

A. 1523. A. R. P. Stephanus Kucich electus minister provincialis fuisse legitur. Kucich vero villa est prope Aluvisium. Provincialatus sui tempore Plumbi peste moritur, et in villa Rujevicza sepelitur. *I. Chronic. Velikanović.*

A. 1524 Hic (P. Stephanus) apud Turcas inique accusatus, cum aliis duodecim fratribus capitur et Seraglium perducitur; sed dum ille fugiendo se salvat, hi ut illum prodant fustibus gravissime vexantur; horum constantia et in superiorem suum fidelitas multis tentata fuit ludibriis, sed incassum. Sequentes praeterea conventus diruuntur: Cognici videlicet, Sutiscae, Vissokij, Foiniczae et Cressevii; sed omnes, excepto primo, paulo post reaedificantur. Successores huius provincialis itidem desiderantur. *I. Chronic. Velikanović.*

A. 1526. Cum curreret annus 1526., venit iterum Turcus cum ducentibus millibus, ut dicitur, hominum ad Hungariam et obsedit castrum Petri Varadini et fortiter expugnans, licet cum periculo magno sui populi, tamen finaliter per pulveres pixidicos murum ipsius castri sursum ponere fecit; et ita ingredientes Turci cum Hungaris de castro exeuntibus acriter pugnaverunt,[1] quod, ut dicitur, sanguis

[1] Petrovaradin pade u turske ruke dne 28. srpnja. (Fraknoi Tomori Pál Élete, p. 62.) Barun Burgo u svom listu od 5. kolovoza 1526. (kod Theinera, Mon. Hungar., II. pag. 793) piše ob istoj zgodi ovako: „Ali 3 (d' Agosto) scrissi a V. S. di la perdita di Petrovaradino, che Turchi havendo minato il castello e dato foco dirupatolo, la gente che era dentro si fece forte in su l' area seu piazza del castello et li cum l' armi e le mani si difese in sino alla morte, in tanto che lo sangue di Turchi e di christiani veneva in sino alli ginochi; novanta persone solamente restando vivi si ritirarno in una torre seu campanile di la chiesa che era sola rimasta in piedi, in animo di difendersi anchor loro sino alla morte

Digitized by Google

occisorum fluebat ad modum rivuli circa portam castri et usque ad tibias pugnatores utrinque in sanguine ambulabant, sed finaliter Turci prevaluerunt. Non tamen vivos de Hungaris, qui remanserant, occiderunt, sed retinuerunt et cesari ipsorum portaverunt, ille vero ipsis liberam concessit vel transeundi ad regem vel cum suis Turcis remanendi facultatem; ex quibus pauci ibidem manserunt, alii omnes ad predictum dominum Paulum de Thomor, archiepiscopum Colocensem et capitaneum suum, venerunt. Deinde Turcus paulatim ascendens omnia castra circa Danubium situata obtinuit et [populum] vel captivavit vel occidit et omnem igne et gladio vastavit terram.

Tandem rex et principes Hungarorum tarde evigilantes, et segniter convenientes castra metati sunt in campo Mohacs, ubi dictus Pater frater Paulus de Thomor . . . ut supremus capitaneus regni cum magnifico domino Georgio de Zepes (adfuit) presente ibidem et Ludovico, rege Hungarorum; ibique exspectato cesare cum suo exercitu, tandem inito conflictu, victi sunt Hungari. Ibi rex Ludovicus occisus est, ibi Ladislaus, archiepiscopus Strigoniensis interiit. Similiter Philippus More, episcopus Quinqueecclesiensis, Franciscus de Peren, episcopus Varadiensis, Franciscus de Chahol Chanadiensis, Georgius, episcopus Bosnensis, et multi alii ecclesiarum prelati interempti sunt. Ibi occisus est et predictus frater Paulus de Thomor.

Et tandem Turcorum cesar sic magnifica victoria potitus ascendit usque Budam, cuncta igne et gladio consumens accepit Budense castrum sed non combussit, civitatem tamen totaliter igne concremavit. Tunc Turcorum exercitus ex parte Bude ascendit . . . [usque] Jaurinum omnia igne vastando, ex alia [autem] parte usque ad Szeczen . . . ex altera [item] parte per planiciem versus Titziam ascenderunt usque ad Mezekövesd et tandem descendentes venerunt ad Szegedinum et infra omnia vastaverunt et perdiderunt igne, et homines et captivos abduxerunt vel occiderunt . . . . . Et tandem cesar Budam sic vacuam [relinquens] rediit ad Turciam. Tunc eciam perierunt multa claustra nostri ordinis videlicet: Fwtak, Vylak, Athia,[1] Alsan, Pereczke[2], Kewlud, Pakos, Ozora, Geergij

---

tal che ebber per bene di pigliarli a patti salva solamente la vita et data la fede solamente in camisia l' hanno mandati salvi a Colocense, lo resto che erano feriti . . . tutti l' hanno fatto decapitare e buttare in Danubio . . . .".

[1] Athia današnji Opatovac u Sriemu; o tom samostanu vidi Starine knj. V. str. 130. U crkvi samostanskoj bje zakopan Ladislav Grebenski (de Gereb) nadbiskup Kaločki, inače član plemena „Bitthovecz" (srav. Čaplovićevo djelce Slavonien pag. 60). Na tablici jednog starog brevijara je zabilježeno: „Ladislaus Gereb . . . Colocensis archiepiscopus [qui] in pago hereditario Telek nuncupato in die sancte Anne diem obiit. Sub arce sua Attya apud fratres minores sepultus [est] 1507.". (Vid. Magy. Könyvszemle 1883. str. 108.)

[2] Pereczke i Perethke (vidi sbirku čudesa zbivših se na grobu sv. Iv. Kapistrana, a god. 1521. u Rimu sv. stolicom izpitanih. MSS.) je

Digitized by Google

Budensis, Pestiensis, Thata, Giongios, Bereny, locus de Zegedino .... *Chronic. Gyöngyösiense.*

A. 1529. Eodem anno (1529) in Slavonia in contratis Rementincensibus per Turcas interfecti sunt: Fr. Martinus de Rascia sacerdos, Fr. Balthazar clericus in loco Petrocz, Fr. Petrus de Diako, laicus in loco Athina. *Chronic. Gyöngyösiense.*

A. 1532. Anno igitur [1532.] in estate cum maxima potentia equestri cesar Turcarum, videns quod Allemani nolent pacem reformare cum Johanne rege, exivit et per Semigium et Zalam ascendit ad Austriam et vastavit illam partem Hungarie iterum igne et gladio, et incolas illius terre partim occidit partim captivos duxit; et stetit in Austria per tres menses vel ultra exspectans Carolum cesarem et Allemanos contra se ad pugnam, sed nullus venit; et vastavit similiter Allemaniam usque ad Aquis granum (?), sicut ipse Turcus post descensum dixit in Pest, et nullum habuit conflictum. Et sic iterum revertitur in autumno circa festum s. Michaelis per adiacentem terram circa fluvium Mura et Drava, et sic totam Slavoniam Turci vastaverunt igne et gladio, et homines vel occiderunt vel secum captivos abduxerunt.[1] Tunc temporis ex parte altera Turci ascenderunt cum multis navibus et galeis .... et Strigonium obsederunt ... *Chronic. Gyöngyösiense.*

A. 1539. Hoc anno Fr. Georgius „Diuoevich" minister provincialis Bosnae indicit capitulum celebrandum, ad quod praeter ceteros, citantur guardiani „Zuo(r)nich" et „Salinarum superiorum" .. Easdem litteras circulares anno 1639 vidit Fr. Hieronymus Lucić, episcopus Drivastensis. *Vol. 124. fol. 34.*

A. 1544. Michael Starinus, in oppido Sztara[2] comitatus Baranyensis natus, doctrinam Lutheri in Slavoniam inducens catholicos

---

današnji Berak takodjer u Sriemu. Tuj bje oko god. 1420. Filipom od Korogja sazidan franjevački samostan. (Arkiv Gyöngyöski.) U toj samostanskoj crkvi bijaše znatna grobnica pomenute velikaške obitelji Korogjske; redovnici popraviše g. 1526. razoreni samostan, ali kada ga Turci po drugi put zapališe god. 1533., moradoše ga ipak ostaviti. (Epistolarium fratrum minor. Prov. Salvator. MSS.) Beračani i danas zovu to mjesto gdje je samostan ležao „svetinjom".

[1] Na tablici jedne knjige iz 15. stoljeća je zabilježeno „Liber fratris Thomae de Zabochina: „Anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo secundo impiisimus caesar Turcorum intravit in regnum Hungariae iuxta Drawam et Muram, combussit maximam partem regni eiusdem, et aliam partem regni Alemaniae; in festo vero Matthaei Apostoli et Evangelistae, cum reversus fuit, combussit maiorem partem regni Slavoniae, qui caesar Turcarum cum sua potestate et exercitibus una nocte pernoctavit in campo Warasdinensi (Magy. Könyvszemle 1883. pag. 105.) (Sravni: Chronic. Nicol. Oláh kod Péterfia Concil. Hungar. II, p. 188; i dra. Račkoga, Ob obrani hrv.-slav. granice u Književniku. God. III, str. 513.)

[2] „In pagis . . . Sztára . . . omnes (nunc) sunt catholici nationis croaticae". Brüsztle Recensio Dioeces. Quinqueccl. II, p. 261.

Digitized by Google

sacerdotes dire persequi incipit. Sacerdotibus catholicis haud paucis in Bosniam et Banatum Temesiensem aufugientibus, ipse Starinus multas catholicorum Slavoniae ecclesias occupat. *Frider. Lampe Historia Eccl. Reformatae in Hungaria pag. 103.*

A. 1551. Lutherani Slavoniae[1] circa festa Pentecostalia in loco Tordinci dioecesis „Valkouiensis .... quae olim Posegiensis .... vocabatur, synodum celebrant. Ecclesiae Lutheranae in Slavonia magna fautrix est Hedviga Artandi. *Ibid. pag. 674.*

A. 1561. Fr. Bonifacius Drako ica a Ragusio a sancta sede mittitur ad Hungariae, Transilvaniae, Poloniae, Moscoviae partes, „quarum vulgare idioma intelligit et intelligibiliter loquitur", ut ibidem verbum Dei contra „Lutheranos" praedicet, et fideles ad resistendum „imminenti turcicae potestati" excitet. *Regesta Cismontanae familiae fol. 219.*

A. 1564. Pius PP. IV. fratribus provinciae Bosnae eadem privilegia concedit, quibus et fratres gaudent, in locis terrae sanctae commorantes. *Ibid.*

A. 1568. In ministrum Bosnae electus fuit admodum reverendus pater „Marianus[2]" Kosovich de Zaostrog. *I. Chronic. Velikanović.*

A. 1570. Eiusdem ministeriatus tempore, guardiano vero fr. Gregorio Bukovac, Turcae, subiecto igne, monasterium in loco Osinj incendio delent, fr. Petrum Grabković exdefinitorem perimunt et fr. Nicolaum Kević vicarium vulnerant. *Zlatović, Franovci str. 45.*

A. 1571. Admodum reverendus pater Gregorius Dulmensis (est minister provincialis, qui) Romae moritur. *I. Chronic. Velikanović.*

A. 1572. Fr. Bonifacius a Ragusio, episcopus Ston ensis, iussu Pii PP. V. qua visitator apostolicus multa agit pro reformatione vitae religiosae fratrum Bosnensium. *Tabularium Vaticanum secret. Brevia Gregor. XIII. et Sixti V. vol. 28 pag. 474.*

A. 1573. Die 26. Augusti fr. Antonius Matković nominatur episcopus Bosnae, cum potestate administrandi sacramenta et peragendi pontificalia etiam in locis infidelium, in quibus ordinarii episcopi actu non commorantur. *Biblioth. Barberini Cod. mss. XXXVI. fol. 48. Vol. 310.*

A. 1574. Minister provincialis Bosnae admodum reverendus pater Gregorius Kucich; sed duorum eius successorum nulla exstat memoria. *I. Chronic. Velikanović.*

A. 1575. Agente in primis fratre Antonio, custode et commissario Bosnae Gregorius PP. XIII. permittit, ut fratres provinciae Bosnensis possint occupare antiquum conventum s. Augustini in loco „Velika" in Slavonia, cum omnibus adnexis terrenis, a gubernio Turcico iam concessis. *Annales Minorum tom. XXI. p. 479.*

---

[1] Sravni Tudományos Gyüjtemény god. 1830. sv. V, str. 55—101; i *Fasciculi Ecclesiastico-Litterarii* od godine 1841., tomul. II., pag. 183.

[2] Ljetopisac ga zove Matom, a Lastrić u svom Epitome vetustat. ga piše Martinom.

Digitized by Google

A. 1576. Sancta sedes fratrem Antonium, custodem, a ministro generali qua commisarium visitatorem ad Bosnenses missum commendat per litteras datas „Reverendis in Christo Simoni a Ponte ministro et aliis fratribus ordinis minorum de observantia in loco s. Catharinae Cressevi degentibus, provinciae Bosnae Argentinae.“ *Tabularium Vatic. secret. Vol. 28.*

A. 1578. Fr. Joannes Mathaeus ab Ulmo a s. sede mittitur ad catholicos oppidi Dračanica in Hercegovina, ut iis in rebus spiritualibus assisteret. *Annales Minorum tom. XXI. p. 506.*

A. 1579. Fr. Antonius „Mathei“ consentiente ministro generali instat apud s. sedem, ut in Bosnam quam primum mittatur Visitator apostolicus. *Tabular. Vatican. Secret. Cod. Mss. Politicorum CXXIX. fol. 195.*

A. 1580. Mense Februario frater Antonius „Mathaei“. Roma discedit ad peninsulam Ston in Dalmatia ad eiusdem peninsulae episcopum. *Ibidem.*

A. 1580. Fr. Bonifacius Drakolica a Ragusio, episcopus Stoinensis a sancta sede romana mittitur ad catholicos Bosnae, Hercegovinae, Serbiae et Hungariae, Turcis subiectae, tanquam visitator apostolicus. *Tabularium Vatic. Secret. Codex XXIX. Politicorum fol. 145—210.*

Die 15. Decembris. Idem visitator apostolicus communicat cum summo pontifice visitationem Hercegovinae et Bosnae iam esse peractam, quin expertus fuisset „satanam aut aliquem malum occursum“; episcopum semendriensem, qui plura voce referret, pro sede scardonensi impense commendat. *Tabul. Vaticanum Secret. Lettere di Vescovi Vol. 10 fol. 27.*

A. 1581. Die 2. Martii. Mercatores catholici civitatis Sarajevo significant sanctae sedi visitatorem apostolicum a se tanquam angelum de coelis fuisse receptum, qui eos admodum consolatus est et in fide sancta confirmavit, gratiasque agunt summo pontifici maximas. *Tabularium Vatican. Secret. Armar. VII. capsa 7. Nr. 9.*

Die 11. Junii. Pariter et fratres ord. s. Franc. ceterique catholici Bosnae scriptis litteris gratias reponunt summo pontifici .... (mi) sinovi pravovierni karstiani stare viere rimske ... biskup bosanski i ministar ... provincie s ostaliem otci definitorni, i sa sviemi fratri i karstiani pribivaiućiemi u kralestvu bosanskomu i hercegovini, i u dielu od hrvata i srbske zemlie i podunavia ... u miestu Olovo ... et praeter ceteros subscribit: frater Gregorius Masnovich, minister provincie Bosne Argentine. *Ibid . . Nr. 8.*

Item die 10 Julii eodem gratitudinis sensu scribunt et catholici Salinarum Inferiorum ... Dolnih soli i od svih sela, koii su okolo otiu Soli, okolo pedeset mila Karstiani ..... subscribunt autem: Ja Mihal Atević; Ja (J)anko knez od Jasinice; Ja Knez Vraneš Ivanović, knez od Kalatče sa svom moiom knežiiom; Ja fra Stipan Milešić gvardia(n) od dolnih soli, koi i pisa ovo pismo; Ja (J)anko i Mato u Seočasci. *Ibidem . . Nr. 7.*

Digitized by Google

A. 1581. Diebus 28 et 29 Augusti eiusdem anni, in ecclesia s. Mariae in Babska, loco Sirmiensi, habetur sacra synodus, ipso Bonifacio in ea praesidente. Epistolis pietatis plenis, quo ex eadem synodo ad summum pontificem datae sunt, subscribunt die 30 Augusti: Ego predicator et presbiter atque oppidi plebanos Caspar . . . Ego frater Noris plebanus ivanconi; Ego (M)ateus plebanus de morovig; et ego christoforus plebanus de dragorino; Ja fra gargur kapelan od tompoienac; Ja fra ierolim bapski kapelan; Ego fr. nicolaus plebanus de gorriani; Jo fra marcho de uarse plebanus; Ego Antonius episcopus Bosnensis presens fui in omnibus istis et rogatus, ab illis ut meo digitto munirem has presentes sic et feci; Ita est, ego Gaspar qui supra manu propria as conscribsci *Ibid. Nr. 5.*

Eodem anno Gregorius PP. XIII. quatuor conventus fratrum Bosnensium propriis, expensis fecit aedificari (reacdificari?) et fratres in iis habitantes rebus necessariis provideri. *Romae Biblioth. Casanat. Co. Mss. X. V. 19.*

A. 1582. Circa exitum anni praecedentis vel initio vertentis Temesvarini apud mercatores Ragusinos, praesente episcopo Bosnensi et aliis itineris comitibus, pie in Domino moritur fr. Bonifacius, episcopus et visitator apostolicus *de cuius morte* datis ad s. sedem epistolis, retulerunt dicti mercatores Ragusini, quorum exemplum imitati sunt et catholici cives Temesvarienses nationis hungaricae. Scripta defuncti visitatoris et libri mansere apud Ragusinos in quadam cistula recondita. *Tabularum Vatic. secret. armar. VIII. Capra VII. n. 3 ex 4. et Politicorum Cod. CXXIX.*

A. 1584. Admodum reverendus pater Marianus Haglinich de Sutiska, minister provincialis. *I. Chronic. Velikanović.*

A. 1586. Sixtus PP. V. fratrem Gregorium a Salinis mittit consolandum catholicos in partibus Savi et Sirmii, sub iugo Turcico gementes. *Annal. minor. tom. XXII., p. 80.*

A. 1587 Adm. R. P. Franciscus Bolichjevich de Ricice, postea episcopus Bosnensis; multa cum provincia iurgia habuit atque lites; pax eo vivente nulla erat. Fojniczae sepultus iacet. Custos eius P. Marcus Bosnjakovich definitor generalis creatur Romae. *I. Chron. Velikanović.*

Idem episcopus pro partibus Sirmiensibus circa Ilok, Ljuba, Sot etc. in suum vicarium generalem nominat fr. Vicentium Štipančić, cuius opera usus novi calendarii [dicti Gregoriani] acceptatus est. *Vol. 152, fol. 394.*

Fr. Bernardinus a Ragusio cum aliis sociis, ut fidelibus in provinciis Požega et Temesvar, quoad res spirituales subveniret, a summo pontifice mittitur. *Secretaria Brevium in mense Decembr. p. 350.*

A. 1590. Minister provincialis admodum reverendus pater Petrus de Salinis. *I. Chron. Velikanović.*

A. 1593. Minister provincialis admodum reverendus pater Marianus Haglinich secundo. *I. Chron. Velikanović.*

Digitized by Google

A. 1596. Minister provincialis admodum reverendus pater Gregorius Masnovich. *I. Chron. Velikanović.*

Fr. Petrus a Bosna [a Salinis = Gradovrh] auctoritate s. sedis apostolicae in Serbiam transit et Bulgariam, ut christianos ibidem in catholica fide instrueret. *Secret. Brevium in mense septembris, p. 119.*

A. 1599. Admodum reverendus pater Antonius Milanovich definitor generalis. *I. Chron. Velikanović.*

A. 1600. Admodum reverendus pater Blasius a Gradac, vir ob eximias virtutes magnae etiam apud Turcas auctoritatis, in locis „Gradac, Jassabia, et Chelmo" quinque ecclesias aedificavit, et auctoritate Clementis VIII. illius regionis populum ad fidem catholicam reduxit *Vol. 382, fol. 113.*

A. 1602. Minister provincialis admodum rev. pater Stephanus Zlatarich. *I. Chron. Velikanović.*

A. 1605. Minister provincialis admodum reverendus pater Jacobus Slapnicza de Sutiska *Ibid.*

A. 1608. Admodum reverendus pater Elias Csakalovich a Fojnicza vir mirabilis in operibus suis. *Ibid.*

A. 1611. Admodum reverendus pater Martinus Bielavich de Sutiska, sub huius gubernio guardianus conventus s. Mariae Argentinae per Mahometanam seductus, Christo abnegato Mahometo subscribit. *Ibid.*

A. 1614. Minister provincialis adm. rev. p. Gregorius Marinovich.[1] *O. Stjep. Zlatović, Franovci pag. 72.*

A. 1615. Ministrum provincialem agit Fr. Gregorius Marinović Dulmensis. *P. Zlatović, Franovci, str. 72.*

S. 1617. Hoc anno fuit minister Provincialis Bosnae fr. Thomas Ivkovich de Bagnaluca, subinde episcopus Bosnensis, qui varias habuit cum Provincia dissensiones. *I. Chronic. Velikanović.*

A. 1618. Petrus Katić, episcopus Prizrenensis (Vol 219, fol. 10. Vol. 56, fol. 280), praesentibus Ludovico de Molost, legatto caesareo, et Casparo Gratiani, legato Othomanico, magno catholicorum in Slavonia fautore, occupat ecclesiam s. Petri Belgradiensem fratrum minorum Bosnensium. *Vol. 388, fol. 73.*

A. 1620. Minister provincialis Bosnae hoc anno fuisse legitur fr. Lucas Kačić, germanus frater Bartholomaei, episcopi Macariensis. *P. Zlatović, Franovci str. 72.*

A. 1622. Fr. Petrus a Salinis, episcopus Sophiensis, Romam petit (Vol. 390, fol. 491), ubi et obtinuit, ut fratres Bulgariae, qui interim eius gubernio obnoxii erant, a Bosnensibns penitus separentur. *Vol. 310, fol. 224.*

A. 1623. Minister provincialis Bosnae fr. Marianus Olovcich. *I. Chronic. Velikanović.*

---

[1] Chron. Velikanović pogriešno ga piše „Masnovich".

Digitized by Google

Eodem anno Fr a Salinis, episcopus Sophiensis, redux Roma ad conventum loci Gradovrh devertit, ubi et adstantibus fratribus die 4-a. Aprilis piissime moritur. *Vol. 384, fol. 75.*

Turcae, audita episcopi morte, manasterium invadunt et fratres, ut defuncti thesauros, quos Roma tulisset, proderent, variis tormentis excruciant; tandem promissis 2000 scutis fratres liberantur. *Očevija, Catalogus episcopor. Prov. Bosnae. MSS.*

A. 1624. Fr. Paulus Papić a Sarajevo et Gregorius Bosnensis (sic) Romam ad sacram congregationem fidei propagandae de tristissimo statu provinciae Bosnensis relaturi mittuntur. Sacra Congregatio, auditis relationibus, die 24. Octobris decrevit: scribendas esse litteras quaestuarias ad Principes pro fratribus Bosnensibus, easque quamprimum expediri mandavit, quia secus exactionibus Turcicis resisti non posset. *Vol. 384, fol. 74.*

Emericus Losy, nominatus episcopus Bosnensis, agente Nuntio s. sedis Viennensi, resignat titulum dicti episcopatus in favorem episcopi Scardonensis. *Vol. 330, fol. 406.*

Instituuntur hoc anno delegati apostolici, qui regiones Turco subiectas, in quibus ordinarii episcopi non resident, visitarent et animarum curam gererent. *Vol. 85, fol. 295.*

A. 1625. Fojnicae moritur fr. Antonius „Mattei" a Požega, episcopus Scardonensis et Bosnae administrator, vir promovendae rei catholicae studiosissimus. Vide et annos: 1575., 1576., 1579., 1580. *Historia domus Požeganae. MSS.*

Decreto s. Congregationis de fide propaganda die 5. Septembris edito proponitur, si sanctissimo placuerit, fr. Thomas Ivković, ante paucos menses in ministrum provincialem electus, pro episcopo Scardonensi et administratore Bosnae. *Vol. 385, fol. 543 et 610.*

Die 28. Octobris fr. Albertus Rengjić Ragusinus, episcopus Semendriensis, venit Belgradum ad locum ordinariae suae commorationis. *Vol. 56, fol. 210.*

Die 17. Novembris Urbanus PP. VIII. patribus definitoribus actualibus et exministris provincialibus provinciae Bosnae concedit — pro hac vice tantum — ut sine capitulo in locum fr. Thomae Ivković, alium ministrum provincialem eligere possint[1]. *Vol. 385, fol. 469.*

A. 1626. P. Marcus Bandulavić a Skoplje et P. Elias a Požega undant missionem australis Hungariae in locis Karaševo et Lipova (Lipa ad Marusium). *Vol. 147, fol. 103.*

In Gradovrh moritur P. Thomas ab Olovo, vir aetate grandaevus vitaeque sanctitate clarus; et dum fratres locum sepulturae quaererent, corpus defuncti episcopi Sophiensis, Petri Saliensis, incorruptum et flexibile inveniunt. *Vol. 124, fol. 34.*

Moritur Fojnicae fr. Antonius a Požega episcopus. *Historia domus Požeganae fratrum minor. MSS.*

---

[1] Nu imena tomu provincijalu ne znam, ako li nije fr. Marian Olovčić (?)

Digitized by Google

A. 1627. Fr. Albertus Rengjić, episcopus Semendriensis, occupat ecclesiam s. Petri Belgradiensem, in qua fratres Bosnenses sacra peragebant. *Vol. 388, fol. 65.*

A. 1628. Mense Martio Pater N. N. minister provincialis Bosnae una cum P. Andrea Tomanović a Kamengrad Romam discessit ad congregationem generalem. *Vol. 142, fol. 78.*

In capitulo provinciali hac aestate celebrato in ministrum provincialem eligitur P. Andreas a Kamengrad. *Vol. 57, fol. 25, 27.*

Hic minister provincialis „maleus fratrum" dictus (fuit), quia eos in virga ferrea rexit, et quoddam speciale disciplinae genus discolos componendi adinvenit et adhibuit. *I. Chron. Velikanović.*

A. 1629. Fr. Albertus Rengjić, episcopus Semendriensis, mense Septembris Belgrado Viennam discedit, ut, terminatis quibusdam in aula imperiali negotiis, munus visitatoris apostolici inter Valachos [seu Uskokos] Croatiae, quorum numerus 20.000 exaequabat, perageret. *Vol. 385, fol. 510.*

Mercatores Bosnenses, ob ecclesiam Belgradiensem litem agunt acerbissimam adversus mercatores Ragusinos. *Vol. 57, fol. 23.*

1630. Viennae inter mensem Januarium et Aprilem (vol. 72, fol. 1) moritur frater Albertus Rengjić, episcopus Semendriensis, destinatus visitator apostolicus apud Valachos. *Vol. 148, fol. 294,*

Die 15. Aprilis Romae a Cardinalibus s. congregationis de fide propaganda fratris Pauli Papić, Bačiensis parochi, laudatur zelus et solicitudo circa procurandam animarum salutem. *Vol. 75, fol. 249, 251.*

Frater Dominicus „Andreassi", episcopus Stephanensis et fr. Bartholomaeus Kačić, episcopus Macariensis, conveniunt, ut catholici in orientali parte fluvii Neretva habitantes deinceps ad Stephanensem (Narronensem), alii vero in occidentali plaga eiusdem fluvii ad Macariensem pertineant dioecesim. *Vol. 148, fol. 216.*

Abbasa, ferocissimus gubernator Bosnae, catholicos crudelissime persequitur; guardianus in Dolnji Soli a Turcis occiditur, multi fratrum incarcerantur. (Vol. 148, fol. 325.) P. Matheus a Jajce et P. Gabriel a Poljana ab obviis Turcis baculis saevissime caesi, perimuntur. *Vol. 148, fol. 323.*

A. 1630. . . . . Religiosi de provincia Bosnae Argentinae . . . . anno 1630. . . . veste saeculari induti in Transilvaniam appulerunt numero quatuor: Stephanus de Salinis, Stephanus aliis Seraphinus a Lopara, Marianus a Sarajo, et Elias; verum postremi duo . . . vix salutata provincia ad suos rediverunt. . . . Die inaugurationis [Georgii Rakoczy] religiosi ex Argentina Bosna, hospites praedicti Stephanus a Salinis et Stephanus a Lopara, lege Transilvaniae provinciam intrare prohibiti, ut in regno praexstitisse palam comprobarent, pro saecularibus vestibus religiosas sumpserunt, et se in publico stiterunt, toleratique deinceps ali ienigeni fratres liberius etiam per titulum confirmati nuper Csikiensis monasterii spiritualem operam regnicolis locarunt. . . . Pater Stephanus in id animum intendit, ut pro depasta vinea domini a sacra congregatione missionariam exoraret

Digitized by Google

facultatem, qua brevi impetrata, per provinciam, licet non absque metu, religiosus tamen inter furentes haereticos incedebat, operamque in sacris, magnatibus praecipue, cum linguam patriae [adhuc] non novisset, addicebat. *Chronic. Losteiner.*

A. 1631. Die 25 Aprilis Požegae, P. Marcus, servis Bašae Kanisiensis non valens illico agnellum assandum procurare, 713 ictus baculorum sustinere cogitur. *Vol. 73. fol. 163.*

Die 24 Junii in capitulo provinciae in ministrum eligitur pater Martinus „Barguglianin", cuius cognati fere omnes Mohametanam fidem amplexi erant. (Vol. 73. fol. 163). In tota provincia hoc anno erant fratres numero 350. *Vol. 391. fol. 149.*

Joannes Tomcus Mrnavić confirmatur episcopus Bosnensis, eodem vero tempore administratio Bosnae committitur fr. Thomae episcopo Scardonensi. *Vol. 310. fol. 322.*

A. 1632. Princeps Georgius Rakoczy sub dato diei 10. Junii Albae Juliae fratribus Bosnensibus, qui ut missionarii apostolici in Transilvania laborabant, litteras protectionales concedit. *Chronic. Losteiner*

A. 1633. Fr. Andreas a Jajce, olim officialis in aula imperiali Viennae et ottomana Constantinopoli, Bononiae edit quaedam opera, a se conscripta. *Vol. 75. fol. 286—290.*

Dum Fojnicae extraordinaria provinciae congregatio praeside episcopo Macariensi haberetur, frater Thomas Ivković, episcopus Scardonensis et administrator Bosnae, die 17-a Junii in loco „Lucna", qui a Fojnica itinere duorum dierum distat, piissime moritur.[1] Duo patres definitores et quatuor sacerdotes, cum defuncti corpus ad ecclesiam Jajcensem portaretur, a Turcis capti incarcerantur et nonnisi numeratis 160 scutis libertati restituuntur. *Vol. 75. fol. 245.*

Fr. Hieronymus „Lucich" etiam „Bozoslavich" (Vol. 385. fol 610) dictus, a populo et fratribus in Olovo congregatis pro episcopo Scardonae commendatur (Vol. 75. fol. 243.) Nonnulli tamen contradicebant ideo, quod eius fratres germani: Behrem, Alia et Pervan, cum suis, Muhamedanismum amplexi fuerint. (Vol 152. fol. 350). Is initio huius saeculi plurimum pro fide catholica operabatur in Slavonia, ubi et antiquum conventum Našicensem, a patribus provinciae s. Mariae, ad quam pertinebat, (P. Eugenii Kossa Antiquarium Prov. Marianae Mss. Part. III. pag. 453.) circa annum 1532 derelictum (conf. Književnik III. God. p. 513) pro fratribus Bosnensibus occupavit et restauravit. *Vol. 75. fol. 288*

P. Georgius Pranić, dictus „Paleologus", commendatur pro episcopo Belgradiensi vel Budensi. *Vol. 75. fol. 419.*

Hoc anno imago s. Antonii Pad. in ecclesia Našicensi adcursu populorum frequentissimo depingitur. *Pavišević: Recensio Ms. conventuum provinciae Capistranae.*

---

[1] Otac Nikola Lašvanin bilježi u svom ljetopisu, da je biskup Ivković umro u Jajcu god. 1634.

Digitized by Google

A. 1634. Catholici locorum: Iloch, Gliuba, Sot, Barkasovo, Bacinczi, Seleus, Kalotinczi, „Gibara, Higge, Lasz", tres viros Romam mittunt, qui a sua Sanctitate peterent fratres minores Bosnenses pro cura animarum. *Vol. 152. fol. 393.*

Die 20. Junii in capitulo provinciali, praeside P. Philippo a Kamengrad, commissario provinciae, in ministrum eligitur P. Nicolaus Brajković. *Vol. 152. fol. 354.*

Administratio Bosnensis episcopatus committitur fr. Hieronymo Lucić, episcopo Drivastensi. *Vol. 310. fol. 322.*

A. 1635. Patres Bosnenses Stephanus a Salinis et Stephanus a Lopara anno 1635 tumultus aulicos iam deseruerant et ad parochialem siculicalis sedis Maros ecclesiam in Köszvényes dictam, alias pastoris solatio destitutam, ambo convenerunt et consequenter opera imprimis religiosi pro tunc laici conversi, provinciae s. Mariae alumni, Casimiri Domokos . . . in tantum sibi demeruerunt, ut locum mansionis in vicino pago Mikháza beneficio praecipui viri Michaelis Tholdalaghi et consortis eius Elisabethae Mihálcz obtinuerint, ecclesiamque et cellulas e lignis aedificare coeperint. Ceterum religiosi isti in dioecesi, cuius antistes exul erat, ut liberius et fructuosius sacramenta ministrarent . . . alter eorum P. Stephanus a Lopara ad romanam curiam venit . . . [et 1636.] obtinuit facultates . . . missionis apostolicae . . . *Chronic. Losteiner.*

A. 1635. Cyrillus, patriarcha Constantinopolitanus, et vezirius Budensis, ferocem movent in catholicos et franciscanos persecutionem. Gubernator Bosnae decernit: conventum Fojnicensem igne delendum, fratres perimendos. (Vol. 152. fol. 302.) Fratres Fojnicenses tamen 4000, Našicenses vero 2800 scutis numeratis mortem evadunt; multi fratrum in vinculis gemunt. (Vol. 152. fol. 356.) Multi ex fratribus censuerunt: Joannem Tomcum Mrnavić, nominatum episcopum Bosnensem, in Bosnam vocandum. (Vol. 152. fol. 320.) P. Nicol. Brajković, minister provincialis Bosnae, post habitam 12-a Martii congregationem Romam concessit cum proposito non revertendi amplius ob persecutiones et difficultates (Vol. 152. fol. 363.), qui tamen, agentibus in primis mercatoribus Sarajevensibus, mense Julio in Bosnam rediit. *Vol. 152. fol. 331.*

Fr. Elias „Bulich de Darnissa", clericus provinciae Bosnensis, edidit libellum inscriptum „Privilegia provinciae Bosnae Argentinae . . . Anconae apud Marcum Slavioni 1635 " in forma 12. folia habentem 8, quem dedicavit „Patri ac Praeclarissimo viro Andreae Tomanovich Camengradensi . . . olim Ministro dignissimo . . .".

A. 1636. P. Philippus a Kamengrad, qui nuper Budae parochum agebat, mittitur visitatum ecclesias ad lacum „Balatinum" sitas. *Vol. 79. fol. 174.*

A. 1637.[1] Tempore [P. Nicolai Brajković] casus Foiniczae contigit pessimus, talis quidem, ut Turcae et conventum solo aequare et fratres perimere intenderint [an. 1635]. Casus autem iste fa-

[1] I Chronic. Velikanović meće taj slučaj u god. 1635. ali krivo.

*

Digitized by Google

talis ita contigit: P. Marianus Maravich, conventus Sutiscensis guardianus, cum summa cuidam Sinanovich, turcae potentissimo, imperatoris Turcorum intimo, et magnae apud omnes aestimationis viro coniungeretur necessitudine, a provincia et discretorii Foinicensis patribus rogatus, ut rem cum turcis interventu sui patroni in bonum coenobii ageret, se velle reposuit, si in futuro mox capitulo provinciale sibi munus deferetur; patres etsi minus iustae petitioni acquiescunt, et fidem datam maiori provinciae sigillo munitam petenti exhibent; sed rebus cum Turcis compositis et conventu a maioribus eliberato expensis, patribus capituli, sibi illudere volentibus, maxime illudit cum eorum periculo. Amicum quippe suum accedit pristinum, eique provinciae patrum fidei iussionem porrigit. Sinanovich visa fidei iussione et audita P. Mariani interpellatione, suum ad locum capituli, quod tunc Cressevii celebrabatur, ministrum delegit; minister Cressevium cum cohorte advolat, tentoria ad coenobium erigit et dira atque extrema minatur patribus, ni patrem Maravich provincialem iubeant. Quare necessitate constricti etiam nolentes promissum servant, et ut petebatur, ad electionem procedunt . . . *I. Chronic. Velikanović.*

Praefatum capitulum primo dimidio mensis Augusti an. 1637. habitum fuit (Vol. 157. fol. 251.), praesidente P. Nicolao Kuljenović (Vol. 157. fol. 219.), et electus in eo minister provincialis P. Marianus Marović totum definitorium deinceps in gubernio habuit sibi adversum. *Vol. 157. fol. 193.*

A. 1637. P. Georgius „Bielavich" nominatur episcopus Tininiensis. *Vol. 79. fol. 157.*

Die 1-a Aprilis (Viennae vel Tyrnaviae?) moritur Joannes Tomcus Mrnavić, episcopus Bosnensis, qui tamen ante mortem episcopatum Bosnensem resignavit in favorem Fr. Thomae „Marhnavich" (Vol. 79. fol. 361.) nepotis sui. *Vol. 160. fol. 332.*

Die 26-a Junii Fr. Thomas „Marhnavich . . . biskup obrani od Smedereva . . ." et administrator Bosnae cedit parochias „Carascevo" et „Morovich" conventui s. Mariae in Srebernica. *Vol. 157. fol. 259.*

A 1638. P. Hieronymus Lucić, episcopus Drivastensis et interim administrator Bosnensis, rogat a sacra congregatione fr. Johannem „Mihailovich" a Požega, nepotem suum (Vol. 157. fol. 251.) et actu vicarium generalem, sibi in „*suffraganeum*" dari. *Vol. 157. fol. 241.*

Quidam saecularis lucri causa falsificavit litteras bullarum apostolicarum, nec non sigillum episcopale et provincialis ordinis minorum de obs. in Bosna, qui usque ad mortis articulum celavit scelus suum, ab aliquot annis, quo confesso et conditionaliter absoluto, convaluit et hoc anno a summo pontifice absolvi humiliter postulat. *Vol. 157. fol. 194.*

A. 1639. Hoc anno in provincia Bosnensi erant conventus 17, hospitia 100, fratres vero universim 412. *Ex Actis capituli gener. Tabularium Ordinis.*

Digitized by Google

A. 1640. Hoc anno, altero dimidio mensis Junii, in capitulo provinciae in ministrum eligitur P. Martinus „Barguglanin“. *Vol. 124. fol. 39. et 133.*

P. Bartholomaeus Kačić, episcopus Makariensis, instat apud s. sedem, ut fr. Petrus Kačić sibi in coadiutorem detur. *Vol. 127. fol. 178. et vol. 124. fol. 132.*

P. Elias a „Rodgna“ (Radna), qui a Turcis multa pro Christo passus, saepiusque baculis dire caesus fuerat, in Italiam concessit. *Vol. 124. fol. 89.*

P. Joannes Dežmanić a Darniš ut missionarius mittitur Karašovam, ubi sequentibus annis et in primis Lipae plurima bona in incrementum fidei catholicae operatus est. *Vol. 85. fol. 396.*

Hoc anno florebat gymnasium conventus Velicensis in Slavonia, magistro P. Joanne Mihailović a Požega, viro erudito, pio, et rerum agendarum dexteritate claro, qui dein ad sedem Prizrenensem postulatus fuit; alumni erant 40. Eodem anno in ecclesia s. Augustini Velicensi erutus fuit lapis cum inscriptione fere deleta, in qua nonnulli arguebant dictam ecclesiam ante 600 annos exstructam fuisse. *Vol. 124. fol. 43.*[1]

A. 1641. Die 6 Decembris fr. Joannes Baptista Doaria, ord. s. Franc. observ., Italus ex dioecesi Cremonensi, praeconisatur episcopus Semendriensis.[2] *Cod. mss. XXXVI. 22. Biblioth. Barberini. Romae.*

A. 1642. P. Andreas Stipančić ab Omiš, non obstantibus impedimentis et diris persecutionibus, Radnae, in suburbio Lipensi, ad dextram Marusii ripam, aedificat ecclesiam Ascensionis Domini. *Vol. 87. fol. 187.*

A. 1643. In monasterio Sutjescensi die 15. Januarii. (Vol. 87. fol. 188.) piissime moritur P. Hieronymus Lučić, episcopus Drivastensis et aliquando administrator episcopatus Bosnensis. Is natus 1575, post studia in Italia absoluta circa annum 1601 in patriam rediens, in primis in Našicensi et vicinis partibus indefesse et magno cum fidei incremento laborabat. (Vol. 179.) Guardiani, definitoris provinciae. (Vol. 385. fol. 610), item commissarii provinciae, et vicarii generalis munere tempore episcoporum Baličević et fr. Alberti Rengjić preclare fungebatur; vir scientia, pietate et religionis zelo clarissimus. *(Vol. 118. fol. 339. et Historia domus Požeganae fratrum Minorum, ubi agit de Conv. Sutjescensi.*

Petrus Sabatinus Jadrensis, parochus Niemcensis in Sirmio, et episcopi Semendriensis, qui absens erat, vicarius generalis, franciscanorum parochias in *Laz* et *Vukovar* violenter occupat. *Vol. 179.*

[1] Velička crkva stara bila je u gotičkom slogu sazidana, kano što je još i sada opaziti na ostancih i na vratih, koja vode iz sakrištije u svetište; a vjerojatno je, da je zidana u drugoj polovici 15 stoleća.

[2] Ali nikad nije u svoju biskupiju zavirio.

Digitized by Google

P. Marcus Bandulavić Bosnensis nominatur archiepiscopus Marcianopolitanus (Preslav) in Bulgaria eo addito, ut resideat Silistriae. *Vol. 87. fol. 188. Vol. 127. fol. 412.*

Mense Junio vel primo dimidio Julii in capitulo Bosnensi, praeside P. Marino Imbrišinović a Požega, P. Franciscus Lipanović eligitur minister provincialis Bosnae. *Vol. 179.*

P. Johannes Mihailović a Požega, electus Prizrenensis episcopus, in itinere Romam versus disparuit, nec amplius quidquam de illo, facta etiam sedula indagatione, certo resciri potuit. *Vol. 179.*

Mense Maii P. Jacobus Bon-Carpi, Italus, Ord. s. Francisci conventualium, olim per plures annos parochus loci Seghoras in Germania (Vol. 80. fol. 46), episcopus Nimeriae et administrator Semendriensis, venit Belgradum ad suam residentiam. *Vol. 87. fol. 267.*

A. 1644. Alaybeg Sirmiensis insidiatur vitae episcopi Nimeriae, qui eapropter aufugit Ragusium, et inde Viennam, ubi anno 1646 episcopatui resignavit. *Vol. 94. fol. 17.*

12. Augusti in pago Szent Maria, dum pestiferis inserviret, mortem oppetiit P. Philippus a Kamengrad, olim commissarius provinciae Bosnensis, qui plurimos a daemone obsessos liberasse traditur. *Necrologium conventus Beckoviensis provinciae Salvatorianae.*

Mense Decembri, Velicae in Slavonia pie in Domino obiit P. Thomas Mrnavić, episcopus Bosnensis. *Vol. 90. fol. 295.*

A. 1645. Pontifex P. Marcum Bandin, anhiepiscopum Marcianopolitanum et administratorem Bakoviensem, principi Moldaviae Basilio commendat..... praelaudatus Marcus Bandinus Scopia ortus ac subinde regulam s. P. Francisci in provincia Bosnae Argentinae professus, scripsit Moldavicae missionis suae *Itinerarium,* ab alma provincia [Transilvaniensi] in originalibus haereditatum. *Chronic Losteiner.*

A. 1646. P. Stephanus ab Imotta exdefinitor, P. Georgius guardianus Živogostae, P. Joannes a Poljica, guardianus Macarscensis, P. Paulus Kačić, guardianus Zaostrogensis, P. Georgius Kačić, pater provinciae, P. Thadaeus Vukasić excustos, P. Nicolaus Rusić, nomine 120 fratrum Hercegovinensium rogant auctoritate s. sedis apostolicae a fratribus Bosnensibus separari, prout et olim saepius petebatur. *Vol. 172. fol. 325.*

Commissarius provinciae hoc anno fuit: P. Lazarus a Fojnica. *Vol. 172. fol. 396.*

A. 1647... Primam in Transilvania.. sub praesidio admodum reverendi P. Gabrielis Thomasii.. fuisse in Csik die 19 Martii anno 1647 celebratam fratrum synodum, colligo ex originalibus litteris obedientiae, quibus.. recens electus fr. Marianus Saraënsis ... patrem Casimirum Domokos.. confirmat guardianum conventus s. Francisci Albae Ecclesiae [Carolinae].

Eodem anno P. Stephanus a Salinis vicarius generalis [episcopi Transilvaniae] et archidiaconus nominatur a principe sub dato Albae Juliae 20 Aprilis. Ut cunque autem vi a principe saeculari et quidem

Digitized by Google

heterodoxo sit nominatus vicarius generalis, munus susceptum naviter gessit; obibat provinciam, de vita et moribus cognoscebat, et ut mala curaret, leniora prius adhibuit remedia, in improbos mores gravius dein animadvertit, et hinc odia incurrit curionum, qui ut censoriae auctoritati sui vicarii modum ponerent rem ad principem . . . detulerunt . . cuius favore insanae deliciae protegerentur atque fides etiam, quod in curionibus Siculicalis sedis Sepsi tristis experientia probavit, periclitaretur . . . princeps Salinum per epistolam graviter admonuit, ut . . auctoritate moderate uteretur. Ad quae Salinus principi facti sui rationem exposuit se in administranda sacra republica ad decreta conciliorum egisse, neque modum in his excessisse . . . . Dein Salinus mortuis parochis saecularibus viros sui ordinis administrandis parochiis praeposuit, qui populum verbo et vitae castigatioris exemplo informarent et liberioris temporis infamiam levarent. *Chronic. Losteiner.*

A. 1648. P. Georgius „Veich" ab Olovo, ordinis minorum prov. Bosnensis, a Georgio Lippay, archiepiscopo Strigoniensi, sede Colocensi vacante, designatur, qui in vasta Danubii ora oppressam sub iugo turcico religionem sustentaret. *Historia conventus Kremnicensis MSS. pag. 43.*

Dira in catholicos et fratres Bosnenses a Turcis movetur persecutio; conventus omnes, excepto Olovo, depraedantur et partim diruuntur; episcopus Maravić ad lacum Balaton, seniores provinciae patres ad partes Požeganas aufugiunt. *Vol. 178.*

A. 1649. In conventu Csikiensi die 15. Martii . . . fuit congregatio, in qua [electus fuit] Gvardianus Mikházensis P. Stephanus a Lopara fr. Marianus Sarai definitor, fr. Stephanus de Salinis definitor.

P. Stephanus a Salinis [vicarius generalis] imperio principis fratres suos e parochiis ad claustra revocavit, afflictis [vero] ecclesiae rebus consulturus et melioris cleri defectus suppleturus peculiares viros probos et disciplinatos, quos *licentiatos* dixit, instituit, qui populum fidelem ad Deum salubrius ducerent. Haec eius ordinatio etiam in publicis comitiis Albae Juliae ann. 1649. 23. Januarii rati habita est. *Chronic. Losteiner.*

A. 1650. Admodum reverendus pater Thomas Juracich de Zaesda prope Sutiscam commissarius, eligit adm. rev. patrem Matthaeum Benlich de Bagnaluca in ministrum provincialem. *I. Chronic. Velikanović.*

Princeps Transilvaniae decreto die 22. Februarii huius anni edito iubet, ut P. Stephanus de Salinis, generalis vicarius Transilvaniae, causas matrimoniales catholicorum cognoscat, et partes pro munere suo componat. *Chronic. Losteiner.*

A. 1650. Mense Februario Velicae in Slavonia moritur P. Marinus Imbrišinović a Požega, episcopus Belgradensis et aliorum episcopatuum Hungariae et Slavoniae sub turcico dominio existentium zelosus administrator. (Vol. *218. fol. 295.* et Vol. *310. fol. 30.)* Se-

Digitized by Google

pultus quiescit in ecclesia s. Augustini. *P. Nicolai a Lašva Chronicon MSS.*

Die 15. Junii P. Mathaeus Benlić, minister provincialis, rogat sacram congregationem de fide propaganda, ut filium provinciae Bosnensis pro episcopatu Belgradensi proponere non dedignetur. *Vol. 218. fol. 162.*

A. 1651. Loco P. Mathaei Benlić, electi episcopi Belgradensis, in vicarium provincialem eligitur P. Andreas a Jajce.

Die 25. Junii in ecclesia s. Mariae in Olovo per episcopum P. Marianum Maravić. P. Mathaeus Benlić consecratur, assistentibus P. Paulo Posilović, episcopo Scardonen. et praefato P. Andrea a Jajce, vicario provinciali. Vol. 218. fol. 263, et Vol. *Relazioni.*

Reverendissimus pater Petrus Manero, minister generalis totius ordinis minorum, olim concessam provinciae Bosnensi facultatem. suos clericos Romam et ad alios Italiae conventus mittendi, renovat. *Vol. 305. fol. 53.*

A. 1652. Incertum qua die obiit P. Stephanus a Salinis . . . . P. Adalbertus Ujfalvi aetate coaevus laudes eius sequentibus in suis manuscriptis memorat: R. P. Stephanus a Salinis fuit primus custos conventuum Csik es Mikháza, qui etiam fuit vicarius generalis catholicorum in Transilvania, natione Bosnensis, per interpretem tamen concionabatur, tandem etiam per se, sed hungaricam linguam non poterat bene exprimere, qui litteratos homines conabatur *licenciatos* facere, ut populus audiret verbum Dei ob penuriam sacerdotum. Hic Pater . . . gratus et acceptus erat apud dominos et plebem, imo etiam apud principem regni, ita ut eum ad mensam adhiberet, erat enim exemplaris et bonae vitae; verbo: Religiosus devotus, et prudenter gubernabat visitabatque tam monasteria quam parochias, qui multum in ecclesia et religione laboravit . . . . . Hic in via vocatus ad domum Francisci Bethlen, filius cum in periculo mortis esset et mater ploraret, dixit ei: noli flere, sanabitur; flexit, oravit, [filius] coepit melius valere et convaluit. Hic Pater cuidam nobili saeculari sapienti dixit: melius esset, ut animae provideres, tu enim ante annum morieris. Hic [saecularis] erat sanus, dicebant[que] ei, non credat; et cum iam prope esset annus, non credebat, tamen tristis erat [et] mortuus est ante annum.

Hic principi Rakoczy seniori in venatione laeso anno 1647. dixisse fertur: non sanaberis sed morieris. Hic reverendus pater multarum virtutum obiit in conventu Mikháza et sepultus est ibidem in crypta ante maius altare, quam ipse curaverat et primus intravit. Ita scribit de illo et P. Michael Balasffi ordinis minorum in suis manuscriptis. *Chronic. Losteiner.*

A. 1652.[1] P. Andreas de Jajce, commissarius provincialis, [in capitulo Sutjeskae habito] creat admodum reverendum patrem Phi-

[1] U izvorniku krivo je ubilježena godina 1653 na mjesto god. 1652.

Digitized by Google

lippum Tarnovicsanin ministrum provincialem. *I. Chronic. Velikanović.*

Definitorium praedicti Ministri Provincialis componebant: Fr. Franciscus Banić custos, fr. Mathaeus Vučković definitor, fr. Gregorius Vojković definitor, fr. Stephanus Djakovlia definitor, fr. Georgius Vuić definitor [fors idem qui an. 1648. scribitur Veić] definitor, fr. Joannes a Kamengrad secretarius provinciae; Fojnicensis guardianus: fr. Franciscus Dobretić. *P. Nicolai a Lašva Chronicon. Bosnense. MSS.*

A. 1653. Andreas Brnjaković, vir nobilis Olovensis, filius Bernardi et Mariae, de patria Bosnensi optime meritus et fidei catholicae defensor intrepidus, ab episcopo Bosnensi Maravić Imperatori Romano et aliis principibus impense commendatur. *Codex Ottobonian. MSS. 927. fol. 46.*

A. 1654. Episcopus Benlić, dum visitaret suam dioecesim. a Turcis captus in carceres coniicitur, et nonnisi solutis 400 scutis eliberatur. *Vol. 310. fol 76.*

A. 1655.[1] P. Philippus Trnovčanin ad finem vergente sui ministeriatus officio omnes pro celebrando Velicae capitulo praeparavit impensas; sed neque vocales Velicam venire volebant, neque gubernium Turcicum facultatem illud celebrandi dedit . . . .

Tempore capituli, quod Sutiscae habitum fuit, tres viri nobiles a Musselim cum mandatis, ut patres congregati patrem Libanović eligerent, accedunt. Turbantur ad hoc haud leviter patres, sed capto consilio, dum 200 aureos enumerant et vexam gravissimam solvunt, capitulum suo modo pacifice servant. *I. Chronic. Velikanović.*

Hoc anno in provincia Bosnensi erant fratres numero 300. — Conventus in Olovo pro tuendo ecclesiae decore, tutanda episcopi et catholicorum libertate 600 scuta solvere cogitur. — Ab initio episcopatus Fr. Mariani Maravić usque ad praesentem annum 2000 familiarum e regno Bosnae in Hungariam transmigrarunt. Vol. inscriptum *Relationi.*

In capitulo praefato minister provincialis elegitur fr. Georgius a Salinis, custos fr. Petrus a Požega; definitores vero: fr. Joannes a Brod, fr. Nicolaus . . . . . a Banjaluka, fr. Stephanus Glumčić. fr. Petrus Guganović, Fr. Franciscus Ogramić; Fojnicensis guardianus fr. Joannes a Kamengrad. *P. Nicolai a Lašva Chronicon Bosnense MSS.*

A. 1657 [2] Admodum reverendus pater Georgius Dungerović de Salinis, minister provincialis in secunda congregatione Modricae habita, stante eo tum penes provinciam ex indulto capituli generalis iure, patrem Joannem Dragnimlia provinciae commisarium

[1] Ovaj kapitul bje držan god. 1655, kako se razabira iz jednog lista biskupa Benlića (Vol. 218. fol. 18); ljetopisac je krivo ubilježio godinu 1653.

[2] Ljetopis piše god. 1656 mjesto god. 1657.

Digitized by Google

nominat, duobus actualibus provinciae definitoribus eidem contradicentibus, patribus nempe Stephano Glumčić et Nicolao Ačžić, qui perditis oleo et opera definitorio sponte se subii iunt. *I. Chronic. Velikanović.*

A. 1658. Commissarius interea fungitur officio, verum tamen cum Fojniczam venisset, a patre Nicolao mox dicto definitore, ostio in faciem clauso, ingredi prohibetur Pater tamen Joannes de Kamengrad et portam eidem aperuit, et illum cum tota familia solemniter excepit. Peracta visitatione canonica capitulum Gradovarini convocat, in quo [15. Septembris][1] terminato (P. Franciscus Ogramić) provincialis creatus est.

Tempore vero capituli conventus Sutiscensis cum eclesia, archivio provinciae et nobilissimis memoriis, totus igne consumptus, interiit. *I. Chronic. Velikanović.*

Praefati ministri provincialis definitorium constituebant: custos fr. Joannes a Kamengrad; fr. Andreas Zovičaniu definitor, fr. Stephanus Gradiščanin, fr. Petrus Raduljevčanin, fr Martinus Brogjanin, fr. Josephus Vitanović. Secretarius Provinciae fr. Hieronymus Varedoljanin; Gvardianus Fojnicensis fr. Franciscus Miletić. *P. Nicolai a Lašva Chronic. Bosnense MSS.*

Hoc anno adhuc vigebat liturgia slavica apud Bosnenses et quidem ita, ut principales partes missae primum latine et dein slavice recitarentur; partes principales considerabantur: Gloria in excelsis, Epistola, Evangelium, Passio, Credo, Pater Noster. *Vol. 305. fol. 60.*

Patres familiae Olovensis, videlicet: Philippus Trnovčanin exminister, Stephanus Glumić definitor act. Nicolaus a Banjaluka def. provinciae, Georgius ab Olovo gvardianus in Olovo, Georgius a Seočanica guard . . . Elias a „Turbiciho", Antonius a Sutiska, Vincentius Mendunić guardianus Ramensis etc. instant apud s. Congregationem, ut parochias: Laz. Nimci et Babska, conventui Olovensi vi ereptas, restitui faciat. *Vol. 305. fvl. 91.*

A. 1659. Sacra congregatio de fide propaganda ordinat, ut fr. Matthaes Benlić, episcopus Belgradensis, et episcopatuum in Hungaria atque Slavonia sub dominio turcico existentium administrator, possit apud fratres minores Velicae vel vero Szegedini residere. *Vol. 310. fol. 87.*

A. 1660. Patri Bernardino, Bosnensi dicto, conventus s. Nicolai in Visoki guardiano, quum tempore belli suppellectilia ecclesae ab inimicis Turcis defenderet, Turca manum dextram gladio abscidit. Is proin sic mutilatus rogat in conventum Venetiarum recipi, ubi confessarium mercatorum Bosnensium ageret. *Vol. 305. fol. 100.*

---

[1] Tako piše o. Mato iz Dervente, gvardijan Srebrnički, dne 1. ožujka god. 1661 da je i sam došao na kapitulum: veni ad capitulum provinciale . . . . . celebratum anno 1658. 15. Septembris. (Vol. 305. fol. 149.)

Digitized by Google

A. 1660. Die 14. Septembris in conventu Olovo piam mortem obiit P. Fr. Marianus Maravić, episcopus Bosnensis, qui et die 15. ibidem sepultus est. *Vol. 305. fol. 133.*

A.1661. Provincialis et fratres Bosnenses rogant summum pontificem, ut praecipiat ministro provinciali provinciae Dalmatiae, ne audeat illa quatuor hospitia Dalmatiae, olim a Bosnensibus erecta, occupare, cum tempore novissimi belli quatuor monasteria in Bosna sint combusta et fratrum plurimi occisi. (Vol. 305. fol. 141); item prohibeat, ne christiani catholicos, qui Turcis subiecti sunt, vi capere, abigere et tamquam sclavos tractare et vendere audeant (Vol. 305. fol. 208); item, ut fr. Mathaeus Benlić, ab imperatore et rege nominatus episcopus Bosnensis, confirmetur. *Vol. 305. fol. 174.*

Civitas Smederevo hoc anno incendio deletur. *Vol. 305. fol. 455.*

A. 1661. Admodum reverendus pater Franciscus Ogramić de Požega, minister provincialis, Velicae cum omnibus expensis parabat capitulum (anno 1661. celebrandum); sed postquam patrem Georgium a Quinqueecclesiis pro obtinenda facultate, sine qua congressus huius modi celebrari non potuit, ad Bassam Temesvariensem, Seida nomine, qui autoritate eandem tribuendi pollebat, destinasset, nobilis quidam Turca Bosnensis Čakalović, dicti Bassae cancellarius maior, in tantum impediri fecit exinde, quod capitula fratrum extra Bosniam in partibus Slavoniae aut alibi celebrari nunquam consveverint; suspicantur plerique, patres franciscanos transavanos [Bosnenses] per hunc cancellarium capituli Velicae celebrandi suspensionem procurasse. Et id quidem merito, commotum enim erat Turcas inter et Croatas bellum, cum quibus Nicolaus Zrinsky strenue pugnabat. Suspecti proinde patres Bosnenses potuissent esse et plura a Turcis incommoda perpeti. Animadvertens igitur P. Provincialis intentum suum undique impediri, supradictum P. Georgium a Quinque ecclesiis Romam pro obtinendo Brevi, vi cuius electio totius definitorii sequatur, determinat, et post eundem P. Anicium [Ančić] de Dulmo multorum librorum auctorem mittit. Agebat vero tunc temporis Romae P. Marianus Lisnić pro episcopatu Macariensi et eidem adiunctus socius P. Gregorius Kovačević, ambo Imotenses, qui horum provinciae procuratorum designationem impediunt. Illi vero ad propagandam recurrendo praesidem capituli Bosnensis P. Seraphinum de Bulgaria, commissarium apostolicum accipiunt, cui a P. Mariano Lisnić P. Franciscus Miletić a Banjaluka plurimum commendatus erat, tanquam vir inter omnes Bosnenses zelo, religiositate et scientia plenus. *I. Chronic Velikanović.*

A. 1662. Pater itaque Seraphinus, commissarius apostolicus, primum Seralium venit, fratrem Joannem a Derventa, loci parochum, pro secretario assumit, recta Fojnicam progreditur et patres vocales ad capitulum citat. Omnes quidem ad eius mandatum comparent, sed maxime inter eos circa novi provincialis electionem lites exoriuntur et dissensiones. Commissarius cum patribus Bosnensibus pro Patre suprafato Miletić, transsavani (Slavonitae) cum provinciali et patribus Salinarum Inferiorum et Superiorum pro Patre Joanne de

Digitized by Google

Darniš acriter decertant. Et postquam uniri nequivissent Transsavani cum Salinarum patribus . . . in commissarium, caeterosque Bosnenses patres varia improperia convitia atque minas mirum in modum spumantes e congressu capitulari exierunt. *I. Chronic. Velikanović.*

A. 1662. Commissarius P. Seraphinus reliquis vocalibus unitus sine provinciali capitulum celebrat 1662. die 14 Februarii [et eligit] provincialem adm. rev. patrem Franciscum Miletich, custodem patrem Georgium Sabich de Guber in campo Clevna seu Livno. Definitores: P. Philippum Runovich de Imota, P. Petrum Tuoglanin de Plumbo, P. Marcum Alkovich de Kreševo, P. Marcum Vasiljevčanin de Sutiska, P. Joannem de Derventa secretarium.

Gvardianos: Sutiscae P. Michaelem Brexann; Ramae P. Georgium Vojkovich; Foiniczae P. Franciscum Prudlia; Kreševii P. Petrum Dubocsanin; Vissokii P. Marcum Guberović; Plumbi P. Joannem Jerić; Argentinae P. Antonium Travisić; Gradovar Salinis P. Bernardinum Galias, quem Turca per crepaturam ianuae conventus gladio transfixit; Salinis inferioribus . . . ignoratur; S. Eliae Modricae P. Petrum Barglianin. Gvardianos Sibenicensem, Macharensem, Imotensem, Xivogostensem, Zaostrogensem, Velicensem, Nassicensem non reperii notatos.

Patres interea Transsavani [i. e. Slavoniae etc.] cum patre provinciali et supradictis Bosnensibus, obtenta a patre Sebastiano Neapolitano, olim commissario generali et ordinis patre atque discreto perpetuo, facultate, adunatis Velicae patribus capitulum celebrant et patrem Joannem de Darnis [ministrum provincialem] salutant. Sed cognita per congregationem de Propaganda supradicti commissarii generalis fraude, eundem sacra congregatio in propria cella unius anni spatio sequestrat. Pro transsavanis agebat generalis Sambuca, patris Sebastiani partes tuitus, et congregatio sacra Bosnensium acta defendebat et protegebat.

Trassavani duos Romam agentes expediunt, patrem videlicet Stephanum Radovanjčanin et patrem Georgium a Quinqueeclesiis, qui forti animo et sufficientibus rationibus Bosnensibus contradicebant, sed mandato sacrae congregationis carceri mancipantur. Intellecto hoc infelici suorum procuratorum casu alios duos, nempe patrem Josephum Vitanović et patrem Georgium Skontrić de Saraglio, Romam mox intrepidi mittunt transsavani. Hlorum [horum] duorum primus dilapidando res conventus Visokiensis tempore sui guardianatus terras inhypothecando et multa alia conventui debita causando ad patres transsavanos transiit.

Cum vero pro transsavanis in Propaganda agerent, pater Josephus Vitanovich haec verba haeretica protulit: „*potius omnes fidem negabimus, quam P. Francisci Miletić provinciali Bosnensium subditi vocabimur*“; quod in Propaganda valde notatum erat.

Hoc ipso tempore patres agentes transsavanorum patrem Marianum Lisgnich in curia nostra romana quaerebant, quod ratas vestiarii portiones e camera Neapolitana, quas Hispaniae rex pro singulis

Digitized by Google

annis in tanta pecuniae summa pia beneficentia erogabat, de sex annis fraudulenter usurpaverit.

Supradicti duo agentes inquisitionis causa iter Neapolim adsumunt, si furti arguendus esset pater Marianus Lisnić. Interea sacra congregatio de Propaganda episcopo Neapolitano mandat, ut tales religiosos carceribus tradat. Hinc primo episcopalibus, deinde conventus carceribus pater Josephus includitur, socio per fugam salvato.

Erat hoc etiam tempore Romae pater Michael Jelavić, pro episcopatu quoque Macharensi competens, qui patri Gregorio Skontrić, qui manus inimicorum Neapoli evaserat, scripsit, ut salutem in fuga quaereret, *quia quaereris ubique.* Hanc epistolam casu apertam P. Stephanus Gluntich, cum Anconae studens generalis esset, percepit, et P. Mariano Lisnić Romam transmisit, qua habita illum detentum Neapoli in carcere liberum dimitti curavit, seque ab imposturis egregie purgavit et provinciae rationem de repetitione dicti vestiarii optime reddidit.

Post haec sacra congregatio de Propaganda ad examinanda Bosnensium et commissarii [P. Seraphini] et provincialis Ogramić acta patrem Franciscum Soimirović [archi-]episcopum de Ocrida in partibus et patrem Vitalem de Ragusa delegavit, qui cum Anconam pervenissent, multa de provincia Bosnensi sinistre loquebantur, non ut iudices sed ut actores. Quae P. Stephanus Gluntić dissimulando, cuncta patri Mariano Lisnić perscripsit. Hic porro, ut primum haec intellexit, illorum *iter et opus impediri fecit.* Reversis itaque supradictis sacra congregatio omnem quam praedictis dederat commissionem cum plenitudine potestatis patri Michaeli Jelavich contulit, qui potestate munitus ad Bosniam iter direxit cum expresso sacrae congregationis mandato, ut P. Francisco Miletić sigilla restituantur.[1] *I. Chronic. Velikanović.*

A. 1663. Ad provinciam ingressus litteras a studente generali Romae patre Michaele Radnich, vulgo Usun, percipit, ex quibus mentem et firmam intentionem reverendissimi ministri intelligit, ut si patrem Joannem de Darnis stabilire in officio non valeret, acceptis ab utroque provinciali sigillis se ipsum provincialatus dignitate condecoraret. Sed ambitiosus et gubernandi avidus sine consideratione atque reflexione s. congregationis, cuius mandato delegabatur, tentare coepit. Et licet a P. Joanne de Darnis, transsavano provinciali, sigilla evulserit, a patre tamen Miletich, provinciali Bosnensium, nullo modo potuit. Interim habitis sigillis imperare, obedientiales formare litteras, religiosos commutare et similia praeter intentionem s. congregationis coepit. His quippe auditis sacra congregatio omnia eius in provincia facta una cum potestate illi tradita annihilavit; imo etiam definitoriatum, quem loco patris Petri Tuoglianin de Plumbo vita functi obtinuerat, privavit. Omnes pro-

[1] O. Jelavić počeo je svoju službu kao povjerenik obavljati god. 1663. (Vol. 305. fol. 376.)

Digitized by Google

fessos et ad religionem ab ipso Jelavich receptos pater provincialis Miletich revalidare debuit.

Vocatus tandem a sacra congregatione pater provincialis Miletich, ut in plurimis accusatus responderet, ratione et innocentia fultus, intrepide ad omnia argumenta reposuit, et fortioribus in adversarios retortis, victor tandem ad provinciam rediit. *I. Chronic. Velikanović.*

A. 1663. P. Joannes Ančić colligendis indulgentiarum decretis, quae in favorem Provinciae Bosnensis emanaverant, sedulo intentus, rogat sacram sedem, vellet alias adhuc ad decennium concedere sequentibus ecclesiis: a) S. Mariae Gratiarum oppidi de Plumbo. b) B. Mariae Virg. prope oppidum Plumbi in monte. c) Ecclesiae s. Eliae Proph. in villa Jelaschae. d) B. Mariae V. prope oppidum Morovich Sirmien. dioecesis. e) S. Margarithae Virginis et Martyris villae de „Luba" Sirmiensis dioecesis. f) S. Catharinae V. et M. villae de „Soth". *Vol. 305. fol. 252.*

Fratres Bosnenses, mortuo parocho in Babska, occupant illam parochiam, et in festo nativitatis B. M. Virg. sacras functiones ibidem peragunt. *Vol. 305. fol. 252.*

A. 1664. Tartari in Bačka, Sirmio et comitatu Baranja saeve grassantur, oppida Ilciz (Ilača) Babska, „Gliuba" depraedantur; multi catholicorum occiduntur, haud pauci in servitutem abiguntur. Sacra imago B. Mariae V. Babscensis in partes secatur, ecclesia vitiatur. *Vol. 305. fol. 455.*

Conventus Fojnicensis hoc anno die Jovis hebdomadae sanctae incendio deletur, qua occasione et bibliotheca antiquitatum dives interiit. *Ibid.*

A. 1666. Sub hoc provincialatu [P. Francisci Miletich] 1666. die Jovis, in caena Domini, hora meridiana, conventus s. Spiritus Foiniczae, cum secundo provinciae archivio seu memoriis ab origine provinciae Bosnensis et omnium rerum, regni etiam successibus, et a rege Bosniae occiso ibidem relictis, igne consumptus est totus. Extant quaedam adhuc a flamma ignis intacta fragmenta sed valde exigui momenti.

Sub eodem provincialatu quosdam provincia conventus, qui custodiam[1] eiusdem formabant, resecuit, et provinciae *Bulgariae* a tot saeculis subiectam anno adhuc 1644 sub provincialatu P. Petri Lippanovich reliquit, quo tempore in provinciam crevit.

Item sub eodem provinciali maxima persecutio, minae atque tentationes variae contra conventum Sutiscensem opera cuiusdam Turcae,

[1] Bugarska kano kustodija odciepi se od Bosne još god. 1622 . . . sub qua vicaria Bosnensi multae adhuc erant custodiae . . . quae sunt in Bulgaria, Valachia etc. . . separatae de anno 1622 (Ark. Vjeroplod. vol. 310. fol. 224). Ovo odieljenje od Bosne bi istom godine 1624 službeno potvrdjeno (Acta Bulg. Ecoles. p. 24). Provincia Bulgariae . . anno 1676 die 11. Junii a Clemente X in provinciam [erecta fuit] (P. Dominic. de Gubernatis Orbis Seraphicus tom. IV. p. 395.

Digitized by Google

Osman Uxigovich et in Ricsice Usem Kolakovich exortae, adeo, ut proximam conventus ruinam propter nimias expensas minarentur.

Die 10 Decembris admodum reverendus pater Georgius Sabich de Rama [eligitur minister] provincialis, commissario et capituli praeside patre Joanne de Camengrado; custos (fit) P. Stephanus Glumcsich de Dubocsacz, alii volunt, de Sutisca, ex eadem familia; definitores: P. Petrus de Dubicza e familia Cressevii, P. Nicolaus Ruxich e familia Vissovatii, P. Lucas Maruncsich de Possega, P. Antonius Travnik de Foinicza, P. Joannes Duhno de Derventa, e familia Sutiscensi.

Quinque electi fuere, ast commissarius generalis, audita quinque definitorum electione, illum, qui pauciora tulerat suffragia, excludi iussit. Hinc provincialis neoelectus, immediatus et commissarius, celatis electionis votis dicunt hunc miserum pauciora habuisse suffragia, quare etsi ii, qui ei sufragati sunt, testimonio perhiberent, istius vota aliorum votis plura fuisse, tamen definitoriali dignitate privatus remansit; sic fit, ubi conscientia fortiora pectora mala tenet.

Gvardiani: Imotae P. Philippus Runovich; Ramae P. Andreas de Sovichi; Foiniczae P. Joannes Rankovich de Maidan; Cressevii P. Martinus de Borovicza, sub hoc liberati sunt a supradictis Turcis, conventus extirpatoribus, fratres: Plumbi P. Michael Radnich, alias Uzum, factus contra totius familiae illius mentem. De credito invenit numeratae pecuniae octingentos aureos zechinos, turcice arslanias, sed spatio duorum annorum totum id, quod acceperat, consumpsit et conventum 345 aureis zechinis indebitavit.

Argentinae P. Stephanus Milics de Sutisca; Salinis P. Michael Imeonicsanin (?); Gradovarh P. Josephus Sibich; Modricse P. Mathaeus Vasich; Nassicis P. Marianus Resich de Captol; Vellicae P. Josephus de Brod.

Conventus maritimos hic non nominavit, qui ista notavit.

Hic provincialis anno sui officii primo morte praeventus occubuit, in cuius locum non vicarius sed provincialis sufficitur. *I. Chronic. Velikanović.*

A. 1667. 20 Augusti admodum rever. pater Thomas Juracsich, de Zajezda, e conventu Sutiscensi. Hic optime suum gubernium explevit, adeo ut a pluribus annis talis administratio provinciae facta non fuerit.

Tempore huius provincialis venerunt Turcae, Acsamogliani vocati, id est infantium catholicorum raptores, a suo imperatore expediti, et multos eorum cum maxima christianorum aerumna et lachrimis abstulerunt.

Eodem moderante provinciam Pacchjara schismaticorum sive patriarcha Pechyensis Constantinopoli cum imperatoris ordine venit ut omnes catholicos aut ritum graecum aut sectam Turcarum amplecti cogeret; multa proinde conventus Bosniae pro sui et catholicorum liberatione expendere debebant, et si diabolicus homo a nostris christianis cum universa cohorte sua una noctium Possegae occisi non fuissent, Deus novit, quae adhuc contigissent. *I. Chronic. Velikanović.*

Digitized by Google

Sacra Congregatio de fide propaganda ministro provinciali Bosnae et episcopo Belgradensi mandat, ne permitteret P. Joannem a Derventa, missionarium, capella Arad exturbari. *Vol. 310.*

A. 1668. Radnae in aedicula sacra coloratur imago B. Mariae V. deinceps miraculis clara. *Pavišević Recensio Conventuum provinc. Capistranae MSS.*

A. 1669. Sacra congregatio prohibet, ne iuvenes in conventu Velika, Slavoniae, ad novitiatum recipi et ad solemnia vota nuncupanda admitti possint, Vicario provinciali fratre Thoma Juračić. *Vol. 124. fol. 141.*

28 Augusti Sutiscae celebratum fuit capitulum, in quo factus est provincialis P. Gregorius Kovacsevich de Imota, commissario et capituli praeside P. Francisco Miletich; custos P. Andreas de Dubocsacz e conventu Sutiscensi.

Definitores: P. Joannes de Camengrado excustos, P. Gregorius Voicovich secundo, P. Georgius Dungerovich de Salinis exprovincialis, P. Paulus Kunich de Macharska. P. Franciscus Zlacsevich secretarius.

Gvardiani: Sibenici P. Franciscus Kovacsevich; Macharskae P. Franciscus Nimicsich; Xivogostae s. crucis P. Nicolaus Knezevich; Zaostrogii P. Andreas Jurisich; Imotae P. Joannes Runovich; Vissovatii adhuc non erat conventus, quia illa familia propter Turcas anno adhuc 1646 Sibenici cum omnibus coenobii rebus, inde nunquam repetendis, profuga erat.

Foiniczae P. Franciscus Prudlia; Cressevii P. Petrus de Dubicza, pater provinciae; Visokii P. Antonius Kesserovich de Saraglio; Sutiscae P. Josephus Bilopoglacz; Plumbi P. Joannes Jerich; Argentinae P. Petrus Pigliuxich de Sutisca; Gradovarh P. Joannes Catussich de Basinio; Salinis inferioribus P. Andreas de Brodio: Modriczae s. Eliae P. Petrus Oraovcsanin, pater eximius; Nassicis P. Andreas Jelacsich; Velicae P. Josephus de Velica.

Sub hoc provinciali celebratum fuit capitulum generale 1670 24 Maii Vallisoleti in Hispania, ad quod ex provincia ista prominister destinatus fuit P. Stephanus Milich de Sutisca cum custode actuali. [Hi] obtinent a capitulo generali, ut generalis vel eius commissarius cum alumnis provinciae commissarios visitatores eligat, cum antea auctoritatem definitorii patres cum provinciali commissarios denominandi haberent. Hoc porro privilegium in dicto capitulo generali moderatum fuit.

Ultimo huius provincialatus anno episcopus Bosnensis creatus est P. Nicolaus Ogramich de Possega, olim de Plumbo, qui ad secundam Modricsae habitam congregationem venit et a patribus petiit, ut sibi a parochis *agnus paschalis*, videlicet unus aureus, detur. Cuius petitioni contra alios admodum reverendi patres exprovinciales Franciscus Miletich et Georgius de Salinis consenserunt.

Sub eodem provinciali Turcae Candiam sive Cretae regnum magno cum totius Europae catholicae dolore subiugarunt. *I. Chronic. Velikanović.*

Digitized by Google

A. 1672. Die 28 Augusti capitulum Foiniczae celebratum fuit, in eo commissarius et praeses P. Petrus Guganovich de Imota provincialem fecit P. Antonium a Travnik de Foinicza; custodem P. Nicolaum Pessich de Macharska; definitores: P. Michael Brexanin de Sutisca; P. Georgius a Quinque ecclesiis de Vellica; P. Petrus Oravuglanin de Modricsa; P. Franciscus Zlacsevich. P. Petrus Vucovich de s. cruce secretarius.

Gvardiani [electi]: Sibenici P. Antonius de Sibenico; Macharskae P. Joannes Sarich de Vardo; Xivogostae P. Marianus Lerotich; Zaostrogii P. Petrus Thomassevich; Imotae P. Joannes Margnavacz; Foiniczae P. Joannes Garkovich; Ramae P. Antonius Huch; Cressevii P. Gregorius Dogancsich; Vissovatii P. Stephanus Turcsich; Sutiscae P. Andreas de Dnbocsacz; Plumbi P. Joannes Jerich secundo; Argentinae P. Andreas Sassanin de Argentina; Salinis P. Jacobus Suknovich; Gradovarh P. Augustinus de Varess; Modricsae P. Blasius Pejakovich; Nassicis P . . . Suknovich; Vellicae P. Lucas Ibrissimovich alias Shoko.

In hoc capitulo episcopus Bosnae P. Nicolaus de Plumbo discordias cum provincia suscitavit, totum definitorium cum patribus Gregorio de Imota et Andrea de Dubocsacz excommucationis iaculo percussit, quos tamen eius anathematis sagitta minime laesit. Missa namque a definitorio Romam ad sacram congregationem iustificatione excommunicatio desiit et episcopus reus inventus loco mitrae pileum cardinalitium, quem non cum iubilo sed cum moerore accepit, a sacra congregatione obtinuit, nec non et agno paschali, quem primo acquisierat, privatus fuit.

Hoc anno Turcae a Polonis Camnitium vi accipiunt.

Item eodem anno Bassa Bosnensis omnes provinciae conventus quadam impositione, dicta „csulos“ aggravavit, ideo quod P. Matthaeus de Foinicza, in multis conventus Foiniczensis locis parochus, solita festiva celebraret sacra, annunciaret missas, et cum populus confluerent, cum eo de loco ad silvas et montes recederet, ibidem eadem ministraret sacra, ab oculis Turcarum se absconderet, ut certam singulis annis pro publica missarum celebratione dari solitam evaderet solutionem. Sed Turcae aliter iudicabant, dicebantque, quod cum populo in remotis locis contra Turcas oret. Et haec eorum erat ars politices, qua magnam pecuniae summam singulis annis Bassae dandam conventibus imposuerunt, servaturque id ipsum usque in hodiernum diem.

Tempore huius provincialis moritur Vellicae episcopus Benlich de Belgrado, qui multam charitatem omnibus provinciae conventibus reliquit, bonus et sanctus praesul.

Eodem tempore sectam turcicam amplexus est P. Petrus Bucaras cum Turcis vinum potando.

Stante adhuc eligendi commissarios penes provinciam auctoritate, quamvis moderata fuerit, patres provinciae in commissarium eligunt P. Philippum Runovich. Sub idem tempus Romae agebat pro episcopatu P. Lucas Maruncsich, quem tamen, contraria sibi provincia,

Digitized by Google

non obtinuit. Generalis ergo volens consolari eundem, patentales pro commissario huius provinciae patri Joanni a Camengrado exmisit, et patrem Lucam, ut, si fieri posset, provincialem faceret, eidem commendat. Porro commissarius a provincia electus cessit, nec amplius hac facultate provincia utebatur. *I. Chronic. Velikanović.*

A. 1674. Philippus Brnjaković, interventu suo et factis expensis propriis a gubernio turcico obtinet scriptum mandatum: a) Quod catholici Mitrovicenses in Sirmio non teneantur in posterum milites gubernatoris turcici hospitio exscipere. b) Ut libere possint celebrari sacra et cetera, quae ad cultum catholicum pertinent. c) Similiter ut catholici in oppido „Radna" (ad Marusium) libero religionis catholicae exercitio gaudere possint. *Cod. Mss. Ottobon. 927. pag. 40.*

A. 1675. Die 25. Augusti Foiniczae congregatum fuit capitulum, et provincialis electus est P. Marcus de Vassiglievo polje, e familia conventus Sutiscensis; custos P. Petrus Vucovich seu *lupus* de Xivogosta.

Definitores: P. Stephanus Glumcsich secundo et excustos; P. Philippus Runovich secundo; P. Martinus Bura de Vellica; P. Antonius de Sovichie secundo.

P. Nicolaus de Plumbo secretarius.

Gvardiani: Vissovatii P. Marcus de Vicia de Dobretichi, e familia Foiniczensi, et hic primus erat guardianus hic loci a tempore, quo se Sibenicum receperant. Sibenici P. Franciscus Kovacsevich secundo; Macharskae P. Simon Ribarevich; Xivogostae P. Paulus Marticsich de Zaostrog; Zaostrogi P. Stephanus Tvartkovich; Imotae P. Michael Runovich; Ramae P. Stephanus Mattich; Foiniczae P. Athanasius de Foinicza; Cressevii P. Antonius de Gabella eiusdem conventus; Visokii P. Petrus Guvich de Gradisca; Sutiscae P. Josephus Novcovich; Plumbi P. Joannes Vidich de Plumbo; Argentinae P. Michael de Temesvar; Salinarum inferiorum P. N. (sic); Gradovarh seu Salinarum superiorum P. N. (sic); Modricsae P. Franciscus de Czarkvisste; Nassicis P. Josephus Sumgliak de Bakovicza; Vellicae P. Nicolaus Kurssevich.

Sub hoc provinciali apostatavit P. Lucas Maruncsich, exdefinitor, male contentus quod provincialatum non obtinuerit, et multo tempore Budae cum Turcis traditorie vivendo, provinciam coram ipsis denigrat, multaque damna eidem infert. Is postea [ad provinciam rediens] voce activa et passiva in perpetuum privatus fuit.

Tempore eiusdem provincialatus episcopus Bosnensis cum provincia lites movit; volebat enim supprimere facultatem provincialibus et guardianis instituendi parochos et amovendi eosdem; sed episcopus in sacra congregatione perdidit; provincialis vero eiusque successores dicta facultate semper usi sunt.[1] Introductus est usus

[1] Sveta kongregacija vjeroplodnice odgovorila je 10. lipnja 1677.: Continuent fratres Bosnenses in proponendo parocho Episcopo, donec et quousque sedes apostolica aliud super hoc duxerit ordinandum ....

Digitized by Google

ab episcopo pro baptismate masculi sex accipiendi nummos, femellae autem quatuor nummos turcicos.

Sub hoc etiam provinciali magnas lites patres nostri Imotenses cum Xivogostensibus habuerunt ratione parochiarum, magnam pecuniae summam perdiderunt, aliis poenis exceptis, et multorum de Imota exilio. *I. Chronic. Velikanović.*

A. 1678. Die 20. Julii capitulum Cressevii celebratur, in quo commissarius et praeses P. Andreas de Dubocsacz provincialem eligit P. Gregorium de Imota secundo; custodem P. Nicolaum de Ilok. Definitores: P. Simonem Tuartkovich de Zaostrogh; P. Antonium Gabeglanin de Cressevo; P. Lucam Ibrissimovich de Possega.

Patrem Michaelem Radnich secretarium.

Guardianos: Vissovatii P. Lucam Boghich; Sibenici P. Paulum Grabovacz; Macharskae P. Joannem Marich; Xivogostae P. Nicolaum Dubocsanin; Zaostrogii P. Andream Marsich; Imotae P. Lucam Vuknich; Ramae P. Michaelem Vicich; Foiniczae admodum reverendum P. Antonium de Travnik exprovincialem; Cressevii P. Laurentium de Cressevio; Visokii P. Gregorium Dogancsich; Sutiscae P. Michaëlem Brezanin; Plumbi P. Franciscum Zlacsevich; Argentinae P. Hieronymum de Maidan; Salinis inferioribus P. Philippum Marirovich; Gradovarh seu Salinis superioribus P. Michaëlem Lukignanin; Modricsae P. Blasium Peakovich; Nassicis P. Georgium de Podgora; Velicae P. Bartholomaeum Popich. *I. Chron. Velikanović.*

A. 1679. Hic provincialis [P. Gregorius] ad congregationem generalem die 20. Mai celebratam cum custode Romam concessit. Eius loco commissarius provincialis electus est P. Stephanus Milich, qui ultra anni spatium in officio permansit, donec provincialis Roma rediisset. Provincialis custos privilegium antiquum proprios alumnos ab ipso definitorio commissarios denominandi confirmandum secum ferre volebat, sed advertentes, ut fertur, Foiniczae a P. Francisco Miletich aliisque absconditum ab ulteriore tentamine supersederunt. Non fuerunt tamen desides pro bono provinciae operari tantum quantum possibile fuit; nam privilegium in capitulo *Vallisoletano* commissarios proprios alumnos a generalibus superioribus destinandi atque denominandi emanatum ampliari fecerunt, quamvis auctoritatem pristinam nunquam obtinere potuerint. Sunt et alia in praefata congregatione generali edita decreta, quae in Chronologia ordinis ultimae impressionis facile videri possunt.

Eodem anno die 13. Martii Anconae in Italia, dum Romae consecratus ad episcopatum Belgradensem accederet, morte praeventus est illustrissimus ac reverendissimus Pater Matthaeus, ex illustri prosapia lib. baronum Brnjaković, origine Plumbensis. *Necrologium conv. Sutjescensis MSS.*

Continuent fratres Bosnenses in proponendo ad singulas parochias parochos approbandos ab Episcopo . . . (Priepis medju spisi pok. otca Benića, revnog sabiratelja starina redovničke svoje provincije.)

*

Digitized by Google

A. 1681. Die 10. Julii celebratum fuit capitulum Foiniczae commissario et capituli praeside P. Antonio Gabeglianin, [in quo] provincialis iussus est P. Andreas de Dubocsacz, custos [vero] P. Michael Radnich.

Definitores: P. Joannes Katussich de Gradovarh; P. Paulus Grabovacz de Imota; P. Gregorius Dogancsich de Cressevio; P. Stephanus Mattich de R«ma.

P. Athanasius de Foinicza secretarius.

Gvardiani: Vissovatii P. Simon Bracnovich; Sibenici P. Andreas Ressicza; Macharskae P. Joannes Marich; Xivogostae P. Elias Mamich; Zaostrogii P. Bonaventura Pirkovich; Ramae P. Antonius de Dumno; Foiniczae P. Philippus de Camengrad; Cressevii P. Antonius Gabeglianin; Sutiscae P. Michael Barissich; Argentinae P. Nicolaus de Lasva; Salinis inferioribus P. Bernardinus de Salinis; Gradovarh Salinis superioribus P. Bernardinus Doglianin; Nassicis P. Marcus Odobassich; Modricsae P. Simon de Maglaj; Vissokii P. Georgius Sko(n)trich; Vellicae P. Philippus Copanich; Budae praesidens P. Simon Varess; Tukuljae prope Budam parochus provincialis P. Stephanus Milich. Sub hoc provinciali Turcae occiderunt mulam Saraglii, et fuit inde maxima confusio et persecutio in christianos. *I. Chronic. Velikanović.*

A. 1682. Item eodem gubernante 1682. die 18. Octobris conventus Ramae combustus fuit, sed melius reaedificatus est. Item sub eodem expediti sunt duo Constantinopolim religiosi, ut alleviaretur iugum Turcarum, quod miseri religiosi ferre nequibant. Et quidem multum effecerunt, sed etiam multum expenderunt. *I. Chronic. Velikanović.*

A. 1684. Leopoldus edito decreto inhibet, ne quis episcoporum vel prelatorum alios in suis iuribus pacifice consistentes turbare audeat, quousque hac in re per competentem iudicem determinatum non fuerit. *De limitib. ecclesiar. Zagrab. et Bosnen. MSS.*

Celebratum fuit capitulum Cressevii dic 26 Novembris, commissario et capituli praeside P. Michaële Radnich,[1] in quo electus est provincialis P. Antonius Gabeglanin; custodis aliorumque officialium memoria nul'a est. Hic provincialis sui gubernii anno decedit et in eius locum electus est: *I. Chronic. Velikanović.*

---

[1] Isti piše 20. svibnja god. 1682. iz Makarske velikom vojvodi Toskanskom: „io vado circospetto visitando la provincia che abbraccia tre mila miglia comminciando in Dalmazia e finisce in Transilvania, comprendendo la Bosna, Buda, Belgrado e tutta l' Ungheria che è sotto il Turco. Nelli luoghi nuovamente presi alli Turchi io ho messi parrochi e capellani, i quali celebrano nelle loro gia moschee . . . . Ultimamente e stata presa la considerabile fortezza di Duare (sic) a di 21. die Aprile, dove io ho posto capellano, il mio compagno che e stato meco a Roma per le lingue Italiana et Ilirica. (Arkiv Medicejski u Firenzi filza 1116. kod O. Marcelina da Civezza, Bibliografia Sanfrancescana, Prato 1879. p. 482.)

Digitized by Google

A. 1685. P. Michael Radnich, qui gubernavit per quinque annos, propter bella Turcas inter et imperium romanum; in nullo enim conventu unio vocalium fieri potuit. Terminato igitur anno quinto obtinuit Breve, cum Romae eo tum esset, per quod totum definitorium eligi fecit. *I. Chronic. Velikanović.*

Eodem anno die 24. Julii. In Italia piam vitam finivit P. Joannes Ančić a Duvno, lector et concionator generalis, vir doctus et multorum librorum scriptor. *Necrologium conv. Sutjescens. MSS.*

A. 1687. Nostri, Turca Osiekino profligato, mesquitam in fortalitio obtinent pro ecclesia ibidem exstruenda. *Pavišević. Recensio conventuum provinc. Capistran. MSS.*

A. 1688. Fratres Bosnenses derelicto conventu Gradovrh, Bačini considerent, ideo et monasterium Bačiense erectum usque ad annum 1705 appellabatur „conventus Gradovariensis". *Pavišević l. c.*

A. 1690. Itaque electus per Breve apopolicum P. Gregorius Stanich. De definitorio aliisque officialibus nulla memoria exstat, quia, ut coniicio, neque scripti sunt; siquidem provincia archivio formali carebat ab eo tempore, quo Sutiscae et Fojnicae combustum fuerat, ut supra memini, et usque ad Paulum . . archivium non fuit formatum, nisi in chartulis hinc inde quaedam reperiebantur. Ferunt multi, P. Michaëlem Radnich ivisse ad capitulum generale in Hispania 1682 celebratum, qua custodem, et si non scripsisset familia Plumbensis, definitor generalis evasisset. Id porro probari non potest, cum sine prominstro vel ministro vix ivisset. *I. Chronic. Velikanović.*

A. 1691. Leopoldus annuit, ut fratres Bosnenses Budae in „Aquatica civitate", „inter gentem et nationem rascianam" residentiam et capellam exstruere possint. *Ramus Virid. Oliv. p. 204.*

A. 1700. Die 16. Junii. Fr. Franciscus a Travnik, minister provinciae Bosnae Argentinae, et fr. Alexius Buziaković, minister provinciae s. Ladislai, Romae conveniunt inter se de conventuum et residentiarum possessione: 1. Ut fratres provinciae s. Ladislai libere possideant conventus et residentias: Szigeth, Kanizsa, Quinqueeccleslas, Siklos, Virovitica, Koprivnica, Hrastovica et Szegust. 2. Bosnenses vero maneant in: Gradiška, Dubočac, Brod, Kopanica, Vočin (Šarengrad), Našice, Velika, Požega, Cernik, Zrin, „Pougnia" Novi, et s. Catharina. 3. In Osiek et Mohač utraque pars suam residentiam habere possit. *Tabularium provinc. s. Ladislai fratrum minorum.*

A. 1701. Joannes Ferdinandus Car. Carafa, camerae aulicae delegatus, concedit, ut fratres minores conventus Petrovaradiensis „ob . . sedulitatem et charitatis fervorem . . . . vineam in loco Shrin situatam et pratum in parte cisdanubiana" possidere possint. *Pavić Ramus Viridantis Olivae pag. 250.*

A. 1702. In conventu s. Augustini Velicae fuit electus proprovincialis A. R. P. Gabriel Gabrich, qui in conventu s. Joannis a Capistrano Illokini incoepit restaurare eundem conventum. Custos illius temporis erat RP. Michaël a Possega, qui item *vicarii foranei*

Digitized by Google

his in partibus munere fungebatur. Et cum de more visitasset curam, qui habent per pagos animarum, contigit Petrinum quemdam in pago Vetovo scandalose repertum vixisse. Eundem carceri Vellicae mancipavit, post paucum tempus et ad formales Zagrabiam versus carceres expedivit, franciscanum eidem suffecit, et ultra non redivere Petrini ad eundem locum. *II. Chronic. Velikanović.*

Milites Brodii consistentes rogant suam maiestatem, ne sinat eos a patribus provinciae Bosnae separari. *Pavić Ramus Virid. Olivae. p. 188.*

A. 1703. Die 21. Julii. Goriani in Slavonia: venerabilis servus Dei P. Nicolaus de Novi, parochus loci, a schismaticis interemptus. *Necrologium Conv. Sutjescens. MSS.*

Conventu Olovensi in Bosna per quemdam Seffer Bassam succenso, fratres franciscani Ilokinum transeunt, ubi conventum — erat enim hucdum residentia — de novo erigunt. *Pavišević. Recensio Conv. provinc. Capistr. MSS.*

A. 1704. Hoc anno, dum rebellio Rakoczyana immanitate fureret, statua thaumaturga B. Mariae V., quam anno adhuc 1698 P. Thomas Kraljević ex conventu Koprivnicensi Gyud-inum tulerat, ne in manus impiorum deveniret, Osiekinum ad patres franciscanos prov. Bosnensis transportatur, qui eandem contra mentem partis confidentis in ecclesia sua venerationi exposuerunt. Dum vero cessante revolutione eadem statua repeteretur, denegata et retenta est. Pia haec disceptatio Romae sacrae concregationis decreto sublata est eo, ut statua Osiekini permaneat, timenda enim erat seditio inter populum, si inde asportaretur. *Liber Memorab. Conv. Mariae Gyud-ens.*

Iam anno 1697 patribus familiae s. Petri Salinarum data fuit facultas intrandi Šarengradinum et erigendi conventum de Vočin penes Danubium, tamen patres Srebernicenses S. Mariae, qui primum Mohačini consederant, hoc anno Mohačino Šarengradinum translati sunt. *Pavišević Recensio conventuum prov. Capistr. MSS.*

A. 1705. Hoc anno fuit flos et solidum decus, cui hactenus non secundus, electus pro provinciali admodum rev. P. Marcus Bullaych, qui ab ante per quinquennium secretarius multum laudabilis fuit; vir vere dignus honore et laude, nam dum fuisset tempore adm. rev. patris Provincialis supra memorati *Ussum* in Ercsin parochus, plurimas mortificationes, quas praetereo brevitatis causa, tolleravit et sustulit patienter ab eodem. Iste in suo provincialatu abusus religiosorum fratrum et maxime eorum, qui parum aut nihil professionis memores exstabant, correxit et extirpavit, nimirum: portantes coturnos caeruleos aut flavos, calligas diversi coloris et arma gestientes eliminavit. Huius secretarius fuit R. P. Hieronymus Labudich, qui recommendatitiis vicecommissarii ordinis litteris promotus fuit, sed tantum per annum in eodem (ob sui immorigeram vitam) passus. Hic missus fuit Ragusium pro ultima sua consolatione pro redimenda et revehenda sacristia, quam patres Bosnenses conventus s. Nicolai Visoki vendiderant, acceptis a RP. Bernardino Csurcsibassich, guardiano ad s. Michaelem Gradiscae, 140 i. e. centum

Digitized by Google

quadraginta aureis redemit a mercatoribus, et consignavit suprafato guardiano Gradiscensi; nimirum tres argenteas cruces, calices duos, thuribulum unum argenteum, casulas tres, et reliqua sacristiae suppellectilia, sed maxima ruina et defectu ob putrescentiam et in similitudinem thesauri neo effossi, subterranee tenti, offuscata obtritave fuere. R. P. Provincialis iste quemdam Matthiam a Bajna Luka, qui per nonnullos suae sceleratae vitae in vitiorum Charybdi haeserat, et latrocinantium more cum silvestribus vitam duxit, sua igitur prudentia ac perspicacia eundem e vitiorum hoc coeno ad bonam reduxit vitam et expiat medii anni carceribus peccatum.

Custos illius provincialatus R. P. Stephanus Cserkovich, qui bis diffinitor, homo pius ac mitis, qui multa bona Sibenicensi conventui in guardianatu suo praestitit, Budae egit guardianum quoque et tractum secus plateam antiquum videlicet sua industria fecit.

Antefatus adm. rev. P. in suo guardianatu post provincialatum Nassiczis tractum illius conventus e parte meridionali ex integro perfici curavit. Et s. seraphico ordini multos tam opifices germanos, quam sacerdotes in dicto conventu induendo peperit, omniumque ferme nationum pater communis appellari visus fuit, et obiit eodem in conventu sub provincialatu ARP. Philippi Surkovich.

Etiam silentio non est praetereundum, quod ante provincialatum turrim erexit modernam, campanam majorem introponendo, et post suum provincialatum etiam horologium ad eandem turrim posuit et multa alia.

Romana curia eundem ad provinciam exteram quoque pro commissario delegavit, videlicet provinciam Croatiae s. Ladislai 1711. ubi et in hodiernum illius boni regiminis mentio fit. *II. Chronic. Velikanović.*

A. 1707. Josephus I. hortatur fratres provinciae Bosnensis, ut in proximo capitulo in ministrum provincialem eligerent unum ex nativis Hungariae vel Slavoniae filiis, quo fine commendat P. Bonaventuram Posegaj, multorum annorum provinciae Bosnen. procuratorem etc. doctrina et pietate commendatum. *Pavić Ramus Virid. Olivae p. 153.*

Požegae in ecclesia fratrum minorum erigitur confraternitas chordigerorum. *Ibid. p. 283.*

A. 1708. Electus fuit hoc anno per patres congregatos Nassiczis, commissario ex Italia existente, pater adm. rever. Andreas ab Imota, lector actualis Budae canonum, vir pius et humilis, doctrina sat praeditus ac cantor praeclarus, remotus a saeculo nec correspondentias amabat aulae. Sed quia ad latus habebat peritum Bullaych, qui cum curia romana et camera bellica et aulica correspondebat, facile proin erat ei gubernare, nam comes facundus pro vehiculo est.

Secretarius illius fuerat rev. pater Lucas Karagich, vir pro certo doctus, potens loquela et compositione in provincia moderno aevo nulli secundus, hungaricam linguam sicut nativus calens. Hinc fors et stimulabatur (quia scientia inflat), ut patres majores conventuum

Digitized by Google

et etiam curiam romanam requisivisset, ut immediate illius temporis provinciali succederet, sed irritus evenit conatus.

Pro commissario visitatore venit ARP. Antonius Nokich, qui alternativam provincialium in Bosnensi provincia et Dalmatiae ac Hungariae electionem decretaliter instituit, id est, dum provincialis est ex aliqua parte, custos fiat ex altera; dum autem nec provincialem nec custodem pars aliqua habet, habeat duos deffinitores. Hunc subsecutus fuit Adm. P. . . . *II. Chronic. Velikanović.*

Našicis in conventu erigitur Schola Grammaticae, ad quam iuvenes ex Bosna aeque et Slavonia, sacrum ordinem amplecti volentes, conccurrere possent. *Pavić Ramus Virid. Olivae p. 63.*

A. 1710. Conventus s. Eliae Modriciensis in Bosna anno 1699. Kopanicam, et hoc anno 1710 Djakovam translatus est. *Pavišević Recensio conventuum prov. Capistrand MSS.*

Georgius Patačić, episcopus Bosnensis, fratribus provinciae Bosnensis concedit moscheam turcicam, propriis tamen expensis in ecclesiam B. Mariae Virg mutatam, ut penes eam conventum aedificare possint. Item et parochiam civitatis Djakovo cum filialibus Budrovac, Piskurevac, Selci, Pavezinac et Nabergje. *Pavić Ramus Virid. Oliv. p. 312.*

A. 1711. P. Petrus Pastirovich, qui Venetiis in lectoratu Philosophiae plurimos ex magnatibus habuit patronos, vitam quoque inibi ducens piam, devotam ac exemplarem. Paduae unam nobilem personam a vexatione daemonis liberavit et ad capitulum Nassicziense ex Italia venit; tumque pro concionatore Essekinum missus laudabiliter per biennium exercuit; tertio vero anno Valkovarinum pro guardiano missus etiam laudabiliter exercuit; et tandem per religiosorum suffragium in provincialem electus. Hic Posonium perexit et adfuit coronationi Josephi caesaris in regem Hungariae, a quo diplomate benigne fulcitus, ut imperturbate possideamus loca, adhuc sub jugo saevo turcico data, quia a parochiis praelati nitebantur exturbare; et ex post inperturbata mansit provincia usque ad Adm. rev. patrem Andream a Cuttievo. Hic fecit capitulum Diakovae. *II. Chronic. Velikanović.*

A. 1714. Diakovae fuit electus admodum reverendus pater Petrus a Lasva, commissario existente adm. rev. patre Bullaych. Hic provincialis barbam rufam nutriebat more Bosnensium; vir pius, morum integritate et prudentia satis praeditus, laudabiliter gubernavit provinciam. Secretarius illius fuit admod. rev. pater Franciscus a Sigetto.

Sub illius provincialatu Turcae intendentes Viennam usque proficisci, sed irrito eorum connatu, quia Petrovaradini sub primo et quidem strenuo conflictu percussi ad caput usque, relictis tentoriis, signis bellicis ac tormentis, arripuere, Deo sospitante fortunam, fugam. *Ibid.*

A. 1717. Fuit electus Vellicae admod. rever. pater Philippus Surkovich, commissario existente admodum reverendo patre Joanne a Sirmio, qui provincialis (fuit) obesus, ita quod vix ambulare quibat.

Digitized by Google

satis doctus, lector theologus. Vir erat praeterea, cui nunquam satis, inhians semper rebus alienis, et multos extulit hujus nostrae partis libros ad Dalmatiae partes.

In illius provincialatu ex hac discessit vita Pater admodum reverendus Marcus Bullaych; Vissovaczi capitulum fuit, ubi non modica confusio orta, prout infra videre licebit.

Secretarius fuit Rev. Pater N. Junakovich. *Ibid.*

A. 1720. ARP. Andreas a Cuttievo, vir sanctae vitae, doctrina moribusque praeditus fuit optimis. Ante ejusdem electionem visitavit provinciam admod. reverendus pater Borojevich et in pace quieteque quievere omnia. Ad maritimas vero cum se contulisset partes, adinvenit reverendum patrem Nikolich authoritate commissarii generalis pro Praeside capituli; qui cum inchoasset convocare capitulares vocales, sibi praeprimis pro custode, suisque adhaerentibus pro provinciali conabatur exprimere vota; sed in vanum, quia vocales ejusdem recommendationi indignissimae et mere interessatae et non piae noluere adhaerere; bene vero tali conscientia elegerunt pro provinciali admodum reverendum patrem a Cuttievo. Pro custode vero RP. Simonem Thomassevich; pro diffinitoribus rev. patrem Georgium Margich, rev. patrem Bonaventuram Macsukati, rever. patrem Javich et rev. patr. Dobretich; et tandem pro secretario unanimi voto et consensu patrum provinciae rever. patrem Michaëlem Pavunovich.

Suprafatus Nikolich cum suis nonnullis ex his partibus atque Bosnae sibi adhaerentibus Romae ita intricarunt, quod per duos menses suspensi fuerint reverendus pater Macsukati et Dobretich. Sed superveniente pleniori ac lucidiori informatione Romam admodum reverendi patris ministri provincialis, omnino eosdem canonice fuisse electos, et sic restituti pristino statui fuerunt, manente adversariorum irrito conatu.

Dictus provincialis a Cuttievo in suo provincialatu Viennae et Posonii per quinque menses suo cum secretario propter parochias, ecclesiam *Mohacsiensem* Valkovariensemque, contra tres impetitores multum insudarunt, nempe episcopos Bosnensem Bakich, Quinqueecclesiensem Neslerod, Syrmiensemque Virnich, qui nitebantur unanimi consensu surripere quaedam, turbareve multum provinciam pauperculam; sed superveniente augustissimi caesaris Caroli VI. benignissimo diplomate resipuere illico, extemploque se mitigavêre veluti agni mansuetuli, et in pace mansit provincia ex tunc ad annum usque 1735 prout ab infra.

In illius provincialatu emanatum decretum fuit, ut ex aliena commissarii non suscipiantur (in) provincia. Pannificina Vellicae erecta.

Idem ad capitulum generale Romam perexit sibi adhaerente custode et secretario, ubi non modica disturbia in cancellaria propagandae fidei rev. pater Secretarius sua solertia ac circumspectione adinvenit, quam confusionem duo senes, Ivacsich et Jaranovich, qui decretum iam exceperant, ut in satisfactionem eorum et poenam

Digitized by Google

nostram, parti Bosnensi unus adaugeatur diffinitor, surripiendo parti nostrae, eo quod quasi demonstrassent, alternativam nos non servasse provincialium electionem. Sed subdole falsissimeque relatum fuisse, praefatus secretarius publice docuit; remanserunt duo senes Susanovezi cum . . . pudore. *Ibid.*

A. 1722. Incipit aedificari conventus ss. Philippi et Jacobi apostolorum Vukovarini. *Liber Memor. Conv. Vukovar. MSS.*

A. 1723. Capitulum generale fuit anno 1723 May 6-a. In quo electus fuit reverendissimus Pater Laurentius a Sancto Laurentio; in dicto capitulo admodum reverendus pater a Cuttievo provincialis, pro definitore generali 40 vota (habuit), disquisitorem in eodem capitulo causarum egit.

Capitulum provinciale suum fecit in conventu S. Spiritus Possegae, quod promulgatum fuit per circiter 20 dies propter quandam confusionem ortam per P. Ivacsich et Juranovich, ubi omnes iam patres congregati fuerant.

Pro capitulo procuravit staneos orbiculos 60, scutellas 40, portiones, salvietas, orbiculos magnos, amphoras vulgo Majolikas duas, cultros et cochlearia.

Ab hoc anno libera regiaque civitas Possegana decreto nuper emanato augustissimi imperatoris Caroli VI. nuncupabitur.

In fine provincialatus patris admodum reverendi a Cuttievo horrendissimus Tolnae contigit casus a quodam patre Joanne Mittrovich, filio Budensi, origine autem Erczegovacz, qui eodem anno mense vero circa finem augusti threnodiam suo cum deflebili casu expertus. Id est, qui in croceis vexabantur, amplexati sunt stercora. Ad seditiosam quippe vitam se subduxit, sed, ut originaliter ordiar, praeprimis casum priorem enarraudum censui.

In oppido Tholnensi perpetrato peccato, Essekini dein detentus, diu apud superiorem . . . . . tandem iterum redux Tolnam, quasi medio desperatus, fatalem quemdam et iniquum Lovro latronem cum suis sociis nocturna in conversatione diu habuit, vestimenta eorum ad normam fieri curabat et tandem una noctium cum ipsis appositus est, ut peccet.

Insidiabatur fatali et misero hoc in statu uni patrum non procul Illokino, sed occasione non subsequente, subsecutus illi fuit iactus glandine sclopi, prorupit voce pro confessario; venit quidam plebanus Dum Matho nomine, qui eum absolvit, et sic misere eo mortuo, occultabant quidem religiosi ex nostratibus eum non fuisse religiosum; sed alia via plebanus pandebat. Administrator igitur Illokensis tanquam infamem . . . . prostibulo vel patibulo dare volens intermediatorem se posuit Pater admodum reverendus Pastirovich, et eum in privatum inhumarunt locum.

Tolnam igitur suffectus anno 1723 cum patentalibus suis litteris quidam pater Simon Butkovich in mense septembri. Accedit proiude capitulum Quinquecclesiense pro iurisdictione obtinenda, ibi quid passus per dies 21. et qualia obiecta impostualiter Provinciam Bosnensem erga habuerit, calamus praesens ac vires simul nequeunt

Digitized by Google

enarrare. Eidem pro ulteriori suo progressu ac iuvamine veniunt Admod. Reverendus P. Minister Provincialis cum secretario. Qui vere genutenus submisissimeque postulabat, ut saltem suo in provincialatu haec non fierent; iam parochiam libenter cedimus asserebat; sed residentiam locumque imperturbate possessum a tot annis nobis condonent; sed nihil effecit. Dicebat enim episcopus, Pater! si quid fecero, faciam specialiter vestrae paternitati in gratiam et neutiquam Provinciae. Presidentem tandem ambiguum ac ancipitem ibi reliquit, cui retrocessus illicitus ex parte suorum superiorum fuerat, ulteriorem vero progressum custodia episcopalis non sinebat. In festo S. Francisci non habebant illi patres Ladislaianae provinciae germanum confessarium; dixit una dierum quidam pater Laslo, Lector actualis, patri praesidenti, tentabo unam rem pro confessione obtinenda, et accesit una simul reverendissimum vicarium Capuchi, hostem et Amen Provinciae Bosnae, qui erat infensissimus et obtinuit totaliter, ut eidem eo in instanti indulserit, sed affigendo neque excipiendo aut nominando locum. Praesidens obtenta jurisdictione paratae occasioni se posuit et Tolnam versus dirigit gressus; ubi se igitur videt Capuchi deceptum, cum militibus ad eum attingendum in via Tolnam versus etiam dirigit viam, et nisi in bivio errasset, neutiquam praedictus praesidens Tolnam vidisset; tribus horis non completis intrat vicarius generalis praedictum, et residentia aggressa et accessa, affatur praesidentem: cujus authoritate attentaverit petens clavim de ecclesia; negativum replicat praedictus; ille vero episcopali illo magno sigillo eccle-iam obsigillat duppliciter et suspendit illos tres sacerdotes a celebratione et tandem omnibus functionibus dicens in discessu suo: Vestra ecclesia non est, residentiam non habetis nisi domum parochialem; et mansit obligatio 30 diebus et aliquot, [et] nemo sacramentalia administrabat, nemo baptizabat et sic misere vivebatur.

Praesidem intimat episcopus qualiter ecclesia viduata sit a pastore; et ecce Capuchi citat eum ad sacrum tribunal, et hoc sub praetextu eum absentandi a residentia; sed praesentiens praedictus se excusabat, non posse venire absque expressa licentia provincialis. Tandem non multo interiecto tempore veniunt duo capitulares ad residentiam cum excommunicatione lata in Simeonem Butkovich ob sui refractionem et obstinacitatem clausula sequenti expressa, Et si ille non acceptaverit, affigatur ad valvas ecclesiae; praedicti utrumque attentantes neutrum sinebat praesidens fieri asserens: ecclesiam non debere quidquam pati. Delictum personae non debet in detrimentum ecclesiae redundare.

Repulsi bonis et malis modis abeunt, sed iterum fit Segsardini congregatio generalis comitatensium, ad quam citantur religiosi Tholna omnes ut compareant; sed praesidens cum P. Marco a Lippa comparent, iratum vident sed non pertimescunt episcopum, et fiunt disceptationes longissimae inter vicarium Capuchi et Praesidentem; hic ostentat fasciculum litterarum contra nos et quod

Digitized by Google

non sit ibi fundata residentia sed domus parochiae; ex alia vero parte iam in contrarium habebatur, quod omnia, quae data fuerant per benefactores, non qua parochis sed qua franciscanis indulta et data fuerant. Tandem et ultimo episcopus concludit, ut si cras fueritis inibi reperti, pro certo brachio saeculari vos extraham, et a facie sua abegit utrosque. Illustrissimus dominus noster bene addictus Petrofski scribit ad residentiam, ut eam muniant, quia pro certo iam etiam comitatum requisivit pro assistentia, ut si opus fuerit, vi etiam extrahantur.

Aliud medium non occurrit superius dicto, quam ut precibus se cum suis daret et firmaret omnes tres atrii portas clavis ferreis. Veniunt cras in vigilia sanctorum Simonis et Judae reverendissimus vicarius generalis, praepositus maior Bakich, et transmigrator Jesuita futurus parochus et directe ad residentiam suis rhedis tendentes, ast videntes obicem redeunt ad domum civicam, inde nunciatur Praesidenti, ut clavim ecclesiae mitteret, ille renuntiat cum solus reverendissimus minus pendeat suam obsignationem et maioris clavim ecclesiae, sic illa statim utetur, annectens praeterea: sciat reverendissimus, me non ex aliqua debitali aut mancipali obligatione triginta et ultra diebus ecclesiam eleemosynario subsidio erectam, proinde nostram omni iure tenuisse obsigillatam, non inquam alio motivo nisi mero respectu Amen.

Accessit ecclesiam et reseravit illam solennissime. Tunc iterato mittit nuntium, ut saltem permitteret in ea illos tres hodie celebrare; replicavit: Praesidens non est pacifice ingressus, non permittam; et sic finem litium habuimus: illi iverunt Seksardinum properantes ad celebrationem et nos una cum incolis laeti mansimus tribus ferme diebus tripudientes, quod ita evaserimus minas hostium. Referunt quidam fide digni, quod dum nuntius redivisset ac dixisset negativam etiam ad celebrationem, tum barbam suam cepit prae nimia furia trahere ac vellere, militibus fuerat stipatus, sed non comitatensibus nisi suis solummodo svevis, qui ad horas Quinquecclesiis clamantes sunt. Misere post hoc tempus ibi vivebatur, obiiciebant enim saepe nobis fugam et sceleratam vitam defuncti, eleemosynarum etiam minus devenerat largitio.

Commissario existente patre admodum reverendo Petro a Lasva, fuit electus pro provinciali P. Adm. rever. Augustinus a Salinis, qui per suprafatum senem informatione falsa Romae in congregatione de propaganda fuit infamatus, eum non fuisse natione Bosnensem et *tamen Salinae sunt in Bosnia*: *ideo unanimi* consensu patrum vocalium ille fuit electus in isto capitulo; P. A. R. Vucskovich, cum tribus sibi adhaerentibus ex Dalmatia machinabantur separationem provinciae, praepeditum tamen per a. rev. patrem a Lasva et P. A. R. Surkovich fuit, ubi etiam quasi omnes ex vocalibus nostrae parti consenserunt.

In eodem capitulo pro custode fuit electus rev. pater Joannes a Sirmio pro parte imperiali.

Digitized by Google

Et ex deffinitoribus RP. Antonius a Brodio, rever. P. Michaël Pavunovich ex Dalmatia, rev. pater Antonius Radich et rev. P. Babich. Pro secretario rev. pater Marianus Lekussich, qui causam sibi lusit, quod in definitorem non evaserit et vel ideo, ut cum ad aliquam civitatem vel suburbium, relicto provinciali et socio ad libitum accepto, ad utriusque sexus domos pro confabulationibus accessit, non quidem scandala suborta fuere, at patres provinciae omnia non recto aspiciebant oculo.

In gubernio suprafati patris provincialis pro prima congregatione facienda decretum emanavit Roma, ut patres de uno conventu ad alium se transferant, quod et factum sua incineratione multi in alia vita testantur. Nam motio dicta multis mortem repentinam aut diutinam infirmitatem causavit. RP. Bartholomaeus Vellikam, ubi tactus appoplexia obiit munitus omnibus sacramentis in Domino. P. Admod. rever. Pastirovich Bacsinum, sed ne ibi bene, iterum Ilokinum se transtulit. P. Admod. rever. a Cuttievo Nassiczas. PR. Bonaventura a Possega Buda translatus Possegam et ibi rupto interiit filo.

Conventus S. Antonii Baiae comburitur, et vel ideo, quia alibi imbricibus et secus caminus arundinibus tectus fuit et guardiano illius temporis adscribitur, et ipse fuit rever. pater Lucas Karagich, qui eum iterum texit, generali tamen mendicatione per Bacskam facta; [hic] vitam communem non servavit, carnes prout etiam alter saecularium diebus etiam vetitis manducabat, et in podagra et chiragra et subinde, uti ille dicebat, *sciatica* semper haesit infirmus. In familia illius vicarius fuit P. Georgius Dubravcsevich, incorporatus Dalmata. P. Lucas Gurcsevich concionator, P. Simon Butkovich, qui loco guardiani causa deponendae reverentiae exmissus fuerat Colocsam ad eminentissimum cardinalem Csaky.

Eodem in provincialatu lis orta fuit observantes inter reformatos, quis eorum videretur esse major: decretum igitur observantium in favorem tunc temporis venit, ut praecedant observantes in publicis semper functionibus.

Sub idem tempus P. Provincialis venit Czernekinum cum Patribus adm. rever. P. Petro Pastirovich, Andrea a Cuttievo ac Antonio a Brodio ad RP. Michaelem Pavunovich, definitorem actualem et praesidem loci suprafati, adhortabanturque eum, ut apud excellentissimam dominam Petrassianam, terrestrem nimirum gubernatricem, instaret pro spatio conventus extensiori latiorique, insimul etiam pro fornace latericia, quod et factum est; et ista modalitate (qua summe semperque pollebat) religiosa obtinuit et ut successu temporis hortum cum apertinenciis pro sacris centum celebrandis ad intentionem dominae suprafatae gratum habuerit. Igitur dum spatium illud occupabatur, volens excellentissima domina, ut et praesentibus incolis installatio solemnis fundi neo dati fiat, quod et praesentibus praeprimis incolis Czernekiensibus et dein plenipotentiario dictae dominae domino Josepho Springrlsklee factum fuit. Duobus praeterea hominibus, quorum domus spatium dictum occu-

Digitized by Google

pabat, exsolvit, videlicet Francisco Rusich et Antonio Messar, unicuique per quindecim florenos, quamvis in attestatione infra annexa floreni non sint positi, sed quod homines sponte cesserint; tamen testes exsolutionis fuerunt sequentes nimirum: Marcus Sagovacz, Joannes Jelivich, Petrus Szokolich, Mathias Tievich, Nicolaus senex Drebrich pro spatio. Imo illarum domus curavit praedictus Praesidens sumptibus residentiae propriis transportari, unicuique superaddendo octo occas laridi, centum occas kukuriczae ac centum tritici. Antefatus praesidens in suo hinc discessu successori reliquit quadraginta millia laterum et octingentos florenos procuratos sua industria, diversis in locis a benefactoribus, pro aedificio novi conventus. Qui in capitulo Nassicziensi translatus fuit pro praesidente Valkovarinum, ubi item non modica suum per triennium reliquit beneficia; nam ecclesiam ex integro circummuravit, quia antea fuerat lignea, et in uno tractu cellas in superiori contignatione sex et in inferiori quinque cum fornicibus in integrum usque ad cohabitationem perfecit, suppellectilibus etiam omnibus intellectis.

CCCIII **Perusii,** *17. Octobris 1234.* Gregorius IX papa ad petitionem Colomani regis et ducis indulget, ut ad quemcumque locum ecclesiastico interdicto suppositum devenerit, nominatim interdictis et excommunicatis exclusis, non pulsatis campanis, clausis januis et voce suppressa sibi divina faciat celebrari, dummodo causam non dederit interdicto.

In eodem scriptum est Salomeae reginae uxori Colomani ducis.

Theiner: Mon. Hung. I. 129.

CCCIV. **Perusii,** *17. Octobris 1234.* Gregorius IX papa scribit episcopo Bosnensi, Zagrabiensi et crucesignatis contra haereticos Slavoniae in partibus Ungariae constitutis, cum zelo fidei accensi, signo crucis assumpto proposuerint in Slavoniam contra haereticorum perfidiam proficisci, suscipiendo omnes personas illorum cum omnibus bonis sub b Petri et sua protectione. — In eodem sensu scribit papa etiam episcopo zagrabiensi sub eodem dato.

*

Digitized by Google

In eodem merito scribit idem papa 17. octobris Colomano duci et iterato zagr. et bosnensi episcopis.

Theiner: Mon. Hung. I., p. 129, 130.

CCCV. *A. 1234.* Keled vice-banus et comes zagrabiensis notum facit, quod Junosa, accepto pristaldo, Chrahonum super terra Mosochana traxit ad suam praesentiam, et proposuit, quod Chrachonus memoratam terram vi usurpasset, quamvis ei jure haereditario pertineret. Cum diversis modis hinc inde tractatum fuisset, vicebanus cum nobilibus terrae, qui aderant, scilicet Petro, Jaroslav et aliis multis, probationem indixit hoc modo, ut ipse (Chrachon) adhibitis secum quinque testibus idoneis et praestito sacramento iustificaret sibi, quae impetebantur. Termino ad hoc deputato dictus Crachonus viribus testium omnino deficiens adiudicatam sibi probacionem exhibere non potuit. Judicium igitur eum convictum esse decernens actorem misit in possesionem. Cui pristaldus Vidomer datus, qui metas circumvalavit. Prima incipit ab aqua Mosochana, inde versus meridiem per viam quae dicitur Borchi. Inde per varias metas descendit in vallem Jazinne et per aquam Mosochana venit ad primam metam. Acta sunt haec domino Colomano rege et duce Slavoniae et Jula bano existentibus

Wenzel: Cod. Dipl. Arp. XII. 681.

CCCVI. *A. 1234.* Capitulum ecclesiae Zagrabiensis notificat, quod Elias et Symon frater ejus, filii Petri, Johanni duellatori, filio Rados, quia pro ipsis suam personam periculo duelli exposuerat, in precium hujus laboris terram Budindol, quam olim pater duellatoris patri ipsorum vendiderat, jure perpetuo reddiderint possidendam. Destinatae per hominem capituli metae: quarum prima incipit apud rivulum Melnicha, quem transit via, procedens per eam versus orientem venit ad quendam montem ubi dicta via iungitur cum alia, inde versus aquilonem ad montem Jazovine, et a prima usque huc vicina est terra Guerdine filii Ladise et fratrum eius. Post latus eiusdem montis ad orientem venit ad rivulum Ribnik, apud quem est fons et duae metae terrae. Inde ad vallem, in qua proceditur ad Crapinam et usque huc a monte, qui Jazovina dicitur, vicina est terra Turdae comitis. Inde iuxta Crapinam venit ad rivulum Riutna, qui iungitur cum Crapina et ultra Crapinam vicinatus terrae Eliae et Cosmae, et cum ipsa Crapina venit ad molendinum Domozlay et ultra eam accedit terrae Hraschinae, venit ad caput rivuli Ribine et ad Melnicham. A Crapina autem et Melnicha vicina est terra Johannis et fratrum suorum. — Fideiussoriam cautionem praestitit Jacov filius Martini, Hrane filius de Ragos. Existente secundo Stephano zagrab. episcopo, Mathia praeposito, magistro Pangracio archidiacono et cantore, magistro Johanne lectore, Cornelio decano, Gregorio custode.

Wenzel: Cod. Dipl. Arpad VI., p. 558. XI., p. 272.

CCCVII. *A. 1234.* Ugulinus archiepiscopus colocensis et Aulae regiae cancellarius innotescit, quod cum Hozuga abbas de Grab et Bertolo ministerialis eiusdem ecclesiae convenissent in eius praesentiam Ivankam filium Abraam de Sudan, conquerentes de ipso, quod terram dictae ecclesiae Zelbarovna sitam ad Oravam per violentiam occupatam detineret, responderit Ivanka, non volienter sed iure emptionali in possessionem eiusdem se venisse. Ad hoc

Digitized by Google

probandum filios Budur Jacobum et Petka patronos dictae ecclesiae constituit, qui publicae professi sunt, dictam terram Ivancae vendidisse. Ad maiorem exaccionem iuris visum est archiepiscopo et eius assessoribus Baradlao (rectius »Borislav«) episcopo Senensi et Danieli archidiacono Bachiensi, et Martino bano et Andreae comiti, ut dicti Jacobus et Petka suam assertionem iuramento confirmarent Praestito igitur sacramento in sua capella archiepiscopali restituta est terra Ivancae, abbas autem et curialis comes pro merito condemnati. Clericus Benedictus introduxit eos in terram, cujus meta prima posita est super montem Camuna burda, ab eo per quemdam clivium Cuesbere procedit inter duas fontanas, quae Jelove vocantur, usque ad aquam Pukur et per eandem ad fontem Luplan, exinde ad montem Stoyla in metam de Noac et tendit versus orientem Kenelbere usque Bedech.

Wenzel: Cod. Dipl. Arpad. VI., p. 557.

CCCVIII. *A. 1234.* Colomanus rex et dux totius Slavoniae tribuit magnae villae Wereuiche sequentem libertatem: ut libere et venire et recedere possint cum omnibus pecuniis suis quo voluerint absque diminutione rerum suarum, venditis domibus et aliis necessariis Si quis siue haerede decesserit, potest omnia sua legare cui cumque voluerit. De qualibet porta sua debent solvere duci quatuor pondera cum statera loci. Nullus judex audet eos judicare nisi villicus eorum cum civibus villae et juratis. Majorem villae ex suis eligant, quem dux confirmabit. Tributum non teneantur dare extraneo. Item neque currus, qui povoz vocantur, nec legationes deferre, nec victualia quaedam, nisi una die pro munere, nec victualia bani quae zalusina vocantur praestare teneantur. Factum consilio omnium iobagionum, videlicet Julae bani filiique ejusdem Julae magistri Tavernicorum ducis, Nicolai comitis de Zala, Opoy comitis de Symigio, Georgii comitis de Wolko etc

Ex Actis deportatis Pestinum e regni archivo. N. R. A. Fasc. 590. N. 19.

CCCIX. *A. circa 1234.* G(uncellus) archiepiscopus spalatensis promittit firmiter stare omnibus, quae inter illum et capitulum frater Quarinus cum suis fratribus decreverit ordinandum. Libros, quos apud se habet, promittit usque ad s. Martinum restituere. (Vide Doc. 1228)

Ex archivo aulico viennensi. Carrara: Archiv. capit. p. 11.

CCCX. **Ragusii,** *1234—1238.* Joannes Dandulus comes Ragusii cum omnibus nobilibus et tota communitate jurant regi totius Rassae et Maritimae Vladislavo, quod ab hodierna die velint esse eidem veraces amici, et inimici eius inimicorum; et si aliquis ex eius regno fugerit ad eos, non nocebit ei; et si aliquid offenderit, ipsi component aut illum regi tradent, et si fugiens aliquid adduxerit ad civitatem, reddent illud. Et si ipse rex fugerit ad civitatem, recipient illum sicut dominum suum cum honore et amore cum omnibus magnatibus eius et conservabunt eos sine ullo damno Et quando rex per mare adiutorium quaesiverit, ibunt ei in adiutorium, illo tamen anno dimittet rex illis totum illud, quod habent in usu dandi; et eorum mercatoribus, qui ambulant per terram illius, dimittet datium sicut avus eius et pater eius fecit. Si autem non potuerint ire in adiutorium, tollet totum illud quod est de consvetudine. Et hoc iurant sicut jurarunt eorum nuntii Mathaeus Bodaciae (Budačić), Gervasius Naymeri (Mangjerević) et Petrus de Sretta (Srječić). Signa

Digitized by Google

dederunt, qua testes, Petrus Balislavae, Johannes Bogdani, Veleius Bladimiri, Martinusius Gervasii, Andreas Bolislava, Jacobus Negamiri, Dabrana Proculi, Cerne Vitanoe, Michael Pezanae, Petrus Strettae, Grubessa Gundulae, Calenda Cernechae, Niciphorus Strettae, Marinus Calendae, Grubena Balislavae et Goislavus Theodori.

Ex Archivo reip. Ragusinae. Miklošić: Mon. Serbica p. 22 orig. slav.

CCCXI. *A. 1234—1238.* Johannes Dandulus comes Ragusii cum nobilius et toto communi Ragusino jurant regi totius Rassae et Maritimae Vladislao, quod ab hodierna die erunt ei veraces amici, sicut iam prius juraverant eorum nuntii Mathaeus Bobatiae, Gervasius Neimerius et Petrus de Stretta. Et secundum quod erat consvetudo avi regis et patris ejus, civitas cum terra habeant legem inter se de S. Michaele usque ad Georgium Subscripti sunt: Petrus Ballislave, Joh. Bogdani, Velcius Bladimiri, Martinusius Gervasii, Andreas Ballislavae, Jacobus Negamiri, Dabrana Proculi, Cerne Vitanae, Michael Pezanae, Petrus Stretta, Marinus Calendae, Grubessa Ballislavae, Goislavus Theodori. Confirmavit cum cruce Vladislavus cum divino adiutorio rex totius terrae de Rassa, Dioclitiae, Tribuniae, Zaculmiae et jurat coram nobilibus et communi Ragusii, ipsos habere pro amicis corumque privilegia, quae ab avo et patre ejus obtinuerant, inviolabiliter tenere, dummodo et ipsi hoc faciant.

Wenzel: Cod. Dipl. Arp. XI. p. 319. Translatum de Slavonico in latinum.

CCCXII. *A. 1234—1238.* Stephanus Vladislaus rex totius terrae de Rassa, Diocliae, Dalmatiae, Tribuniae, Zachulmiae jurat Ragusinis avi et patris sui amicis, quod ab hodierna die, si steterint ei in sacramento, quod jurarunt, eos in omnibus diebus suis tenebit in omni justitia, qua tenuerunt eos avus et pater eius et nullum malum eis faciet, donec tres sententias cum eis fecerit.

In archivo reip. ragusanae. Ex slavonico translatum in latinum.

CCCXIII. *A. 1234—1238.* Andreas magnus comes chulmensis paciscitur amicitiam et societatem cum Joanne Dandulo comite Ragusii et tota communitate ragusina.

Miklošić: Mon. Serbica p. 24.

CCCXIV. *A. 1234—1238.* Matthaeus Ninoslav Bosnae magnus banus confirmat Joanni Dandulo comiti Ragusii et toti communitati Ragusii privilegium libertatis, concessum eis a Kulino bano quoad liberum commercium; et si Serbus quaerelam habuerit contra Latinum (vlah), ferat judicium comes, et si Latinus contra Serbum, judicabit banus Scripsit Desoe gramaticus bani Ninoslai.

Miklosich: Mon. Serb. p. 22.

CCCXV. *A. 1234—1240.* Stephanus Vladislaus rex totius Rasiae, Diocleae. Dalmatiae, Tribuniae et Zachulmiae confirmat privilegia Ragusinis concessa a patre et avo suo.

Miklosich: Mon. Serbica p. 25.

CCCXVI. *A. 1234—1240.* Stephanus Vladislaus rex Serbiae remittit Ragusinis Žrnovnicense territorium.

Miklosich: Mon. Serbica p. 27.

Digitized by Google

CCCXVII **Jaderae.** *2. martii 1235.* Temporibus Jacobi Teupolo ducis Venetiarum, Johannis Jadrensis archiepiscopi, Johannis Michaelis comitis. Petrinna filius Bitte de Pece confitetur, quod cum Cancione Petrici venerit ad concordiam pro quodam muro apud s. Stephanum et ejus proprium palatium Testibus: Josepho filio Laurenchine, Carnasario. Andreas de Petrico examinator scripsit, Petrus diaconus et s. Anastasiae canonicus et iadr. notarius signavit.

Ex mea collectione.

CCCXVIII **Almisii.** *17. martii 1235.* Colomanus comes Dalmisii cum suis consanguineis et parentibus et cum toto communi Dalmisii iurat firmam pacem Ragusanis im praesentia Petri Balislave viceconitis et Bubanae et aliorum plurimorum nobilium Ragusaeorum, qui tunc temporis Dalmisii erant cum lignis suis. Hi fuerunt jurati: comes Colomanus, Pribislavus, Calimannus, Osor, Negoslaus, Strieslaus, Nicolaus Choslimiri, Nicolaus Belcit, Bela de Volcoe, Radoslaus de Stepco, Jesda cum fratre, Rados de Bogdanit, Prodanus de Dracano, Dragoslaus Spue, Bratoslaus cum fratre, Radovan de Obrad, Velcoslav de Miroslav, Tupsa de Mauro, Negoslav, Bratoslav de Belize, Rados Lizerta, Dragotin, Bosdarius de Poclat, Gerdavez, Russota, Merzona, Velcan, Predimir, Ludemir, Alexi, Zarabatan, Radoslav, Marmus, Oblegan, Desco, Strance, Bellos, Obrat, Milos Arcer, Dobrona, Velichna, Radinez, Bratona, Bela, Cernecha, Budislav, Velce, Damian, Dragan, Serben, Lubomir, Martin Seraver, Preven, Desimir, Volemir, Bastant, Ambrosi, Stregona, Vellis, Recinna, Nicola de Bel, Gnevota, Bellen, Desirat.

Ljubić: Mon. Slav. merid. I. p. 51. Ex archivo aulico vindobonensi. Acta Ragusana. Wenzel: Cod. dipl. arpad. XI, 281.

CCCXIX **Ragusii.** *13. Aprilis 1235.* Petrus de Bellislava vicecomes Ragusii cum judicibus et consiliariis de parvo et magno consilio et populus Ragusii statuunt, ut a modo in antea nullus dare debeat alicui mulieri plus quam ducentos perperos nomine parchivii; et non debet dare nisi decem pensas auri pro ornamento capitis, aurium et manuum, et hoc in auro vel argento vel perlis, secundum voluntatem suam, non computatis fazeolis et zepeis. Alia ornamenta a desponsatis deponantur Sponsa vero possit indui more nobilis dominae secundum consvetudinem civitatis Ragusii, quae talis est: Clamis de sciarlato, pellis de fuinis cooperta de viridi, vel de bruno, dipleis vel zuppa de zendato, vel de oramita, clamis de saja, pellicia de leporini et sancilla. Quae consuetudo nullatenus debeat multiplicari sed minorari possit. Zepeque, quae factae sunt, maneant sed a modo in antea non faciant aliam. Nec apportari aliunde faciat aliqua zepequam, quae est deaurata vel habeat telam de seta Nuptiae non celebrentur nisi uno die et quidem eo, quo nupta vadit ad domum viri Panis melatus amplius fieri non debeat, nec bocha portari post sponsam, et oxerium gallinarum, vel ovariorum, vel anatrorum Donaria, quae loco mandiliorum faciebant, qui non habebant mandilia, cessare debent, item donaria, quae faciebat sponsus et sponsa discalciantibus, et torta, quae fiebat, et quae sponsus faciebat de castratto vel sponsa sponso. Eo die quo sponsa vadit ad domum viri, coronetur et ornetur secundum voluntatem suam et sic possit manere per octo dies et non plus Item consveverat sponsus tenere alios socios per totam hebdomadam, et sponsa duas socias. Hoc in antea non faciant nisi per tres vel ad plus quatuor dies Item consveverat ire

Digitized by Google

sponsa ad ecclesiam et ibi facere expensas, quod amplius non fiat. Item in annulo sponsae non ponatur pasta levata, nec ruta, nec cum vadit ad domum viri detur ei enez ad manducandum, et in pectore viri non ponatur pasta, vel ruta amplius. Item galleta plena aqua et cathedra ferrea, et pellis montanea amplius fieri non debeant. Item orphana, quae non habet fratres, cum omni sua possessione nubat, et mulier vidua cum omni dote sua et cum omni eo, quod dedit ei vir defunctae. Et si habet patrem, vel matrem vel fratres, nihil amplius detur ei. Quicunque voluerit accipere vel dare uxorem extra civitatem, vel alio modo matrimonium contrahere, non teneatur ad praedicta sed faciat quod melius potest. Et quicunque contra praedicta fecerit, sit perjurus et incidat in excommunicationem, quae facta est per D. Arangerium archiepiscopum et abbates Desam de Lacromono et Joannem de Meleta et Georgium de S. Jacobo de Viscgniza, et per quosdam monachos et canonicos S. Mariae, videlicet presbyterum Petronam filium Theodori, diaconum Mathaeum filium Theophilae, per clericos Marinum filium Sabatini et Stantium filium Simeonis, praesbiterum Paschalem filium Petri, praesentibus fratre Xisto tunc temporis in Dalmatia fratrum minorum ministro, fratre Andrea diacono, qui sunt de Venetiis, fratre Joanne, qui fuit de episcopatu Brixiae, scilicet de Minizno et in conspectu virorum et mulierum in ecclesia S. Mariae. — Et hoc statutum et excommunicatio cum aliis memoratis poenis durat usqu, ad viginti novem annos et non possit mutari nec per consilium parvum, vel magnum vel per iudices vel alio modo.

Farlati: Illyr. Sacr. T. VI. p. 96.

CCCXX. **Ragusii,** *1. Augusti 1235.* Temporibus Gregorii papae et Frederici imperatoris. Theodorus Cresii et Petrus Ballislavae vicecomites Ragusii cum consiliariis et parvo et magno consilio conferunt libertatem omnibus personis civitatis Riminensis veniendi et abeundi de civitate secundum eorum voluntatem. Testes: Joannes Bogdani judex juratus, Velcius Joannis Bladimiri judex, Binzola Bobatiae judex, Andreas Ballislava judex et missus civitatis. Petrus Pascalis Zonus notarius civitatis Ragusii.

Wenzel: Cod. Dipl. Arpad. XI., p. 280. Ljubić: Slav. merid. Mon. I., p. 52.

CCCXXI. **Perusii,** *28. Julii 1235.* Gregorius IX papa Colomano regi et duci Slavoniae concessionem redituum de terra Bosna, a rege Andrea patre ejus ei factam, auctoritate apostolica confirmat.

Theiner: Mon. Vet. Hung. I., p. 133.

CCCXXII. *A. 1235.* Andreas II rex, donationes priorum regum ecclesiae quinqueecclesiensi factas recensens et confirmans, manifestat inter caetera: Quod alias etiam metas et limites, quibus zagrabiensis ecclesia commetata est Quinqueecclesiensi ecclesiae a sanctissimo rege Ladislao progenitore suo duxerit inserendas, hoc modo: Quoniam ultra Dravae fluvium limes seu terminus quinqueecclesiensis ecclesiae nondum fuerat stabilitus, cum sanctus Ladislaus rex primus transiverat Dravae fluvium, et partes sibi Slavicas regno primum occupaverat, adducto, ubi et sedem fundavit episcopalem, videlicet zagrabiensem, cuius sedis diocesim a sede quinqueecclesiensi super Lysniche fluentum, quod alio nomine Wolko vocatur, terminavit, abinde per Zavam descendendo; quidquid autem Zavae concludit fluvius, ad ius dioecesanum et iustam decimam

Digitized by Google

quinqueecclesiensis ecclesiae commetatur, et ab illo fluento Lysniche, totam circuando Posogam, et ad quinqueecclesiensem dyocesim regirando revertitur directio ad metam seu terminum super Dravam ex opposito fluvii Olma dicto, qui de parte septemtrionali in eundem Dravae fluvium cadens ab occasu solis quinqueecclesiensem ecclesiam a Wesprimiensi ecclesia metaliter dividit.

Fejér: Cod. Dipl. T. III. vol. II., p. 422.

CCCXXIII. *A. 1235.* Stephanus episcopus zagrabiensis attestatur, quod magister Pangracius cantor zagr. utpote vir spiritualis et homo totius religionis et honestatis, quamdam terram Crogh in zagrabiensi territorio, quae ad episcopi aratra pertinebat, de qua frequentissima discordia oriebatur inter episcopi familiam et capitulum, pro 30 marcis ab eo emerit, et capitulo perpetuo possidendam tradiderit. Cui rei episcopus suum assensum praebet.

Tkalčić: Mon. episc. zagr. I., p. 75. Farlati: Illyr. T. V., p. 367.

CCCXXIV. *A. 1235.* Stephanus episcopus zagrabiensis, considerans sui capituli nimiam paupertatem et inopiam, videlicet quod unusquisque fratrum in redditibus non possit habere plus in anno nisi valens marcam et dimidium, episcopatus autem et episcopus abundaret in omnibus bonis, de eiusdem bonis donat capitulo terrulam quamdam de Podgorja cum populis suis, decimis, marturinis et omnibus pertinentiis, solo hoc servitio retento, quod singulis annis, sicut ex antiqua consvetudine tenentur, ad consecrationem crismatis emant oleum pro dimidia marca, et deportent die ramis palmarum Zagrabiae. Insuper donat decimas comitatus de Podgorja, valentes annuatim decem marcas. Et hanc donationem contulit capitulo praesertim ideo, cum idem iuvisset eum dum laboraret in curia romana pro deliberanda ecclesia contra abbatem S. Martini in 120 marcis argenti.

Tkalčić: Mon. episc. zagr. I., p. 75.

CCCXXV. *A. 1235.* Gregorius Spalatensis et Sibinicensis comes, judices, consiliarii et populus civitatis, amicis suis et cognatis Johanni Dandulo comiti et universo consilio civitatis Ragusinae, scribunt, quod memores esse credant eos guerrae, quae fuit inter eos et comitem Petrum, quem nihil de rebus eorum penes se habere voluerunt, et omnia quaecumque erant eorum (Ragusinorum) in insulis et in districtu salva essent apud eos, quia inimico suo comiti Petro in omnibus, in quibus potuerant offendere, non parcant, sed res corum, quae oblatae fuerunt, statim omnes reddiderunt, quod etiam vicissim de illis petunt. Quod queruntur de inimico rege, valde gaudebunt, si ei resistere potuerint. Mittunt Johannem judicem cum domino Cazetta, cui sunt res ablatae, et rogant ut eum benigne recipiant.

Wenzel: Codex Dipl. Arpad. XI., p. 276.

CCCXXVI. *Circa a. 1216—1235.* Thadaeus Urbini et Montefeltri comes et nunc Ravennae et Cerviae potestas cum consilio et communi civitatus Ravennae, audiens per nuntium ragusanum dominum de Balislava, quod Ragusani velint facere pactum amicitiae cum Ravennatis, consentit in hoc pactum et dat illis securitatem eundi et redeundi per forciam et districtem Ravennae pro voluntate eorum, reservato jure et vicissim.

Ljubić: Mon. slav. merid. I., p. 57.

Digitized by Google

CCCXXVII. *Circa 1235.* Bela rex primogenitus regis Andreae notificat, quod cum de voluntate patris sui et consilio principum donationes inutiliter factas revocaret, obtulerit ei Chama filius Lob nobilis privilegium Belae regis concessum super donatione novem possessionum, quod postmodum apud regem est amissum; considerans ergo excellentissimum servitium dicti Lob patris ipsius et Thomae fratris eiusdem, quod exhibuerunt in Graecia, dimicando se morti tradere non formidantes, quorum probitatem et insignia facta fideliter exhibita Ompudinus tunc banus et Leustachius wayvoda ad aures Belae regis retulerunt, cum quibus dicti homines in Graecia militaverunt, propter quod donavit eis Bela rex avus regis praenotatas possessiones in comitatu de Doboka, quam donationem rex confirmat per manus Mathiae zagrabiensis praepositi aulae regiae cancellarii.

Fejer: Cod. Dipl. Hung. T. VII. vol. 4., p. 32.

CCCXXVIII. **Venetiis**, *die 6. Januarii et mense Junio 1236.* Bogdanus Gojslavi, Nicolaus Maurus, Gervasius Marini, Petrus Ballislavae, judices civitalis Ragusae, et Grubessa Gundulae, Martinusius Gervasii, quondam comitis, Clemens Sersii, Paulus Damiani Bucinoli, Micha Petrus Malussi, Andreas Domanae Rapanas, consiliarii, et cunctus populus ragusanus committunt Matheo Bobatiae et Cerne Vitatiae nobilibus viris plenam potestatem ordinandi de novo pactum cum duce Venetiarum Jacobo Teupolo et cum toto communi. (Vide pactum a. 1232, 13 Januarii et mense Maio)

Ljubić: Mon. Slav. merid. I. 53.

CCCXXIX. **Viterbii,** *16. Januarii 1236.* Gregorius IX papa scribit Belae IV. regi, quod cum turbatione mentis et stupore audiverit, quomodo ille manus suas ad ecclesiarum et religiosorum locorum gravamen extenderit; gravem siquidem Egrensis et aliorum abbatum cisterciensis ordinis, hospitalis quoque Jerosolomitani, militiae templi, S. Lazari, S. Sansonis in Ungaria magistrorum et fratrum recepit questionem, quod cum Aimericus et Andreas pater ejus, Ungariae ac Slavoniae reges, et alii Christi fideles per regnum Ungariae et Slavoniae constituti, quosdam redditus, terras, possessiones et res eorum ecclesiis et domibus contulissent, ille, oblitus eorum memoriae recolendae, ipsorum vestigia relinquens, eos predictis omnibus, pro suae voluntatis arbitrio spoliaverit. Hortatur igitur eum, ut ablata restituat et de illatis damnis satisfaciat.

Theiner: Mon. Hung. I. 142. Wenzel: Cod. arpad. II., p. 37.

CCCXXX. **Viterbii,** *16. Januarii 1236.* Gregorius IX papa audiens, quod rex Hungariae Bela contra progenitorum suorum consvetudinem manus suas ad ecclesiarum et religiosorum locorum gravamen extendat, praecipue cisterniccnsis ordinis, hospitalis quoque Jerusolomitani et militiae templi spoliando, quosdam reditus, terras et possessiones eorum, quas Emericus et Andreas pater ejus Ungariae et Slavoniae Reges et alii Christi fideles per regnum Ungariae et Slavoniae constituti ecclesiis contulissent, mandat episcopis Vaciensi, Nitriensi et Bosnensi, ut ad regem personaliter accedant, illum attente moneant et inducere procurent, ut a praedictis spoliationibus abstineat.

Theiner: Mon. vet. R. Hung. I., p. 143. Fejer: Cod. Dipl. T. IV. vol. I., p. 33.

Digitized by Google

CCCXXXI. **Viterbii**, *25. Jan. 1236.* Gregorius IX papa Colomano regi Ruthenorum et duci Slavoniae scribit, quod magister et fratres militiae templi in Ungaria et Slavonia contra eum conquesti sint, quod ab illo quibusdam suis villis, domibus, possessionibus terris et rebus aliis spoliati fuerint; et licet postmodum per archiepiscopum colocensem amicabilis compositio, a sede apostolica confirmata intervenerit, eam tamen servare non curet. Quocirca illum rogat et monet, quatenus compositionem ipsam studeat firmiter observare.

Theiner: Mon. Hung. I. p. 143. Wenzel: Cod. arpad. II. p. 39.

CCCXXXII. **Tragurii**, *6. Februarii 1236. (et Spalati anno 1111.)* Cum de Ecclesia S. Leonis diuturna controversia inoleverat, succedente concordia tali fine sopita est. Episcopus traguriensis conquestus erat coram consilio spalatensi contra filios Ad(aleni) propter ecclesiam (S. Leonis), quam beato Laurentio (Traguriensi) donaverat Bicula uxor Vitalis, qui illam etiam donaverat eo tenore, ut beatus Laurentius eam possideat post obitum eius. Unde utrique vocati sunt (ad tribunal) praesente archipraesule Crescentio; fuitque definitum, ut episcopus et clerus B. Laurentii possideant in perpetuum tres partes (territorii ecclesiae) unam in Balanzana, aliam in Scalavaria, et tertiam ad S. Stephanum contra partem austri; filii autem Adaleni habeant saltem illam partem, quam eius avus, id est Vitalis, fabricauerat Promiserunt etiam filii Adaleni dare ecclesia de propria possessione aliam terram, quae aequivaleret illis terris, quas concesserunt B. Laurentio. Acceptarunt concordiam Johannes episcopus et abbas Damianus; clerici Mar. Duimus, diaconus, Fuscus iudex Spalati, Gauzulo Scanacani filius Dra . . . N. Mesagalinae filius, Fuscus, Pace, filius Duimus, electus Dabro diaconus, Johannes presbyter, Duimus Tulae filius. Acta fuerunt haec in Palacio S. Domnii coram archiepiscopo Crescentio anno domini millesimo centesimo undecimo tempore papae Paschalis II. Verum postquam praefata ecclesia per longa annorum spatia per manus nepotum Adaleni pluribus clericis ad regendum collata fuisset, post obitum Pauli archipresbiteri Trag qui eam habuerat, Marinus clericus Bodini nepotis, Adaleni filius ab eodem patre suo et ipsius propinquis, Treguano episcopo et capitulo Trag fuit ad eiusdem ecclesiae beneficium praesentatus et demum confirmatus, qui tenorem suprascriptae concordiae, quae in vetusta pagina scripta fere deleta erat, rescribi fecit, et terras eiusdem ecclesiae hoc ordine fecit annotari: Est autem in Balanzana terra trium vretenorum, prope terram Dobreuoy, ad pontem eundo ad laculum est terra trium vret apud terram rufam est terra 4 vret., apud Loquiza 8 vret, alia in Loquiza 4 vret., apud Lepinum 9 vretenorum Gausinna Trag. primicerius rogatus a praefato Marino clerico scripsit.

Lucius: Mem. di Traù, p. 491.

CCCXXXIII. **Jaderae**, *7. Maii 1236.* Georgius Bravanus, Cranizius frater Brathoni episcopi, Stana uxor Rechisseni, Damianus Grunvez affirmant, quod a Buna abbatissa monasterii S Mariae cum voluntate Gregorii fratris Jurislavi advocatoris illius acceperint in terra de Bresta vineas plantare pro decimo modio praestando in civitate Tina, similiter de oleo et ficubus. Testibus Dragossio Ingrissino, Ceprenna fratre Cevetanae. Gregorius filius Steppe examinator, Petrus diaconus, canonicus et notarius scripsit

Ex archivo Monasteri S. Maria iaderensis.

Digitized by Google

CCCXXXIV. *A. 1236 3. Julii.* Rogerius et Leonardus, filii quondam Petri Mauroceni comitis absarensis, renuntiant comiti Arbi castrum Kessae et Novaliam.

Lucius: De regno Dalm. et Croat. Lib. IV. cap. VIII.

CCCXXXV. **Anconae,** *11. Julii 1236.* Ugo Ugolini Latini potestas Anconae voluntate consilii generalis eius terrae, antiquam pacem et amicitiam inter Traguriense et Anconitanos renovat, ad cujus amicitiae foedus stabile renovandum. Treguanus Traguriensis Episcopus et vir nobilis Dessa Luciae ad civitatem Anconae venere, quibuscum pactum statutum fuit, ut civis Traguriensis nunc et semper in civitate Anconae et in omni ejus districtu sit securus, salvus, honoratus et receptus sicut quilibet Anconitanus; civis quoque Anconitanus in civitate Tragurii et ejus districtu illud idem habeat Testimonium autem litterarum sigillo Communis Anconae annotatum tradiderunt Carno filio Dant portandum universis Traguriensibus civibus, suae Communitatis bulla Rasavare roboratum.

Farlati: Illyr. Sacr. T. IV. p. 339. Makušev: Monum. hist. Slavorum merid. I., 110 apud quem Treguani loco legitur „Gregorius".

CCCXXXVI. **Reate,** *30. Julii 1236.* Gregorius IX papa mandat episcopo et praeposito quinqueecclesiensi, et abbati de Ciccador, cisterciensis ordinis quinqueeccl. diocesis, ut compositionem, inter Colomanum ducem Slavoniae et magistrum ac fratres militiae templi in Ungaria et Slavonia factam, faciant per censuras ecclesiasticas, appellatione remota, firmiter observari, et quidem non obstante indulgentia, quae sibi a sede apost. sicut dicitur, est concessa, ut nullus in eum absque speciali mandato sedis apostolicae sententiam excommunicationis audeat promulgare; cum autem iidem in promisso negotio procedere voluissent, excusavit se Colomanus, quod non auctoritate sua, sed Belae regis, fratris sui, a quo terram se habere asseruit, dicti milites templi spoliati fuerint. Quocirca ablata non solum restituere noluit, sed executoribus sedis apost., dicto praeposito et abbatibus de Ciccador et Varadiensi, graviter comminatus fuerit, qui cum apud eum nihil proficere valerent, processum non sine fratrum militiae praeiudicio ad sedem apostolicam remittendum duxerunt. Ad hoc monuit papa per litteras iteratim Colomanum, ne irrita faciat quae de suis labiis processerunt, suis autem legatariis iniungit, ut si Colomanus eius monitioni et factae compositioni non satisfaceret, ecclesiastico interdicto puniant.

Theiner: Monum. Hung. I. 146. Wenzel cod. arpad. I., p. 46.

CCCXXXVII. **Reate,** *8. Augusti 1236.* Gregorius IX papa suscipit sub protectionem suam Sebislaum knezium de Woscora (Usora) natum quondam Stephani Bani de Bosna, et injungit archiepiscopo et praeposito Strigoniensi et episcopo quinqueecclesiensi ut illum molestari non permittant.

Suscipit quoque sub suam protectionem A(nnam) relictam Stephani Bani.

Theiner: Mon. vet. Hung. I. 147.

CCCXXXVIII. **Reate,** *8. Augusti 1236.* Gregorius IX papa scribit A(nnae?), relictae quondam S(tephani) Bani de Bosna, quae inter principes Bosnensis diocesis, infectos macula haereticae pravitatis, existit quasi lilium inter spinas,

Digitized by Google

quod personam et terram illius cum omnibus bonis, quae possidet, sub beati Petri protectionem assumpserit et districte inhibuerit, ne quis illam in fide et devotione romanae ecclesiae persistentem in supradictis, terra et bonis, praesumat temere molestare, iure regis Ungariae semper salvo.

Theiner: Mon. Hung. I. p. 147. Wenzel cod. arpad. II. 49.

CCCXXXIX. **In ecclesia B. Adalberti,** *29. Augusti 1236.* Robertus archiepiscopus strigoniensis ius patronatus ecclesiae S. Gerardi M. in parvo Pest seu Creynfeld, a Bela rege Abbatiae B. M. V. Belae fontis in diocesi Colocensi de novo pro monacis Ord Cisterciensis extructae, confirmat

Fejer: Cod. Dipl. Hung. T. IV. vol. I., p. 60.

CCCXL. **Viterbii,** *22. Novembris 1236.* Gregorius papa improbat archiepiscopo jadrensi, quod cum quidam ex fratribus ord. minorum ad civitatem Jadrensem, haereticae pravitatis infectam maculis, propagare fidem accessissent: eos, laicorum multitudine ilariter admittente, contumeliarum aculeis ipsorum pectora pupugerit et ipsorum ordini graviter detrahere praesumpserit, ianuas ecclesiae claudi fecerit, ne ad praedicationem ministri provincialis eiusdem ordinis populus conveniret. Praeterea cum in partibus illis paucae vel nullae congregationes existant, in quibus disciplina vigeat regularis, in quasdam mulieres inibi constitutas pro eo, quod capillorum abscissa caesarie ac relicto saeculari habitu elegerint sua crimina in domibus propriis deplorare, in eorundem fratrum opprobrium, quorum exortationibus anhelant, excomunicationis sententiam promulgaverit, divina auctoritate praecipiens, ut cum apostolus tonsuram prohibeat mulierum, quod illarum aliqua sive in domo propria commoretur, vel religionis sit habitum susceptura, tonsuram prohibeat mulierum. Mandat igitur ei, ut sua facta emendet et a molestatione dictarum mulierum et fratrum ordinis minorum abstineat et desistat, datis ad archiepiscopum Spalatensem litteris, ut eum ab huiusmodi praesumptionibus compescat.

Fabianich: Storia dei Frati minori in Dalm. et Bosna. I. 408. Farlati: Illyr. Sacr. T. V. p. 73. Ad annum 1235.

CCCXLI. *A. 1236.* Bartholomaeus episcopus vesprimiensis, Arnoldus comes Saladiensis, Ladislaus comes, magister Zlandus lector Albensis ecclesiae, et plures comites notificant, quod cum essent inquisitores in parochia Zaladiensi super terris, vineis et aliis iuribus ecclesiarum, servientium regis, castrensium, udvornicorum, populorum reginae et aliarum diversarum conditionum a rege Bela constituti, accesserunt ad terram magistri Michaelis, sitam inter Dravam et Muram, et ibidem multorum testimonio et occulta subtilique inquisitione invenerint, quod dicta terra fuerit quondam Rapolti et Sulc, sed ipsi amiserint eam pro interfectione cuiusdam nobilis de partibus illis, videlicet Friderici, et scientes, quod illa terra fuerit a magistro Michaele de jure possessa, restituerunt illi possidendam. Introductus fuit per hominem regium Mathiam canonicum quinqueecclesiensem.

Wenzel: Cod. Dipl. Arpad. III. p. 23.

CCCXLII. *A 1236.* Capitulum ecclesiae zagrabiensis notificat, quod Belko ex una parte ex alia autem Damald et Ivan filii Wogsa intimaverint, quod Endrey et Sepina de genere ipsorum dicto Selk terram suam Ebus pro ducentis pensis argenti, item aliam terram Zbogcina idem Ivan et Damald

Digitized by Google

praefato Selk pro 300 pensis, item aliam terram Sbogcina Orisco et Sarcas filii Sarcas (Farcas?) pro 200 pensis dicto Selk vendiderint Fideiussores statuerunt: Crachun et Florian filios Crachun, Cristan filium Zeuchey, Woychin filium Peter de Zagoria, Stephanum filium Rados, Wichen filium Wolchech, Martin filium, Nezdesa, Iwahen filium Moncha, Ivan filium Binch, Damasc filium Tomas, Volihka filium Isan, Wlchizlau filium Giubrina Metae autem terrarum haec fuerunt: Prima iuxta viam, quam tenet cum populis castri Bolotyn Inde descendit ad vallem, et per montem et aliam vallem et duas vias, tenet cum populis castri Macolsyn (? Melen?) et per varias metas ad magnam vallem, in qua est rivus Sabige, per eandem aquam tendit ad magnam viam, et ad septemtrionem in magnam silvam et ad flumen Cirinik et tenet metam cum jobagione castri Zulich, et pervenit ad metam castri, quae vocatur Polona Et per fluvium Cyrinik ad rivum Obrusiensem et ad priorem metam. Meta terrae venditae per Ivan et Damald inscipit ad rivum Obrys, vadit ad magnam silvam usque ad flumen Chernych, per eum ad terram episcopi, et per campum et magnam viam transit ad montem et tendit ad maiorem viam Varasdiensem, ibi deficit meta episcopi et vadit ad metam Selconis (Zelco). Meta terrae, quam Orisco et Sarcas vendiderunt, incipit iuxta magnam viam, tendit ad caput fontis, qui currit ad rivum Globuscis in magnam vallem, ascendit ad montem, transit viam, tendit ad vallem et ad aquam Globusciz et per varias metas ad aquam Bynna (Bednja) iuxta aquam puteus crucis, tenens metam cum comite Goiden (Gardun) et iuxta aquam Bigna ad terram castri Beletincy et ultra Bigna ascendit ad magnum montem et venit ad caput fluvii Obris. Existente secundo Stephano episcopo Zagr. Fila praeposito, Pangratio cantore, Johanne lectore, Gregorio custode, Petro decano.

Wensel: Cod. Dipl. Arpad. VII. p. 19.

CCCXLIII. *A. 1236.* Bela IV rex confirmat civitati varasdinensi privilegia et libertates concessas illi ab Andrea II rege, cum eadem privilegia per incendium domus combusta perdiderint Rex de veritate certior factus per jobagiones suos: Stephanum episcopum Zagr., Salamonem Banum, Petrum comitem fratrem Orle comitis, libertates civitati restituit hoc privilegio: Quod comes vel suus comes curialis non habeant potestatem eos iudicandi, sed habeant potestatem quemcumque volunt judicem seu richtardum constituere. In litigio cum exstraneis curialis comes simul cum rihtardo discutiant. Nullus burgensis tributum solvere teneatur, nisi qui vadit in Theutoniam cum suis mercimoniis, tum solvet pro quolibet curru tres denarios. Quoties comes castri renovatur, tenentur ei dare 20 cubulos vini, 100 panes et unum bovem. Si quis sine haerede decesserit, libere disponat cum sua possessione Si quis vellet de villa recedere, venditis omnibus suis, libere abeat. Si quis per extraneum damnum pateretur, rihtardus eiusdem loci inter eos faciat justitiam Metae autem terrae sunt: Prima de villa Ivanec et conterminatur villae Tvrda, deinde vadit ad villam Johannis (Jankovec). inde ad villam episcopi (Biškupec), deinde conterminatur villae Gurdon et villae Vecuslav et vadit ad villam Tusoy (Tužno?); deinde ad terram Cruciferorum, deinde ad magnam viam, in qua gradiens conterminatur priori metae (Ivanec) Pristaldi fuerunt: Otochur de villa Tesen, et Zelco terrigena de villa Pritice Inter praelatos et magnates Stephanus zagr, Martinus Corbaviensis episcopi, Jula comes et magister, Zacharia comes Varostiensis, Salamon Banus, Stephanus filius Nicolai bani

In Archivo civitatis varasdinensis Fasc. III N. 23.

Digitized by Google

CCCXLIII *Spalati mense Januario 1237.* Temporibus Guncelli archiepiscopi spalatensis, Marci comitis, Michae nepotis Budici vicarii. Archidiaconus et capitulum petunt ab archiepiscopo justitiam fieri de Monachis s. Stephani, quos dicebant ecclesiam S Michaelis de Mari de jure ad se spectantem contra justitiam detineri. Monachi noluerunt respondere, quia suspecta illis erat audientia archiepiscopi, sed appellarunt ad pontificem. In praesentia Dominici praesbiteri, Marini et Dese clericorum. Cumanus clericus spalat iuratus notarius scripsis

Ex archivo aulico Viennensi acta Spalatensia. Carrara: Capit. arch. p. 12.

CCCXLIV. **Viterbii,** *10. Maii 1237.* Gregorius IX. papa ad petitionem Ioannis archiepiscopi antibarensis, quod episcopi, abbates, et alii praelati nec non presbyteri et clerici suae provinciae dignitates et ecclesiastica beneficia de manu receperint laicali, et quod idem episcopi absque missarum celebratione conferant ordines extra tempora constituta, ipse quoque archiepiscopus, gravissimo metu domini temporalis, quemdam episcopum consecraverit et abbate cuiusdam monasterii vivente nec amoto alium substituerit et benedixerit contra sanctiones canonicas, quidam praeterea Drivastensem quondam episcopum ausu diabolico occiderint, nonnulli principes etiam matrimonia in quarto gradu contraxerint; super quibus omnibus petit misericorditer provideri, ad celerius obviandum talibus abusibus mandat papa priori ordinis praedicatorum in Romana provincia, quatenus sine mora aliquot fratres ad dictam provinciam antibarensem destineat pro inquisitione et dictos episcopos ad sedem Romanam citet.

Farlati: Illyr. Sacr. T. VII., p. 35.

CCCXLV. **Arbae,** *11. Maii 1237.* Tempore Jacobi Teupoli ducis Veneciarum, Jordani episcopi arbensis et Rogerii Mauroceni comitis Cum fuerit consvetudo civitatis Arbensis, ut defuncto capellano cuiuscunque ecclesiae fundatores eiusdem ecclesiae capellanum eligere debeant, et electum episcopus confirmet, idcirco subscripti fundatores ecclesiae S. Martini de Barbato arbensis diocesis, qua debitores communis, disposuerunt pignori locare redditus ecclesiae ipsi communitati. Haec autem videns, quod cathedralis ecclesia S. Mariae plurimum indigeat reparatione nec in ipsius aedificio propriae sufficiant facultates, possessiones dictae ecclesiae S. Martini in usum cathedralis ecclesiae condonavit; verum quia ecclesia S. Martini duobus annis capellano vacabat, instituit jadrensis archiepiscopus Jordanum episcopum in capellanum, quod facere minime debuisset, quia institutio capellani, elapsis duobus annis, non ad ipsum sed ad apostolicum spectabat; qua de re episcopus duos canonicos D. et M. sibi malitiose sociavit, in quos a paucis fundatoribus electio dicitur facta fuisse, volens cum ipsis dividere possessiones, defraudata maiori ecclesia. Communitas postulavit episcopum, ut eius donationem cathedrali ecclesiae confirmaret, sed ille renuit et totam terram supposuit interdicto. Idcirco communitas appellavit ad sedem apostolicam. Fundatores ecclesiae S. Martini fuerunt: Christophorus Maldius, Christophorus iudex, Albertus Duimus etc. (quos Farlati omisit describere). Subscripsit Christophorus Cotopagne examinator et judex, Sergius notarius arbensis.

Farlati: Illyr. Sacr. T. V. 241.

Digitized by Google

CCCXLVI. **Spalati,** *10. Junii 1237.* Temporibus Guncelli archiepiscopi spalatensis, Marci comitis, Petri Pinose vicarii. Marinus arbensis filius Laurentii positus in Spalato confitetur se debere Petro filio Jacobi Sabacii 17 libras denariorum parvorum, quos obligat se solvere usque ad Julium mensem Fideiussor fuit Germanus Purnos filius Sabatii. A Malle. Testes: Gregorius Zamboni, Micha filius Sabae Guseli. Cumanus clericus et notarius scripsit.

In archivo Monialium S. Mariae Jaderae.

CCCXLVII. **In Sebus,** *24. Junii 1237.* Bela IV rex transmittens conventum ordinis Cisterciensis de Monasterio Triumpontium de Campagna in Hungariam, contulit ei locum Ukurd ad aedificationem monasterii, cum quibusdam possessionibus. Et quidem in comitatu Syrimensi de possessionibus haereditariis Petri filii Gurwey, quae, quia crimen laesae maiestatis, matrem regis Belae occidendo, comiserat, ad manus regias fuerunt devolutae; imprimis locum Ukurd, qui modo Belafons appellatur, cum omnibus pertinentiis, cum parte Danubii fluentis super terram illam et cum viginti quinque villis sub una meta existentibus, scilicet: villa Comonch (Kamenica?), Chuda, Achad, villa Teutonicorum, Bratach, Incud, Lazar, Ukurd, duae villae Monorous, Lesemer, Luaz, Chervet, Erdeol, Warolea, Turny cum insula, Perben cum piscina, et viginti duabus mansionibus servorum piscatorum, villa Scepholu, Oziun, Haranch, Pokoy, Bratycha, Comolous, Stenc, Oyfolu. Has omnes villas donavit pro remedio animae interfectae matris et suae. Contulit insuper in Sirmia terram Narad cum omnibus pertinentiis. In Petend octo mansiones servorum vinitorum, cum suis terris, et quinque vineas super terra Nicolai filii Theodori, quas ipsi vinitores tenentur colere et vindemiare annuatim ad integrum propriis sumptibus et vinum portare ad claustrum, tali modo quod vinum purum, quod pedibus bene exprimi potest, recipiat ecclesia, et quod in torculari torquebitur, habeant vinitores. Contulit etiam vineam in Sirmia, quam emit propria pecunia de Mychaele officiali Botez, quae vinea est sita in terra abbatis de Dombo. Item contulit ultra Danubium possessionem Peturvarad et regale palatium ibi constitutum cum omnibus pertinentiis et tribus villis Zoyl, Byvolon, quae fuerat Petri de crimine condemnati et villa udvornicorum, contulit etiam allias villas in comitatibus Bachiensi et Budrugiensi sitas. Contulit etiam villam Borica, quae fuit Dionisii comitis Palatini, qui de regni dilapidatione et infidelitate evidenter est convictus. Insuper plebanias utriusque Pesth et multas libertates, utpote dispensationem a solutione omnis tributi, libertatem emptionis et venditionis per totam Hungariam, proprii judicatus etc.

Wenzel: Cod. Dipl. Arpad. VII 27.

Izpravak k str. 82. r. 35, knj. XXI. Starina.

Prigodom izpravljanja listine bana Tvrdka ostala je poradi velike sličnosti cir. pismena **ѕ** i **г** neopažena štamparska pogreška u njezinom predposljednjem redku, i to upravo u godini, koja ima se čitati .ѵ҃.т҃.ѯ҃.ѕ҃. mjesto .ѵ҃.т҃.ѯ҃.г҃. dakle 1366 mjesto 1363, koja bi pogriešno sliedila. Prem je pomnjivi čitaoc, sravnivši i naslov i uvod, gdje se po tri puta navodi god. 1366, mogao sam opaziti i izpraviti ovu tiskarsku pogrešku, ona se ipak ovdje izpravlja, da se svaka pometnja ukloni.

Dr. Fr. Rački.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

DATE DUE

FACULTY

GAYLORD

PRINTED IN U.S.A.

Digitized by Google

DC 363
.J13
V.17-22

Digitized by Google

Digitized by Google